

DAD  
CIÓN

ANNUUS  
APOSTOLICUS

ANNUS

APOSTOLICUS

7-8



1008526


2000-2001



1080015163

EX LIBRIS


HEMÍTERO VALVERDE TELLEZ / MMX  
Episcopi Leonensis



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN  
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

®

E  
HEMIS




ANNUS APOSTOLICUS

UANL

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

®

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS



ANNUS  
APOSTOLICUS

CONTINENS CONCIONES

I. TOTO ADVENTU — II. TEMPORAE QUADRAGESIMAE  
III. OMNIBUS ET SINGULIS TOTUS ANEI DIEBUS DOMINIS  
IV. DE SANCTIS

PRAEDICABILES  
STILO PERSPICUO ELABORATAS  
CLARAQUE METHODO CONCINNATAS

AUCTOR R. P.

Fr. ZACHARIA LASELVE

Sacrae Theologie Lectore, necnon Provinciae Recollectorum  
Sanctissimi Sacramenti seu Tolosanae alumno.

EDITIO REVISA ET ADOPTATA A P. A. SARACENO PRESB. CONCIENS. OR. TAURIN.

Volumen VII.

Pars II. Concionum de Sanctis.



UNIVERSITATIS  
Capilla Allende  
BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

AUGUSTÆ TAURINORUM  
EX OFFICINA LIBRARIA ECCLESIASTICA  
EQ. LAURENTII ROMANO: EDITORIS

M.DCCC.LXXXI.

45163


BU 30

L 3

V 4

E 2 8

HE



FONDO EMETERIO  
VALVERDE Y TELLEZ

Tuxtla — Ed. 1970. V. No. 2.

## CONCIONES DE SANCTIS

DE PURIFICATIONE B. V. MARIE

CONCIO UNICA.

*Erunt Domino offerentes sacrificia (Malach. 3).*

Ita placita et Deo acceptabilia sunt hominum sacrificia, ut cum primum esset vivere coeperunt, oblati ab iis sacrificia acceptari et in omni lege, omnique deinceps tempore sacrificia sibi libari voluerit. Unde ex filii Adami aliis fructus quosdam, et alter sui gregi agnos pinguiores Deo obtulit; Noe etiam post universalem aquarum inundationem arca egressus, Deo sacrificavit; quod et Melchisedech et Abraham et alii multi Dei amici tempore legis naturae praestabant, eorumque sacrificia Deus sibi esse placita signis externis pluries manifestavit. Tempore autem quo lex scripta vixit, frequentissimum fuit sacrificiorum usus, quorum ritus, ceremonias et varios modos Deus ipse instituit et docuit; equaque tempore, sicut et legis naturae, bona, vitulorum, ovium, agnorum et aliorum multorum animalium sacrificia sibi pergrata esse testatus est. Gratiora tamen haud dubie et hodie sacrificia in templo Ierosolymitano offeruntur, de quibus spiritu propheticus dixit Malachias: *Erunt Domino offerentes sacrificia.* De Simeone ait sacra Evangelista, quod ducente Spiritu Sancto in templum venerat: *venit in spiritu in templum* (Luc. 2, 29); eodem spiritu ducti ad templum venerant Christus et Maria: *eamus et nos nunc spiritu in tem-*

— LARETA, An. Ag. — Vol. VII.

003521


BU 30

L 3

V 4

E 2 8

HE



FONDO EMETERIO  
VALVERDE Y TELLEZ

Tuxtla — Ed. 1970. V. No. 2.

## CONCIONES DE SANCTIS

DE PURIFICATIONE B. V. MARIE

CONCIO UNICA.

*Erunt Domino offerentes sacrificia (Malach. 3).*

Ita placita et Deo acceptabilia sunt hominum sacrificia, ut cum primum esset vivere coeperunt, oblati ab iis sacrificia acceptari et in omni lege, omnique deinceps tempore sacrificia sibi libari voluerit. Unde ex filii Adami aliis fructus quosdam, et alter sui gregi agnos pinguiores Deo obtulit; Noe etiam post universalem aquarum inundationem arca egressus, Deo sacrificavit; quod et Melchisedech et Abraham et alii multi Dei amici tempore legis naturae praestabant, eorumque sacrificia Deus sibi esse placita signis externis pluries manifestavit. Tempore autem quo lex scripta vixit, frequentissimum fuit sacrificiorum usus, quorum ritus, ceremonias et varios modos Deus ipse instituit et docuit; equaque tempore, sicut et legis naturae, bona, vitulorum, ovium, agnorum et aliorum multorum animalium sacrificia sibi pergrata esse testatus est. Gratiora tamen haud dubie et hodie sacrificia in templo Ierosolymitano offeruntur, de quibus spiritu propheticus dixit Malachias: *Erunt Domino offerentes sacrificia.* De Simeone ait sacra Evangelista, quod ducente Spiritu Sancto in templum venerat: *venit in spiritu in templum* (Luc. 2, 29); eodem spiritu ducti ad templum venerant Christus et Maria: *eamus et nos nunc spiritu in tem-*

— LARETA, An. Ag. — Vol. VII.

003521

plum illud admirabile, ibique contemplemur non lumen divinum quod in eo apparet, non Annam gaudentem et prophetantem, sed Christum, Mariam et Simeonem sacrificia libantes. *Ave.*

Augustum et omnibus seculis celeberrimum templum Jerosolimitanum ad supremum hodie honoris apicem fuit sublimatum: magnifica haec Dei dominus die isto ad eminentioris glorie fastigium fuit exaltata non solum propter Christi presentiam, etiam per suaveolentia, que in ea Christus, Maria et Simeon obtulerunt sacrificia, que Abells, Noemi, Abrahami et omnium antiquorum sacrificiis longe prestantiora, Deoque gratiora extiterunt. Verum est, ad templum venisse *Mariam*, ut Purificationis legem impleret, *Christum*, ut aeterno Patri offerretur, et *Simeonem*, ut puerum Iesum ulnis suscepere; at itidem Christus, Maria et Simeon prograta Deo offerunt sacrificia; Christus enim proprium corpus offert, et sacrificat aeterno Patri; *Maria* honorem suum ei sacrificat, cum Virgo haec purissima immunda videri et aestimari putatur; *Simeon* autem Christo, quem ulnis suscepit, propriam vitam offert et sacrificat, dum dimitte et mori appetit: *nunc dimittis seruum tuum, Domine.* Videamus 1. sacrificium Christi; 2. sacrificium Marie; 3. sacrificium Simeonis. En tria sacrificia, que hodie in templo Jerosolymitano Deo libantur: *Erunt Domino offerentes sacrificia.*

## I PARS.

*Sacrificium Christi.*

Non martyribus, non Christi confessoribus, nec aliis sanctis, verum soli Deo offerenda sunt sacrificia: *est res antiqua sacrificium, quod non nisi uni Deo vero offerri oportere veraces et sacra littere monent* (S. Aug. ep. 49). Eriguntur quidem altaria, ut honorentur sancti; libantur sacrificia, ut honoretur Deus, huic soli debitus est honor et gloria sacrificii, nec alteri quam Deo offerri posse nemo est qui non fateatur;

*sacrificium certe, nullus hominum est, qui audeat dicere debet, nisi soli Deo (id. de Cto. D. 10, 4).* Unde haec habetur regula generalis apud omnes recepta, quod creaturarum est sacrificia offerre; Deo autem non competit offerre sacrificia, quin contra eum ipsi, ut supremo Domino, offerri et libari debent. Jamvero, o rem mirabilem! o sapientiae divinae prodigium! Christus, qui Deus est et in cuius honorem omnia offeruntur sacrificia, hodie seipsum aeterno Patri in sacrificium offert: *O profunditatem sapientiae et scientie Deit offert hostias, qui per singulas hostias honoratur cum Patre* (S. Cyrill. Alex. in caten. D. Thom.). In hodierno legitur Evangelio, quod Joseph et Maria Christum in templum tulerint, non ut eum consecrarent, sed *ut sisterent cum Domino* (Luc. 2, 23). Lega divina constituta erat, ut pueri consecrarentur Domino: *quidquid habueris masculini sexus, consecrabis Domino* (Exod. 13, 2); cur ergo Joseph et Maria Christum in templum afferunt, non ut consecrant, at solum ut Deo sistant: *ut sisterent cum Domino?* Non sine mysterio hoc factum est; cum eum tulerunt solum ut sisterent, et non ut consecrarent, quia ipse semetipsum Patri consecratus erat, et revera eum sollempniter susterunt parentes; ipse autem proprium corpus consecravit et Patri sacrificavit: divinus hic Puer in sacerdotis ulnis, velut in altari positus, semetipsum Patri in sacrificium oblitus, dicens: *o Pater, boun, taurorum et aliorum brutorum sacrificia non tibi placevunt; ea pro expiatione peccatorum generis humani accipere renquisti; mihi autem corpus dedisti, ut illud pro omnium hominum salute sacrificarem: Hostiam et oblationem noluisti, corpus autem aptastis mihi* (ad Hebr. 10). O Pater! corpus quod dedisti mihi, jam tibi pro hominum salute offero; istud corporis mei sacrificium, quod in cruce altari consummaturus sum, jam incipio, necumque corpus jam nunc tibi sacrificio; nec propter aliud in hoc templum veni, quam ut corpus meum tibi in sacrificium offerrem; *tunc dixi, ecce venio.* De isto sacrificio, quod hodie in templo Christus obtulit, luculentar loquitur sanctus Bernardus, dicens, Christum bis corpus suum Patri in sacrificium obtulisse, hodie scilicet

in templo Jerosolymitano, et die veneri sancto in ara crucis. Certum est, Christum ab instanti conceptionis usque ad mortem se milles aeterno Patri intus consecrassae; tamen duo publica et solemnia corporis sui ei obtulit sacrificia, unum die passionis in monte Calvarie, et aliud in templo Jerosolymitano die Purificationis. In monte Calvarie sanguineatum et in templo non sanguinolentum sacrificium obtulit. Utrunque illud sacrificium voluntarium fuit, utrumque efficax, utrumque mirabile; et talis inter utrumque est convenientia, ut unum quasi aurora alterius videatur. Unde S. Bernardus unum matutinum et aliud vespertinum vocat: *illud erat sacrificium vespertinum, istud est matutinum* (ser. 3 de Pass.); sacrificium crucis vespertinum appellat, quia illud in vespere, seu in fine vite sua obtulit; sacrificium vero templi matutinum nuncupat, quia illud summo mane, seu in vita sua principio perfecit. O mirabile Christi sacrificium, qui a primis vita: suo diebus sui corporis Patri sacrificium obtulit! Christus ut Deus, nec sacerdos, nec victima esse poterat, quia utrumque dependentiam et inferioritatem dicit, qua Deo convenire nequeunt; ut autem sacerdos simul et victimam fieri posset, incarnatus est, et ab instanti conceptionis mirabilis sacerdos fuit, qui, ut ait Tertullianus, usque ad mortem seipsum Patri in sacrificium offerre non desitit: *a partu Virginis usque ad mortem factus est hostia* (ad. Jud.). Singulis momentis hic sacerdos proprium corpus pro humani generis salute offerebat Patri; continuo intus diebat: Pater, corpus quod dedisti mihi, pro hominum salute libens offero, illud flagellari, spinis coronari, cruci affigi et diram pro peccatoribus mortem subire volo. Haec est hostia, quam indeinxenter Patri intus offerebat; et hic sacerdos duplex solemne et publicum sui corporis sacrificium fecit; unum in cruce et in templo alterorum; in crucis sacrificio ipse simul sacerdos fuit et victimam: *simul ergo hostia et sacerdos in altari crucis perfectus est* (S. Aug. ser. 130 de temp.); in templi etiam sacrificio ipse fui sacerdos et hostia: ita sacerdos exiit, ut esset etiam sacrificium, quod pro nobis obtulit Deo, non aliud quam seipsum (id. in ps. 26).

Miramini hunc sacerdotem, qui Simeonis brachiis superpositus corpus suum Patri, ut hostiam placabilem et placenter summo charitatis affectu solemniter offert; *hodie placabilis et Deo placens hostia offertur in templo* (S. Ber. ser. 2 de Pur.). Miramini Christum, qui, ut ait S. Augustinus, *ipsas sanctas primitias carnis ex utero Virginis in holocaustum obtulit Deo* (in ps. 64). Miramini Christum semetipsum offerentem, non grana thuris unius assis, non arabica arboris lacrymas, nec duas meri guttas, nec sanguinem reprobi bovis mori optantis (Tertul. Apol. 30). Quod pura creatura Deo sacrificetur et immoleatur, nulla admirationis causa inest, cum ad hoc multis rationibus adstringatur; quod vero Christus, Deus et homo, a primis unguiculis proprium corpus solemniter sacrificio pro hominum salute Patri offerat, hoc est sapientia divina miraculum, quod nunquam satis admirari possemus. Est certe quod admiremur, ac est etiam quod imitemur; aut saltem Christi exemplo ad nosmetipso Deo offerendos moveri et excitari debemus. Heu! si Christus, qui Deus erat, seipsum in sacrificium obtulit, cur nos viles vermiculi et creature ignobiles, Deo et Creatori nostro corporum et animarum nostrarum sacrificia offerre recusabimus? Si Christus ex mera liberalitate et charitate se obtulit, cur nos *sacrificium justitiae*, seu ad quod perficiendum ex justitia tenemur, facere renemus? *Ille seipsum obtulit*, inquit S. Bernardus; *tu qui es, qui te offerre cuncteris?* (ser. 3 de Pur.). O peccator, ne cuncteris teipsum offerre Deo tuo: milles sacrificasti avaritiam, gula, voluntati et ambitioni; satane non Deo immolasti: *immolaverunt demonis et non Deo* (Deut. 32); nunc desine peccato et demoni te consecrare, et te totum Deo offeras. Ne audias demonem et mundum a sancto et aguissimo hoc te avertentes sacrificio, aut saltem illud procrastinare suadentes; si enim obtulit se Christus, cur te ipsum Deo non offerres? et si Christus ab infancia sui ipsius sacrificium fecit Patri, cur te ipsum Deo offerre tardabis? Impium et execrandum sacrificium memorat Tertullianus, quod non Deo, sed Statim deae liebat, cui Gentiles primo filios suos consecrabant: *prima consecratio infantis*

*super terram, Statine dea sacrum est (de anim. 30). O peccator? infantes tui sunt cogitationes intellectus tui et desideria cordis tui; hos infantes primo consernasti non Statine dea, verum voluntatis dea, avaritiae dea et gula deae tuae; hos infantes ab adolescentia daemoni non Deo sacrificasti. Saltem nunc oblationem tuam Deo offerre incipias; sacrificia tua in posterum Deo offeras; convertere ad Dominum Deum tuum, ita quod, relictis pravis habitudinibus, soli Deo cogitationes, desideria teque totum totaliter in sacrificium offeras. Divinum numen placandum est, atque demulcentum precibus et sacrificis, inquit Plato (dialog. Theag.); ergo, o miser, si irritasti Deum tuum sacrificando diis alienis, nunc ut eum placare valesas, ei mentis, cordis et corporis tui sacrificium facias; te totum illi offeras, sicut Christus, qui gratissimum Patri hodie sacrificium obtulit: et etiam sicut B. Virgo Maria, quae suum hodie sacrificium expievit.*

## II PARS.

*Sacrificium Mariæ.*

Beatissimam Virginem liberam fuisse atque imminem ab omni lege Purificationis, est vera constansque sanctorum Patrum sententia: cum enim mater esset Legislatoris, ceremoniali huic legi subdi non oportebat; cum etiam post partum permaneserit Virgo, lex data pro mulieribus, que suscepto semine peperant, illam non ligabat; cum tandem esset purissima ac prorsus expors omnis sive peccati, sive immunditiae legalis maculae, nullatenus purificari indigbat: *Virgo non egit purificatione, que neque in peccato concepit, neque unquam peccavit* (Bionys. Carth. in 2 Lec.). Nihilominus Maria quadragesimo post Christi partum die in templum venit, ubi voluntarie purificationis legem adimplevit, et quamvis esset purissima, non renuit inter ceteras mulieres immundas recesserit (Hug. car. in c. 2 Lec.). Contemplamini sanctissi-

maam hanc Virginem in templo purificationis legi obtemporentem et itidem adnotate arduum et heroicum honoris et famæ sue sacrificium, quod generosissime fecit, cum non secus ac alia mulieres impura voluerit videri et ab omnibus spectantibus non Virgo, sed mulier immunda; non mater purissima, sed femina peccatis et legalibus sordibus maculata testimari. In hujus legis observatione maxime enituit Maria obedientia, quia plus fecit quam facere tenoretur; tamen ejus magis adhuc illuxit humilitas, quia immunda judicari et reputari voluit: *quis non miretur, inquit Abbss Guerricus, quam in die purificationis Maria ostentaverit humilitatem, dum, que angelis purior erat, quasi sordibus scateat, purificationis remedium ad eas abstergendas assumpserit?* (ser. 4 de Pur.). Dicere poterat Maria, cur non ingrediar templum, que peperi Dominum templi? cur abstineam ab ingressu templi, cum sternus meus nesciens virum factus sit templum Spiritus Sancti? Dicere etiam poterat, quid nihil opus est purificatione? nihil in me est impurum, cum sim Virgo purissima; nihil etiam in conceptu, nihil in partu meo impurum repperitur, nihil purgandum, cum imo proles mea fons puritatis purgationem venerit facere delictorum; cur ergo ignominiosam purificationis legem, quam adimplere nulla ratione teneor, subibo et servabo? Has et alias rationes adducere potuisse Maria; ipsius vero posthabitum his rationibus, tanta fuit humilitas, ut purificari ac immunda reputari voluerit; *que angelis purior erat, quasi sordibus scateat purificationis remedium ad eas abstergendas assumpserit.* O magnam Marie humilitatem! itemque o maximum Marie sacrificium! *sacrificium maximum humilitas est*, inquit S. Chrysostomus; *hoc sacrificium humilitatis multo melius est, quam Iudeorum* (hom. 3 in ps. 50). Maximum quidem humilitatis sacrificium, quia victima quae in hoc sacrificio offertur, alia non est quam honor et fama, qua nihil charius: *nihil est ita charum homini sicut fama* (D. Thom. opusc. 9 de dec. prec.). Miramini ergo Mariam offerentem sacrificium humilitatis, in quo pre humilitate honorem et famam suam Deo sacrificat, dum pro illius amore

imunda et impura eligit reputari. Hoc sacrificium in libro Confessionum obtulit sanctus Augustinus, dum se peccatorem et immundum coram omnibus confessus est. *Accipe, inquietabat, sacrificium confessionum mearum de manu lingue mea.* Longe autem excellentius et eminentius extitit Mariae sacrificium, quia Augustinus, qui peccator et immundus fuerat, se peccatorem et immundum fatebatur; Maria, hiec sideribus et angelis purior, immunda et impura videri voluit et estimari. O magnum sacrificium! A sacerdotio et sacerdotialibus munis omni tempore exclusive fuerunt mulieres, quas velati et tacere in templo praecepit D. Paulus. Sanctus tamen Epiphanius Mariam ut sacerdotem proponit: *mirare Mariam veluti sacerdotem pariter ac altare (in orat. B. Virg.).* Non equidem sacerdotiali charactere insignita erat; tamen sacerdos dicitur, quia honoris et famae sua sacrificium hodie obtulit, quo sacrificio nullum pretiosius censet S. Isidorus a Damiana, quia nihil nobis charius fama ac hono nomine; et quia bona fama est vita quadam moralis ipsa vita naturali amabilior, qua etiam post mortem in hominum mentibus vivimus. Illud quidem sacrificium nonnulli obtulere sancti, qui varis crimibus calumnioso accusati, os suum aperire noluerant, ut saam manifestarent innocentiam; hos omnes hac in parte hodie antecessit Maria, cuius tanto gloriosius fuit sacrificium, quanto major extitit gloria quam Deo sacrificavit. Maxima Maria gloria erat, quod sinnal Virgo et Christi Mater asset: *tanta est Virginis dignitas, eo quod Mater Dei sit, ut plane exceedat omnium hominum dignitatem, verum etiam angelorum* (S. Aug. de Sym. 2, 4); hanc autem gloriam et hunc honorem sacrificavit, cum purificationis legem servavit, quia spectantibus occasionem preibuit iudicandi eam nec Virginem, nec Christi matrem esse, quia legem pro solis non virginibus et pro solis mulieribus impuris latam servabat; ideo fatendum gloriosum exitisse Marias sacrificium. Jamvero quam pauci Mariam imitantur! quam pauci etiam cum aliquo honoris detrimento legam Dei servant! plerique boni volunt videri, non esse, et plerique non tam de conscientia, quam de fama ac

de hominum opinione curant; *eo perducta res est,* inquit S. Hieronymus, *ut neglecta veritate meriti, de sola opinione curemus* (ep. ad Demet.). Maria maluit bona opinione cadere, quam legem non servare; multi legem non servant, ne ab aliis contemnatur et irrideantur: timent contemni, si iniurias parcant, si jejunent, si impiorum consortia vident, si saepe peccata confiteantur et si totaliter ad Deum convertantur; erubescunt bene agere, quia contemni, et imaginariam, nec non ridiculam, ino et malam apud homines opinionem perdere timent. O excrucians hujusmodi hominum, qui dicunt bonum malum et bene facere erubescunt! audiant Christum dicentem: *qui me erubuerit et meos sermones, hunc Filius hominis erubescet, cum venerit in maiestate sua et Patri et sanctorum angelorum* (Luc. 9, 26). O peccator! Christi legem servare ne erubescas propter aliorum opinionem; a bene agendo ne abstineas; fac quod debes et dicant homines quod voluerint; sacrificia Dei vanam illam hominum opinionem, que te pluries a bonis operibus retardavit et pluries ad peccatum allexit. Offer Deo tuum sacrificium, sicut Maria. *Imitare quoque sacrificium sancti Simeonis.*

## III PARS.

## Sacrificium Simeonis.

Vita presens fallax est et umbratica, infelix et laboriosa, fragilis et caduca, quae non manet, sed transit, non durat, sed evanescit, non stat, sed perit, et quae quanto magis crescit, tanto magis decrescit, quanto magis procedit, tanto magis ad mortem accedit. Nihilominus transitoriam, infeliciam, necon laboribus, doloribus, periculis et serumnis plenam hanc vitam amamus, eam diuturnam esse optamus, et ex naturali propensione semper magis ac magis vivere concupiscimus; *naturale nobis est velle vivere* (S. Aug. de Gen. ad lit. 2, 27). De naturali tamen hac diu vivendi inclinatione hodie triumphat

senex Simeon, quia vite sue sacrificium Christo offert, et pro illius amore mori appetit. In Christi nativitate cantaverant angelii, eum in invasirunt pastores, pretiosa ei munera obtulerant Magi; hodie Simeon non aurum, non myrram, non hymnos, verum ipsam vitam offert et sacrificat, dicens: *nunc dimittis servum tuum Domine*, seu ut explicat S. Ambrosius, *nunc dimitte seruum tuum, Domine* (Luc. 2); vel, ut exponit Hugo cardinalis, *oro ut dimittas me*. Seu rogo te, Domine, ut jam pro tui amore moriar, vitam meam tibi offero, et pro tui gloria mori ardentissime cupio. *Quis mihi det ut moriar pro te?* Homines in hoc mundo viventes navigantibus apposite confert sanctus Gregorius: «Vita nostra, inquit, navigandi similis est: is namque qui navigat, stat, sedet, jacet, vadit, et impulsu navis dicitur; ita nos, sive vigilantes, sive dormientes, sive tangentes, sive loquentes, sive sedentes, sive ambulantes, per momenta temporum quotidie ad finem tendimus». Haec quidem vera et expressa est vita nostre imago; animadvertemus tamen, quod sicut in remotas regiones navigatur audientes navem ex portu solvi ac vela ventis dari, contristantur plurimani, si sibi necessaria non comparaverint; ita et peccatores, qui tota vite sua tempore bonorum operum fructus colligere neglexerunt, tristantur, tremunt et sepe in desperationem incident, cum ad alium mundum migrandi tempus venit. S. Simeon, qui vir justus erat ac timoratus, et qui magnam bonorum operum copiam coacervarat, in aliud mundum navigare non timuit; mori non formidavit, immo appetuit, vitamque suam Christo sacrificavit, ac pro illius gloria mori postulavit: *nunc dimitte seruum tuum, Domine. Oro, ut dimittas me.* Pro Christo mori concupivit D. Paulus, pro Christo etiam mori optavit Simeon; magna tamen inter utrumque extat differentia, quia pro Christo mori desideravit D. Paulus, ut cum Christo esset, *cupio dissolvi et esse cum Christo*. Simeon autem cum Christo erat, Christum videbat, Christum in manibus portabat, et pro eo mori postulabat. O senex sanctissime, ardenter Christum videre concupiveras; hic est desideratus a cunctis gentibus, liberator populi israelitici verus

Messias et Deus tuus, quem tanto affectu videre optaveras; cur ergo nunc, cum eum videtis et possidetis, dimitti et mori peroptatis? quia, inquit, *viderunt oculi mei salutare tuum, vult mori, quia Christum vidit*. D. Paulus mori cupiebat, ut Christum videret, et Simeon mori optabat, quia Christum vidit, non enim Christum videret potuit, quin eum amaret, eumque ita amat, ut propriam ei vitam sacrificaverit et pro illo mori appetierit. *Nunc dimitte seruum tuum, Domine.* Antiquus quidam philosophus, ut refert Plutarchus, Octavianum Augustum summo affectu videre peroptarat, quem ubi primum vidit in ardenter se precipitavit rogam, haec verba proferens: *oculi qui tantum lumen viderunt, non oportet ut amplius quidquam videant (in vita Alex.)*. An sapienter, vel insipiente egerit hic philosophus, judicent alii; sapientissimum autem proclamabo sanctum Simeonem, qui viso Christo, nihil amplius in hoc mundo videre optavit; viso vita autore, non ultra vivere appetit, illi vitam suam totaliter sacrificavit, et pro illius amore mori desideravit: *nunc dimitte seruum tuum, Domine. Oro ut dimittas me*. O mirabile Simeonis sacrificium! et o utinam sanctum hunc sacerdotem omnes imitarentur fideles! utinam non mundi, non demoni, at Christo propriam vitam sacrificarent! Simeon Christum ultim suscepit; nos autem non ulnis, at vero in corde sub eucharisticis velis recipimus. Cum eum in manibus gestarst Simeon, ei propriam vitam sacrificavit; similiter quotiescum in Eucharistia recipimus, nostram ei vitam sacrificare debemus, dicendo cum Simeone: *nunc dimitte seruum tuum, Domine*, seu, o Domine, paratus sum pro tui amore vitam meam ponere, et antequam ad te recipiendum accederem, tantam adhibui dispositionem, quantum si statim moriturus et ex hac vita exiturus essem. Volvit Deus, quod Iulai Agnum Paschalem cinetis renibus, stantes, baculum manu tenentes, et tamquam peregrini mandarent, ut doceret nos, quod *quicunque Agnum Eucharisticum mandueant, ita debent esse expediti, quasi exituri de hoc mundo* (Imperf. hom. 52 in Matt.). O christiane, quomodo Agnum Eucharisticum manducasti? Sumpstine illum,

ac si exiturus eses de mundo? Quotiescumque ad sacram Synaxim accessisti, erasne ita expeditus, ac si sumpto Sacramento moriturus eses? Si Angelus dixisset tibi, immediate post communionem, morieris, potuissestne respondere, *nunc dimittre*, nunc mori paratus sum? Nonne aliquid adhuc restituere, nonne aliisque peccati reliqua purganda superessent? Heu! forte grave quoddam peccatum tibi confidendum ac expandendum superfuerit! et forte plures corpus Christi sumpsi, velut alter Judas, enormi quoddam peccato inquinatam gerens animam! O peccator! o Judas! o proditor! non amplius accedas, ut oscularis et manduces Christum, nisi prius tuam laveris conscientiam; proba teipsum antequam de divino illo pane edas; munda prius cor tuum et animam tuam ab omni macula; dispone prius diligenter domini tue et conscientiae tue, ac si modo ingratis a corpore esto ita paratus, ut dicere possis cum Simeone: *nunc dimittite servum tuum, Domine*: seu, o Domine, meam tibi vitam offero, et si jam me mori velis, *paratum cor meum Deus, paratum cor meum*. Si ita paratus accedas, in mortis tuae die paratus eris Deus ad beatitudinem aeternam tibi dandam, in qua perpetua perfueris pace. Amen.

## DE SANCTO MATHIA

## CONCIO UNICA.

*Cecidit sors super Mathiam (Act. 1).*

Vulgari effalo et ipsa constat experientia, objecta nunquam clarius et perfectius apparere, quam cum suis contrariis opponuntur. Verus nequam iucundius, quam cum rigidam subsequitur hiemem; pulchritudo, nunquam fulgentior, quam cum cuidam opponitur turpitudini; nunquam melius adnotatur maris tran-

quillitas, quam post sedatum tempestatem; gravior nunquam est quiete, quam post laborem; et nunquam suavius degustantur voluptates, quam post gravem afflictionem. quia, ut loquitur philosophorum princeps, *contraria iuxta se opposita elucentur*. Hanc veritatem que omnibus liquet, norunt potissimum theologi, pictores et oratores: *theologi* enim, ut vitii cuiusdam malitiam manifestent, virtutis contraria et ipsi opposita excellentiam extollunt: *pictores* periti adiectis variis umbris, rutilantiores suos efficient colores: *oratores* in suis orationibus justos peccatoribus, infernum paradiso et alia multa contraria contraria oppondere solent, ut unum per aliud magis innoteat et clarius elucescat. Theologi, pictoris et oratores munere fungi mei nunc aliqualiter est instituti, cum sancti Mathiae virtutes assecurare, merita depingere et orationem encomiasticam contexere suscepimus; ergo ut intentum obtinere valeam, sanctum hunc apostolum infando Judae, cui successit et cuius locum in collegio apostolico occupavit, opponam, quamque ipsi contrariis fuerit, manifestabo. Ave.

Judas fuit apostata, proditor et prodigus: fuit *apostata*, qui Christi dominum reliquit: *proditor*, qui Christum persecutus est; et *prodigus*, qui Christi gratias dissipavit. Hic apostata dominum Christi reliquit, cum eum venditurus noctu pontifices adivit. *Exieit continuo et erat novus* (Ioan. 13). Hic proditor persecutus est Christum, cum oculi signo eum suis tradidit inimicis: *Osculo filium hominis tradis*? Hic tandem prodigus gratias Christi dissipavit, cum anima et proprio sanctis oblitus, in desperatione incidit et *laqueo se suspendit* (Mat. 27, 5). Ecce qualis extiterit infidus et omnibus saeculis execrandus Judas, cui toto diametro oppositus et contrarius extitit sanctus Mathias; nam si hic apostata egreditur de Christi domo, in eam ingreditur Mathias; si hic prodigus dissipat Christi favores, eos Mathias recipit; si iste proditor Christum persecutur, gravia pro illius amore Mathias patitur. 1. Mathias ingreditur dominum Christi, quam hic apostata reliquit; 2. Mathias favores Christi recipit, quos hic prodigus dissipavit; 3. Mathias pro Christo patitur, quem hic proditor persecutus est.

## I PARS.

*Sanetus Mathias ingreditur domum Christi, quam Judas apostata reliquit.*

Christi mystica domus est Ecclesia, quam suis ipse prædicationibus, exemplis, sudoribus, sanguine et miraculis sedificavit. In hac Christi domo Judas apostoli fungebatur officio, et avaritia spiritu excrucias, ex eo egressus est, ut Christum principibus sacerdotum venderet: *quid nullus mihi dare et ego eum vobis tradam?* (Mat. 26). Ut autem integer semper et perfectus remaneret duodenarius Apostolorum numerus, Jude subrogandus erat alius, qui in Christi domo ejus occuparet locum et Apostoli munera fungeretur et is fuit S. Mathias, qui in Christi domo electus est Apostolus 1. Dei providentia; 2. aliorum Apostolorum suffragis; 3. proprii meritis.

1. In Deo mirabilis quadam habetur providentia, que dici potest providentia *supplementi, subrogationis vel substitutionis*, qua cum aliqui a locis et officiis, ad que fuerant sublimati, decidunt, alios in eorum locum substitut, et cum aliqui labuntur a statu justitiae, locum illorum alii sortiuntur (S. Greg. Mor. 25, 7). Singularis haec Dei providentia in celo eluxit respectu angelorum rebellium et in terra respectu Iude. In celo, cum Lucifer et angeli ejus perdentes suum principatum in infernum precipites ruerunt, Deus sua providentia ad impletandas ruinas et ad occupandas varias eorum sedes, homines vocavit, qui in aeternam in celo regnabunt, et qui, ut ait D. Augustinus, *in immundorum spirituum locum succedentes, in ea pace, de qua illi ejecti sunt, sine fine permanebunt.* In terra etiam eadem providentia factum est, ut cadente Iuda et ab apostolorum collegio apostolante, Deus sanctum Mathiam in ejus locum sufficeret. Accipiente sancto Mathia locum ministerii illius et apostolatus, sanctissima perfectionis exanicte summa reparata est (Alc. in die S. Mathiae). Unde

præclarum et prudentissimum fuisse videtur Chilonis philosophi responsum, qui interrogatus, quid faceret Deus, respondit, *ex celso deprimit, depresso extollit.* Deus enim incomprehensibili sua providentia alios extollit, alios deprimit; et cum aliqui gratia et dignitatibus suis endunt, alios subrogat et *stare faciet alios pro eis* (Job. 34, 24). Et sic cum cederunt angeli, in eorum locum homines sufficiunt; sic etiam cum cedidit Judas, apostolatum ejus dedit alteri, Mathiae scilicet, qui ejus sedem occupavit, et qui per Dei providentiam *anumeratus est cum undecim apostolis* (Act. 1). In Deo quadam est providentia *ordinationis*, qua res ita disponit et ordinat, ut cuiuslibet locis ipsi convenientis assignetur: hac providentia cœlis, aëri, igni, aqua, terra et omnibus creaturis dantur loca ipsis congrua; hac providentia justi paradiso et impii inferno, tamquam locis eis congruis destinantur; hac etiam providentia sancto Mathiae et Iude data sunt loca eorum meritis consentanea; de Iude enim dicitur, quod postquam de Sede apostolica excidit, abiit in locum suum: *ut abiret in locum suum*; id est, ut explicat Ecumenius, *in laqueum, quo se dignum reddidit, vel in infernum, qui paratus est diabolo, et sequacibus ejus.* Sanctus Bernardus ait, Iudam abisse in locum suum, scilicet in aërem, *in quo crepauit medius aërearum collega potestatum*, ut illum proditorem nec cœlum recipere, nec terra sustinere (ser. 8 in Ps. 90). Ecce locum in quo Judas post easum juxta ordinem divine providentie positus est, sed eadem providentia sancto Mathiae suum etiam assignavit locum, nempe locum de quo lapsus erat Judas, seu Sedem apostolicam, ad quam illum sublimavit; Mathias enim erat humilissimus et in novissimo loco recumbere amiebat, ipsi vero dixit Deus: *amice, ascende superius*, et per suam providentiam cuncta recte ordinantem et dispontentem eum in collegio apostolico locavit; et *anumeratus est cum undecim Apostolis.* Dum autem Mathias in domum Christi electus est Apostolus Dei providentia, *factus est etiam Apostolus aliorum Apostolorum suffragis.*

2. Post Christi ascensionem sanctus Petras, ut Apostolorum princeps, totiusque Ecclesie visibile caput, congregato centum

viginti fratrum concilio, aliquem, qui prævaricatoris Jude locum occuparet, eligendum esse proposuit; ejus propositionem approhaverunt omnes, omnesque ad tale ministerium eligendum esse aut Mathiam, aut Barsabam unanimi consensu dixerunt: *statuerunt duos, Joseph, qui vocabatur Barsabas, qui cognominatus est Justus et Mathiam.* Non parva, ait S. Vincentius Ferrerius, nec levis in hoc coœsilio fuit difficultas dijudicandi, quis ex prefatis duobus in locum Jude reponeatur; alii asserentibus eligendum esse Joseph, qui a magna qua eminebat sanctitate, vocabatur Justus, et qui erat Christi consanguineus, neconm B. V. Mariae nepos; abis dicentibus, Josepho præferendum esse Mathiam, qui non solum sanctitate exima, verum et magna pollebat scientia. In hoc autem dubio, ut quis eligendum esset, agnoscere valerent, orationi se dederunt, et orantes dicerunt: *Tu Domine, qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris ex his duobus, unum;* seu manifesta nobis quem ex his duobus, ut in Jude locum substituatur, tua destinavit providentia, et quem nos ad ministerium hoc elegere debeamus. Facta hac oratione, pro electione novi Apostoli suffragia sua dederunt omnes: *dederunt sortes,* inquit sacer Textus; seu ut explicat Lorinus, ab illis dati sunt calculi, vel ab his schede in aliquod vas conjecta sunt, et *ecceidit sors super Mathiam,* seu extractis ab urna, vel alio vase calenis aut schedis, omnium electorum calculis et suffragiis Mathias electus est in apostolum. O mirabile et sanctam Mathie electionem, que aliorum omnium electionum forma et exemplar esse videtur. Doctissimus canonista Rebiffus ita effrenatam aliquorum ait esse ambitionem, ut ad beneficia ascendant per omnes casus, excepto vocativo. Ea obtinant, inquit, *nominativo*, quia hinc eorum non sint capaces, ad ea tamen per fas et nefas nominari curant. Ea assequuntur *genitivo*, seu medianibus genitoribus et parentibus, qui omnibus viis etiam illicitis eos ad beneficia et ecclesiasticas dignitates sublimare conantur. Ea adipiscuntur *datico*, dando scilicet simoniae pecunias aut munera. Ea tandem impearant *accusativo*, vel *ablative*, nempe accusando aliquos criminis eos qui illa

possident; vel vi, fraude, aut alia via illicita ea anforendo. Nomen illud, *beneficium*, caret *vocativo*, seu, ut ait preclarus hic legisperitus, paucissimi ex vera Dei vocatione beneficia sumunt. Ast S. Mathias a Deo vocatus, et per veram, omnibusque numeris perfectam electionem ad apostolatum pervenit. In ejus electione nullus habitus est respectus ad carnem et sanguinem, nulla intervenit fraus, nullus dolus, ambitio nulla; ab electoribus sanctissimis, Dei solius gloriam et Ecclesie utilitatem quarantibus, invocato prius Spiritus Sancti auxilio, communī consensu, ac omnium electorum suffragiis fuit electus et *anumeratus est cum undecim apostolis.* En ergo S. Mathiam constitutum apostolum aliorum apostolorum suffragiis; *videamus eum etiam apostolatum consecutum propriis meritis.*

3. Licit enim in rigore justitiae non esset dignus apostolatu, ad ejus tamen merita respxerunt apostoli, cum eum elegerunt: quippe qui ante electionem orantes a Deo petierunt, ut ipsis manifestare dignaretur, quis hoc munere esset dignior; *ostende quem elegeris*, et per signum aliquod divinum agnoscentes Mathiam dignorem, concordi omnium suffragio ipsum ad tantum munus assumpserunt. Mathias, inquit S. Antoninus, *erat in lege Domini doctissimus, corpore mundus, animo prudens, in solvendis questionibus sacrae scripture acutus, in consilio providus, in sermocinatione expeditus* (Lor. in Act.). Apostoli autem has et alias sancti Mathiae perfectiones ponderantes et a Deo inspirati, eum ut aptiorem, perfectiorem et apostolatu digniorem elegerunt. Psalmum centesimum octavum de Jude profidore passim intelligunt sancti Patres; quorum nonnulli tot in hoc psalmo adversus illum contineri dicunt maledictiones, quot argenteis ipse Christum vendidit; una autem ex his maledictionibus habet, quod *episcopatum, seu apostolatum ejus accipiat alter, id est Mathias, qui, inquit Bellarminus, omnibus modis fuit alter a Jude;* Mathias enim non fuit profidus, sed fidelis Christi discipulus; non fuit avarus, sed evangelice paupertatis amator et cultor; non fuit invidus, sed charitatis ardore accensus et sufflammatus; non fuit vitiis deturpatus, sed

virtutibus multis decoratus; non fuit tandem apostolatu indigens sicut hic apostata, ast in eo tot perfectiones, totque merita adnotarunt ali⁹ apostoli, ut unanimi eum consensu elegant. Ecce quomodo Mathias, ut apostoli fungatur officio, Christi domum ingreditur, quam Judas apostata reliquit. *Mathias recipit etiam favores, quos Judas prodigus dissipavit.*

## II PARS.

*S. Mathias recipit favores, quos Judas prodigus dissipavit.*

Favores quos dissipavit et perdidit Judas, sunt honores, gratiae et corona; *honores*, ad quos sublimatus erat, *gratiae*, quibus ditatus erat, et *corona* que illi parata erat; Mathias autem hos omnes recipit favores; recipit enim 1. honores ad quos Judas sublimatus erat; 2. gratias quibus Judas ditatus erat; 3. coronam que Judas parata erat.

1. Maximi sunt honores ad quos Christus suos sublimavit apostolos; ipsos enim esse voluit *Ecclesiasticorum principes, belli triumphales duces, caelestis aula milites et vera mundi lumina* (*in Off. Ap.*). Eos ita exaltavit, ut regum, principum et omnium hominum judices constituerent: *sedebitis et vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël* (*Matt. 19, 28*). Eos etiam esse volunt terrae saltem, Evangelii predicatores, eternitatis satores, nepon familiariissimos ejus amicos: *jam non dicam vos servos, sed amicos*. Illos tandem ita sublimibus affectit honoribus, ut eos a Deo nimis honorari dicat regius Prophetæ: *nimirum honorificati sunt amici tui, Deus* (*Ps. 138, 17*). Judas simul cum ceteris ad hos omnes exaltatus fuerat honores; erat enim unus ex Christi discipulis, unus ex familiaribus Domini, unus de Ecclesiasticis principibus, unus ex luminibus orbi terrarum illustrando destinatis; erat unus ex senatoribus a quibus homines et angeli sunt iudicandi; uno verbo nimis honoratus fuerat; hic prodigus autem hos omnes dissipavit honores, et, ut alter Lucifer, de celo, seu de honorum culmine

cedidit: *quomodo cecidisti de celo Lucifer?* (*Isaiae 14, 12*). S. Mathias omnes percipit honores quos perdidit Judas: ut enim sit Anastasius Sinaita: *Judas electus ad principatum apostolatus, et quasi in celo constitutus, cecidit tamquam fulgor de celo in perditionis ruinam et episcopatum ejus accepit alter* (*lib. 7 Hexam.*), Mathias scilicet factus Ecclesiæ princeps, spiritualis militia dux, clarissimum orbis lumen, iudex vivorum et mortuorum, sal terre, Evangelii predicator, ac amicus Christi; ipse episcopatum, seu honores apostolicos, quos dissipavit Judas, consequi meruit: *episcopatum ejus accepit alter*. Variis Judas appellatur nominibus, qualitatem, avaritiam, ingratisitudinem et miseriam ejus indicant; a Christo autem vocatur specialiter *filius perditionis* (*Joan. 17, 12*): eoque nuncupatur nomine, vel quia perditione dignus, vel quia perditus et damnatus, vel quia murmuravit de unguento a Magdalena fuso, ut de re perlita: *ut quid perditio haec?* (*Matt. 26, 8*), vel etiam quia simul cum pecunia pro Christo Judeis vendito accepta datus est in perditionem: *pecunia tua tecum sit in perditionem*. Vel tandem Judas dicitur *filius perditionis*, quia ut prodigus dissipavit et omnes perdidit honores, ad quos a Christo erectus fuerat, Mathias autem ei suffectus nuncupari meretur filius salutis, qui omnes accepti honores, quos *filius perditionis* perdidit et dissipavit: *quia necesse habebat perire filium perditionis, oportebat in locum ipsius subrogare filium salutis* (*Ambr. in ps. 40*), Mathiam scilicet, qui omnes honores a Iuda amissos est assecutus. *Ad haec Mathias recipit etiam gratias, quibus Judas ditatus fuerat.*

2. Gratiae divine pretiosi sunt thesauri, quibus Christus omnes amicos suos et principes apostolos dicit: istis dedit gratiam sanctificandem, qua formaliter justi facti sunt, et gratias sanitatum, virtutum, miraculorum, ac alias gratias gratis data, quibus mirabilia operari sunt: eos enim filios vocat: *filioli, adhuc modicem cobiscum sum* (*Ioan. 13, 33*); quia sicut pater filii bona sua libenter distribuit, ita et Christus, qui omnes prorsus homines gratiarum suarum participes efficit, eas

abundantius apostolis, tamquam filii, largitus est. Ipse Judas, cuius casum previdebat Christus, gratia miraculorum et aliis gratiis, non secus ac alii apostoli, abunde fuerat ditatus; ille prodigus hos gratiarum thesauros dissipavit, acceptasque a Deo gratias perdidit. Deus autem in ejus locum subrogavit Mathiam, cui gratias dedit illis aquales quas dissipaverat Judas. Paterfamilias qui conductus operarios ad excolemam vineam, illi, qui circa horam undecimam venit, denarium dedit non secus ac alii, qui summo mane venerant; sic sanctus Mathias hora undecima, seu tarde ad apostolatum vocatus, tantam a Christo recepit gratiarum abundantiam, quantum Judas et alii apostoli, immo ut opinatur S. Laurentius Justinianus, Mathie Christus abundantior quam Judae et nonnullis aliis apostolis gratiarum copiam largitus est: *uberiorem manipulum sortitus est gratiae* (serm. de S. Matt.). Postquam peccavit Judas, Pharisei et alii Christi inimici de apostolis dicebant: videat cuius virtutis et religionis sint illi homines, qui magistrum suum numerata pecunia vendunt: hi non sancti censendi, sed impii; hi necessitate pauperes, corde et affectu avariant et divites; hi non salutis predicatorae, potius hominum proditores dicendi. Rumor ille ubique disseminabatur, et ideo apostoli despiciebantur, objurgabantur et ut homines pessimi a multis inspiciebantur; ut ergo Christos Dominus hunc tolleret tumorem et hanc jacturam repararet, quam per Jude casum collegium apostolicum patiebatur, Jude sufficit Mathiam, eumque pra aliis apostolis magna gratiarum abundantia replevit: *uberiorem manipulum sortitus est gratiae*. Simul vero S. Mathias gratias accepit, quibus ditatus fuerat Judas, ac *recepit coronam, que Jude parata erat*.

3. Jude, omnibusque apostolis coelestem beatitudinem et coronam glorie promiserat Christus: *vos qui reliquistis omnia et secuti estis me, centuplum accipietis et vitam eternam possidebitis; coronam tamen et vitam eternam non eis pollicitus est simpliciter et absolute, verum conditionate, seu ea conditione, quod in ejus obsequio et in sui apostolatus exercitio fideliter perseverarent. Unde videtur Christum cuiilibet apostolorum*

dixisse: *tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam* (Apoc. 3), seu si in apostolatu et gratia accepta perseveres, habebis coronam glorie; si autem non perseveres, in tui locum sufficietur alius, cui corona dabitur. Omnes autem apostoli fideliter et constanter perseverarunt, uno Juda excepto, qui apostolicam dignitatem, gratias acceptas, ac jus paratum sibi coronam accipiendo perdidit; in ejus autem locum subrogatus fuit Mathias, cui data est non solum Judae dignitas, verum etiam corona illi destinata, quam quidem obtinuisse illi impius si perseverasset: *hec est corona duodecima præfulgida, quam in regno Christi Mathias consequitur apostolus* (Lanr. Just. s. de S. Matt.). Praeclarum, meoque proposito convenienter memini historiam quadraginta Martyrum, qui frigidissimo hiemis tempore nudi sub dio supra stagnum rigens pernoctare iussi sunt, ut frigore congelati necarentur. Unus autem ex eorum custodibus videns a Deo missos angelos, qui coronas solum tringita novem Christi militibus distribuerent, it secum loquebatur: quadragesita hi sunt, quadragesimi corona ubi est? que cum cogitaret et animo versaretur, unus ex quadraginta, cui anius ad tolerandam frigus defecrat, in proximum tepelactum balneum desiliit. Ecce miserum, qui paratam sibi coronam perdidit; atvero Deo inspirante, custos qui prefata viderat, detracit sibi residuum in stagnum ingressus est, in quo erant alii tringita novem Christi martyres, clamans se esse christianum; propterea coronam accipere meruit, quam aliis perdidérat. Eodem sane modo duodecim coronas apostolis duodecim distribuendas Christus paraverat; Judas proditor et prodigus sibi parata se indignum præbuit corona: Mathias autem ei subrogatus est, ut acciperet quod illa perdidit et coronam obtineret, a qua illi desicerat: *hec est corona præfulgida, quam in regno Christi Mathias consequitur apostolus*. Igitur Mathias favores recipit, quos Judas prodigus perdidit; Mathias etiam patitur pro Christo, quem Judas proditor persecutus est.

## III PARS.

*S. Mathias patitur pro Christo, quem Judas  
proditor persecutus est.*

Imprudenter Judas et crudeliter Christam persecutus est, quem Iudeis vendidit et osculi signo inimicis tradidit. Mathias autem, qui in omnibus alienus fuit a Iuda, non persecutus est Christum, quin pro illo gravia passus est 1. in itineribus que suscepit; 2. in ministerio quod exercuit; 3. in martyrio quo pertulit.

1. In omnem terram exiturus erat apostolorum sonus; missi ut Evangelium omni creature predicarent, post Christi Ascensionem divisorunt inter se mundum, S. Petrus Antiochiam, S. Andreas Achajam, Asiam, S. Joannes et S. Jacobus Hispaniam adierunt: in Indianum sancti Bartolomeus et Thomas se contulerunt; Mathias vero Aethiopiam et Iudeam peregrinavit, gravesque in his peregrinationibus pro Christo labores pertulit: *magnos labores pertulit peregrinando ex una regione in aliam per caria desertorum immanissimis feris plena* (Laur. Just. s. de S. Mat.). Nudis pedibus per terras desertias et invias iter agebat: undeque sine pene, sine argento, omnique humano destitutus auxilio incedebat: in frigore, siti et nuditate regiones sibi ignotas paragrabat. Heu! quot diebus sine pane prandit? Quot noctes sine cubili et insomnis pertransiit! Quot feras immanes, quovis homines feris crudeliores in urbibus, in pagis et in silvis obvios habuit! Ubique terrores et ubique labores, quae constanter pro Christo passus est: *magnos labores pertulit peregrinando*. Angelus idem est ac missus, et angeli ad hominum salutem a Deo missi sunt non secus ac apostoli: magna tamen differentia inter hos et istos missos: angeli namque, cum ad homines mittuntur, nullum in itinere perfuerunt laborem; nullus eis obvius est hostis, qui eos persequatur; non sitiunt, nec esuriant in via; sequo

## Concio de S. Mathia

non indigent, nec curru; diversoria non querunt, nec cubilibus egerint, ut reüssent; feras, silvas, montes, rupes et quidquid horrendum inveniri potest in via non pertimescent; ac facilime et quasi in instanti, veluti fulgura, a gente in gentem transiunt, ut ibi voluntatem ejus a quo missi sunt, fideliter impleant. At longe alter loquendum de S. Mathia: fuit quidem a Deo ad salutem animalium missus non secus ac angelii; fuit etiam angelus puritate et sanctitate; non tamen fuit angelus facilitate peregrinandi et traeseundi a loco in locum: sitim enim, famem, lassitudinem et alia multa, eaque gravia pro Christo in suis itineribus et peregrinationibus perpessus est: *labores multos pertulit peregrinando*. Gravia etiam pro Christo passus est in ministerio quod exercuit.

2. Apostolorum ministerium et munus [i]n promulgatio et predicatio Evangelii: *apostolis munus promulgandi Evangelii ab ipso Domino fuit impositionis* (S. Aug. Tract. 54 in Joan.). Quod munus feliciter et perfectissime obiit S. Mathias, qui postquam in Iudea proditoris locum suffictus fuit, apostolatum suum Evangelii predicatione decoravit: *apostolatum iste sanctus suspicisci obediens, honorifice decoravit evangelizando* (Laur. Just. ubi sup.). Omnes quidem apostoli in ministerii hujus exercitio gravia passi sunt; graviora autem pertulisse videtur Mathias saltem in Iudea, ubi solus relictus est, ubi diu Christum crucifixum predicavit, quem Iudei detestabantur et execrabantur: *Iudeis quidem scandalum*. Verum est, inquit Baronius, aliquandiu post Christi Ascensionem in Iudea omnes apostolos remanserint, ibique Evangelium predicasse, quousque, ut Agrippa regis persecutionem declinarent, in varia mundi partes sunt dispersi, excepto Mathia, qui in Iudea diu remansit, ubi miraculis et predicationibus suis multis ad Christi fidem convertit et ubi in ministerio sui exercitio gravissima multa pertulit. Heu! Quis non est passus S. ille Apostolus ab hominibus, de quorum malitia et pertinacia omnes apostoli simul iuncti triumphare nequerant? Quae non pertulit a populi, quorum corda duodecim apostoli, omnes discipuli et ipse Christus verbi, miraculis et exemplis suis

flectere et mollire nequierant? Quanta non est perpassus in excolendo terram aridam et ingratam, in qua zizaniam superseminalerat inimicus homo et in qua tot ejus erant hostes, quot homines? Certe gravissima ibi et alibi pro Christo passus est in ministerio sui exercitio. Postremo gravia pro eo passus est in martyrio quod pertulit.

3. Dum in Iudea predicaret S. Mathias, caecos illuminabat, leprosus mundabat, diaboles expellebat; ejus virtute claudi ambulabant, sardi audiabant, muti loquebantur et mortui resurgebant. Quapropter sacerdotes Iudeorum diabolica accensi invidia, eum in multis coram pontifice accusarant, et praecepit ei objectarunt, quod esset christianus: ad quod respondit ipse, quod esse christianum non erat criminis, sed gloriae. Si mox dixit pontifex, an, si darentur ei inducere, criminum quorum accusabatur ponitere vellet? respondit S. Apostolus: *absit, quod a veritate quam semel inventi, per apostasiam disgregiar.* Tunc pontifex indignatus tulit sententiam quod lapidaretur et postmodum caput ejus amputaretur. Grave estimatur martyrium S. Stephani, qui lapidis fuit obrutus; grave etiam censetur martyrium S. Pauli, cui caput fuit amputatum; duplo hoc martyrio commendatior S. Mathias; nam instar Stephani lapidis fuit grandinus et instar Pauli capita obtruncatus. Ecce apostolum qui vere gravia patitur pro Christo, quem Judas persecutus fuerat. Judas apostola, ut diximus, Christi donum reliquit, et Mathias, ut apostoli fungentur officio in eam ingressus est *Dei prouidentia, aliorum apostolorum suffragis et propriis meritis.* Judas prolixi acceptos a Christo favores dissipavit, et eos recipit Mathias: *qua percepit honores ad quos Judas sublimatus erat, gratias quibus Judas datus erat et coronam quae Jude parata erat.* Judas proditor persecutus est Christum et Mathias gravis passus est pro Christo in itineribus que suscepit, in ministerio quod exercuit et in martyrio quod pertulit. Ecce que ad S. Mathias laudem dicenda proposuimus, ex quibus utilia multa elicere possemus documenta; unicum tantum proponam, nempe quod non presumere, atvero multum timere debeamus:

*noli altum sapere, sed time.* Heu! si Judas, qui ad apostolatum vocatus fuerat, qui Christo familiaris extiterat et qui miracula operatus erat, in omnium peccatorum gravissimum labitur, accepta omnia perdit beneficia, in profundum abyssum precipitatur; quis, quantumvis sanctus, de sua securus erit perseverantia? Quis in peccatum et in omnium misericarum barathrum cadore non pertimescat? certe nullus presumat et omnes timeant necesse est; *noli altum sapere, sed time* (Rom. 21, 20). Timebat et tremebat D. Augustinus cum mente revolubat varios sanctorum hominum casus, qui a perfectionis apice in profundum peccatorum occiderant: *vidimus, inquit, multos, quod utique non sine magno terrore recolo, ascendiisse primus quodammodo usque ad celum et inter sidera nulum suum collocasse, postmodum ecclisisse usque ad abyssos* (in Solit.). Quid vidit et audivit Augustinus, quotidie videamus, audimus; nonne sepe videamus viros virtute praeclentes, qui in gravis cadunt peccata? Nonne inter dum homines videamus sanctissimos, qui jam celum digito tetigisse videhantur, et postmodum Iuda pejores sunt et cum illo in infernum precipitantur? Itaque, o homo, tuam agnosce fragilitatem, et ut monet S. Chrysostomus, ne presumas, sed timeas: *proper infirmitatem nostram nullus, tametsi multorum bonorum sibi conscientis, presumpuous sit, sed solitus: qui stat, videat ne cadat.* Beatus erit in celo, non omnis qui aliquandiu virtutum exercitio vacaverit in seculo, verum qui continuo timore concussum cor suum a peccato et a casu custodiverit: *bentus qui semper est pavidus,* inquit sapientia; non illum beatum vocat, qui interdum, sed qui *semper* tremuerit et per sanctum timorem a seipso peccatum averterit, quia, ut ait Doctor Seraphicus, *timor, sicut ostiarius fidelis, debet semper stare ad ostium cordis nostri, ut impedit, ne aliquod peccatum illud ingrediatur.* Nullus ergo in votis appareat presumptionis ventus; quantumvis sancti siti, Deum timeat; *timeat Dominum omnes sancti ejus;* timete Dominum, qui permittere potest, ut in grave aliquod peccatum cadas: timete

Dominum, qui suis cum voluerit (1) vos spoliare potest gratis; timete Dominum qui potest animam et corpus perdere in gehennam; et sic Deum timentes, ab omni peccato declinabitis, in virtutum exercitio proficietis et post mortem vitam aeternam obtinebitis. Amen.

### DE SANTO THOMA AQUINATE

#### GONCIO UNICA.

*De plenitudine ejus nos omnes accipimus (Joan. I, 16).*

Cum preclarissimi Doctoris S. Thomae Aquinatis panegyricum sermonem instituere cogite, est quod me deflectet, et est quod me terret: deflectat laudare eum qui omni laude dignus habetur, et terret laudare eum qui omni humana laude superior inventitur. Delectat laudare sanctum qui pro Ecclesia catholica gloriose pugnavit, qui dominicam religionem exornavit et qui universum terrarum orbem mirabiliter sua doctrina illustravit; terret laudare sanctum, cuius scientia, virtutes et merita tam exulta et sublimia extitero, ut illum admirabilem, incomparabilem et quasi ineffabilem efficerint. Doctoris hujus An-

#### Concio de S. Thoma Aquinate

27

gelici meritis congrua contexere encomia, angelorum potius, quam hominum munus esse videretur: si enim, ut sit Aristoteles, *optimorum non est laus*: sed si optimi viri sufficienter laudari queant; quis laudare valeat angelicum doctorem D. Thomam, qui in humilitate, in castitate, in scientia, in obedientia et in omni virtutis et perfectionis genere optimus extitit? mean hac in parte fatetur infirmitatem; nec ad tam ardum opus me accingere auderem, nisi amor animum accenderet et ad opus viribus meis impar aggrediendum me moveret. *Nunquam in amore vires interrogabo*, inquietabat Enodus; jam vires meas non interrogabo; cum amore et reverentia plenitudinem perfectionum praestantissimi illius Doctoris explicare suscipiam. Ave.

Cum in Christo Domino inhabitarerit plenitudo divinitatis, in eo etiam residebat omnium virtutum et perfectionum plenitudo: *omnibus bonis plenus est Christus*, inquit Theophylactus, *et semper efflens plenus manet et numquam exhaustur*. Licet autem in Christo extiterit omnis boni, omnisque perfectionis plenitudo, in sacris tamen Codicibus specialiter legimus, eum scientia, veritate et sanctitate plenum fuisse. Plenus fuit scientia, cum in eo omnium scientiarum thesaure reconditi fuerint: *in quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiarum absconditi*. Plenus fuit veritate, cum eum S. Joannes viderit *plenum gratiae et veritatis*: plenus fuit sanctitate, cum ipse et gratia et Spiritu Sancto repletus fuerit: *Jesus autem plenus Spiritu Sancto*. De his Christi plenitudinibus multi accepere, alii quidem plus et alii minus; de his tantum accepit D. Thomas, ut ipse etiam plenus extiterit 1. scientia; 2. veritate; 3. sanctitate. In S. Thoma fuit plenitudo scientiae, veritatis et sanctitatis: en tres hujus orationis partes.

(1) Ne quis in his verbis sensum illuminum a divina bonitate suscipiat, minime opotest verba & Concilii Tridentini: *Deus sua gratia sicut justificatus non desert, nisi ab eis prius deseratur* (sess. 6, cap. 11). Item, *Deus omnia, nisi ipsi (justi) illius gratiae defuerint, sicut copia opus bonum, ita perficit operas velle et perficere* (ib., cap. 13). Quamvis ergo semper de nobis diffundendum, firmissimum tandem in Dei auxilio spern collocare et repudnare omnes debent, nec unquam animo cadere, qualcumque inspecta propria fragilitate.

Dominum, qui suis cum voluerit (1) vos spoliare potest gratis; timete Dominum qui potest animam et corpus perdere in gehennam; et sic Deum timentes, ab omni peccato declinabitis, in virtutum exercitio proficietis et post mortem vitam aeternam obtinebitis. Amen.

### DE SANTO THOMA AQUINATE

#### GONCIO UNICA.

*De plenitudine ejus nos omnes accipimus (Joan. I, 16).*

Cum preclarissimi Doctoris S. Thomae Aquinatis panegyricum sermonem instituere cogite, est quod me deflectet, et est quod me terret: deflectat laudare eum qui omni laude dignus habetur, et terret laudare eum qui omni humana laude superior inventitur. Delectat laudare sanctum qui pro Ecclesia catholica gloriose pugnavit, qui dominicam religionem exornavit et qui universum terrarum orbem mirabiliter sua doctrina illustravit; terret laudare sanctum, cuius scientia, virtutes et merita tam exulta et sublimia extitero, ut illum admirabilem, incomparabilem et quasi ineffabilem efficerint. Doctoris hujus An-

#### Concio de S. Thoma Aquinate

27

gelici meritis congrua contexere encomia, angelorum potius, quam hominum munus esse videretur: si enim, ut sit Aristoteles, *optimorum non est laus*: sed si optimi viri sufficienter laudari queant; quis laudare valeat angelicum doctorem D. Thomam, qui in humilitate, in castitate, in scientia, in obedientia et in omni virtutis et perfectionis genere optimus extitit? mean hac in parte fatetur infirmitatem; nec ad tam ardum opus me accingere auderem, nisi amor animum accenderet et ad opus viribus meis impar aggrediendum me moveret. *Nunquam in amore vires interrogabo*, inquietabat Enodus; jam vires meas non interrogabo; cum amore et reverentia plenitudinem perfectionum praestantissimi illius Doctoris explicare suscipiam. Ave.

Cum in Christo Domino inhabitaverit plenitudo divinitatis, in eo etiam residebat omnium virtutum et perfectionum plenitudo: *omnibus bonis plenus est Christus*, inquit Theophylactus, *et semper efflens plenus manet et numquam exhaustur*. Licet autem in Christo extiterit omnis boni, omnisque perfectionis plenitudo, in sacris tamen Codicibus specialiter legimus, eum scientia, veritate et sanctitate plenum fuisse. Plenus fuit scientia, cum in eo omnium scientiarum thesaure reconditi fuerint: *in quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiarum absconditi*. Plenus fuit veritate, cum eum S. Joannes viderit *plenum gratiae et veritatis*: plenus fuit sanctitate, cum ipse et gratia et Spiritu Sancto repletus fuerit: *Jesus autem plenus Spiritu Sancto*. De his Christi plenitudinibus multi accepere, alii quidem plus et alii minus; de his tantum accepit D. Thomas, ut ipse etiam plenus extiterit 1. scientia; 2. veritate; 3. sanctitate. In S. Thoma fuit plenitudo scientiae, veritatis et sanctitatis: en tres hujus orationis partes.

(1) Ne quis in his verbis sensum illuminum a divina bonitate suscipiat, minime opotest verba & Concilii Tridentini: *Deus sua gratia sicut justificatus non desert, nisi ab eis prius deseratur* (sess. 6, cap. 11). Item, *Deus omnia, nisi ipsi (justi) illius gratiae defuerint, sicut copia opus bonum, ita perficit operas velle et perficere* (ib., cap. 13). Quamvis ergo semper de nobis diffundendum, firmissimum tandem in Dei auxilio spern collocare et repudnare omnes debent, nec unquam animo cadere, qualcumque inspecta propria fragilitate.

## I PARS.

*S. Thomas fuit plenus scientia.*

Cherubim interpretantur *plenitudo scientiarum*, quia aliis angelis scientia pleniores sunt. De hoc autem Cherubim ordine fuisse videtur Doctor Angelicus, quia scientia fuit plenissimum, cum haberet scientiam universalem, profundam et utilem: habuit scientiam 1. *universalem* sine confusione; 2. *profundam* sine vanitate; 3. *utilem* sine interesse.

1. Ad christianorum laudem perbelles dixit Tertullianus, eos, licet simplices, omnia scire: *simplices nos omnia sciamus* (*adv. Valent.* 5). Vere quidem christiani fidei lumina Deum agnoscentes, itidem aliquo modo omnia norunt, quia Deus formiditer, vel eminenter omnis est: *Deus meus et omnia* (S. Aug.). Quod autem christiani simplices per fidem et in enigmate norunt, D. Thomas scientia sua penetravit, qua ita universaliter extitit, ut ad omne scibile se extendisse videatur. Unde summus pontifex Joannes vigesimus secundus eum *Doctorem Doctorum* vocavit, vel quia plus scivit, quam alius quisque Doctor, vel quia omnia solus scivit, que cuncti caluerunt Doctores, qui illum antecesserant. Sicut enim apes mel suum confeccunt ex variis floribus, quos undique colligunt, ita S. Thomas omnia sanctorum Patrum et antiquorum Doctorum per volutari volumina, ex iisque exquisitissimis omnium scientiarum flores collegit, quibus mel sue doctrine confecit. Fuit D. Thomas vir ille sapientissimus, qui omnium sanctorum Patrum et Doctoren antiquorum sapientiam exquisivit: *sapientiam omnium antiquorum exquirer sapiens* (Ecclesiastes 30, 1); corumque notionibus proprias adjiciens, corpus scientia conficit omnium ferme Doctorum continens scientiam: in ejus enim libris sanctorum Augustini, Hieronymi, Chrysostomi et aliorum antiquorum Doctorum ingenium et scientia reperitur: hic profecto dicendus *Doctor Doctorum*, cuius scientia sic est

universalis, ut omnium qui eum antecesserunt scientia, imo et omne scibile aliquatenus videatur. De Salomone asserit. Sacra Scriptura, quod fuerit *sapienter sanctis hominibus* (2 Reg. 4, 30), et specialius explicans latitudinem et praestantiam scientie, qua pollebat Salomon, subdit: *locutus est tria milia parabolae et fuerunt carmina ejus quinque et mille*. Et disputavit super lignis a cedro, que est in Libano, usque ad hyssopum que egreditur de pariete: et disseverit de jumentis et volucribus et reptilibus et piscibus. O miram Salomonis sapientiam! tamen hoc viro sapientissimo sapientior et doctor censendus D. Thomas; *plus quam Salomon hic*, inquit summus pontifex Innocentius quintus. Et revera ratione sue scientie plus quam Salomon videtur Doctor Angelicus, quia non solum locutus est parabolae, verum altissima etiam christiana religiois mysteria propalavit; non aliqua solum ad mores spectantia compositi carmina, et versibus rythmiciis ab ipsa sapientia eterna approbatis sacrosanctum Eucharistium Sacramentum explicavit; non solum cum Salomone de plantis, de jumentis, de piscibus et de volucribus disputavit, quod maius est, amplissimos et doctissimos de angelis et hominibus tractatus perfectit; non solum cum Salomone ablita naturae scrutatus est; supra naturam mente suam elevans, gratiae, Incarnationis et sanctissimae Trinitatis altissima mysteria penetravit. Unde ratione celstitudinis et amplitudinis sue scientia, *plus quam Salomon hic*: imo in hac parte plus hic, quam omnes Doctores qui eum praecesserant; in unica enim ejus summa Theologia infiniti proponendum sunt articuli, quorum quilibet est miraculum: *tot miracula, quot articuli*, inquit Joannes vigesimus secundus: in hac autem unica summa fusa tractat de Deo uno et trino, Creatore et incarnato; de opere sex dierum, de homine, de angelis, de virtutibus, de Sacramentis, ac de tot aliis diversis rebus, ut haec unica summa videatur bibliotheca abbreviata continens quidquid scientiarum in aliorum libris et bibliothecis reperitur. Praeter hanc tamen summan doctissimos composuit commentarios in universam Aristoteles philosophiam, in quatuor libros sententiarum

et in totam fere Sacram Scripturam; subtilissimos etiam de  
ente et essentia confecit tractatus, varias questiones quodli-  
beticas ventilavit; totque tandem opera et varia opuscula elab-  
oravit, ut de illo dici possit, sicut de Tostato et forte con-  
gruentius: *hic stupor est mundi, qui scibile discutit omne.*  
Miror in unico homine scientiam tam universalem; et quod  
mirabilius est, scientia ejus fuit universalissima *sine confusione.*  
Qui multa et de multis scribunt, in confusione et errorum  
plerumque incident: cum enim contracta et infirma sint ho-  
minum ingenia, vix multarum et altarum rerum discutere  
valent mysteria, quin aliquid intricatum et confusum proferant.  
In amplissimis vero D. Thomas scriptis nulla habetur confusio,  
incomparabilis ordo et admiranda methodus in pertractandis  
quibusque rebus elucet: ut enim ait Clemens VIII Pontifex,  
S. Thomas *ingenit librorum numerum brevissimo tempore*  
*in omni fere disciplinarum genera, singulari ordine, ac*  
*mira perspicuitate sine ullo prorsus errore conscripsit* (in  
*Bul. Laudabilit). Pruisquam scriberem D. Thomas, temebat erant  
super faciem abyssi scientiarum et scientie tot labyrinthis, tot  
ambigibus, totque modis intricate erant et involute, ut subtiliora queque ingenia multo etiam cum labore vix ad eas  
penetrarunt valerent. Scientia tunc erat aliquo modo similis er-  
ratica hinc luci, que ante solis creationem mundo illucescebat  
et qua diem a nocte non distinguebat, donec soli unita fuit:  
antiquum enim docerat et opera sua publici juris faceret divus  
Thomas, scientia apud autores reperiatur tenebris involuta  
et difficultatibus invicis obstructa: in Doctrina fere omnium  
voluminibus nullus erat ordo, nulla methodus, confusio  
multa. Adveniente autem Thome, veluti scientiarum sole, lux  
divisa est a tenebris: ejus scientia diem a nocte distinxit, hec  
confusionem et obscuritatem, quae apud veteres autores reperi-  
ebantur, sustulit; tantique et tan perspicua in ejus libris  
apparet methodus, ut ea usi sint omnes fere theologi, qui ab  
illis tempore scriperunt. O mirabilem D. Thomam scientiam;  
qua est universalis sine confusione, ac etiam profunda sine  
vanitate.*

2. Non solas rerum superficies, et que in quovis eute sunt  
facilia, leviter speculatus est D. Thomas, atvero abditissima que-  
que naturae secreta, profundissima quavis divine gratiae mysteria  
et altissima quelibet divinitatis Sacraenta penetravit. Theodo-  
reus ejus matris predixerat bonus quidam Eremita, quod filius  
ejus vocaretur *Thomas*, idest, *abyssus*: recte quidem; quia  
Thomas fuit scientiarum abyssus, cujus profunditatem dimetri  
non valeamus: *profundum abyssi quis dimensus est?* (Eccli. 1);  
ac etiam fuit abyssus, quia altissimas nature, gratiae et divinitatis  
abyssus ingenio suo, suaque scientia penetravit. D. Thomam  
Albertus Magnus vocat *solem Ecclesiae*; et revera depingi solet  
Doctor Angelicus, librum apertum coram se habens, calamus  
manu tenens et solem gestans in pectori: sol appellatur D. Tho-  
mas, solemque portans depingitur, tum ut ostendatur, quod *quasi*  
*sol refluit in templo Dei* (Eccli. 50, 7); tum ut manifestetur,  
quod sicut sol suos totum per orbem diffundit radios, ita et  
ipse profundissime doctrinae sue radix totum per orbem co-  
ruscavit; tum etiam ut patefiet, quod sicut sol tetras noctis  
dissipat tenebras, ita Thomas, sicut sol, omnium haeresum te-  
nebras fugavit; tum tandem ut notum fiat, quod sicut Sol in-  
tima terra penetrat, ut ibi aurum, argentum et alia metalla  
efformet, ita etiam S. Thomas scientie sue profunditatem et  
subtilitatem cœlum, terram, omniaque naturae et gratiae mysteria  
penetravit, explicavit et penitus elucidavit. O vere mirabilem  
D. Thomam scientiam, quia profundissima fuit; atque adhuc mi-  
rabiliorem, quia profundam sanctus Doctor habuit scientiam  
*sine vanitate*. Alios multos sciolas vana et vacua inflare solet  
scientia: *scientia instat*; verum altissima et profundissima sua  
scientia non inflatur Doctor Angelicus, nullus enim movet superbia  
et vanitatem ventos; *regnator Deo*, inquietus, quod  
*nunquam de mea cathedra magistrali, aut actu scholastico,*  
*motum habui inanis gloriae.* Quod verissimum esse facile credet,  
qui advertet, quam humiliter in omnium fere questionum so-  
lutionibus loquatur; non enim pertinaciter et arroganter ad-  
versas confutat opiniones; quasi dubitans, vel potius tamquam  
humilis discipulus ait; *videtur quod sic.* Ad eum accur-

runt reges, principes et doctores, ut ab eo discant quid sentiendum, quidve varia in casibus sit agendum, et ipse humiliter respondet: *videatur quod sic*; quasi potius doceri, quam docere velit. Et in hoc potissimum extitisse videtur *Doctor Angelicus*: quia sicut angeli inferiores a superioribus illustrari delectantur, ita D. Thomas tot vita sua tempore locutus est ut discipulus, qui doceri magis, quam docere ambiabit. Dum sub magistrorum disciplina studiis vacaret, a condiscipulo *bos mutus* appellabatur, quia tanta prestabat humilitate, ut vix in schola loqueratur et cum factus est Doctor celeberrimus, tanta eius extitit humilitas, ut non loqueretur ut Doctor, sed ut humilis discipulus: *videatur quod sic*. O Doctorem vere humilem, cuius doctrina fuit profunda sine vanitate: *fuit etiam utilis sine interesse*.

3. A Paulo quinto summo Pontifice apposite D. Thomas vocatur Ecclesia clypeus, eo quod ejus scientia velut clypeo adversus gentiles, schismaticos, infideles, hereticos, omnesque hostes suas Ecclesia uti soleat. Imo de angelici hujus Doctoris scientia dicendum videtur, quod sit quasi turris David ex qua *mille clypei pendat* (Cant. 4); cum ex ea tot S. Ecclesiae bona proveniant, ut illi insit instar mille clypearum, quibus ab omnium hostium impugnationibus esse protegat. Nec solum Ecclesiae universalis, verum et philosophis, theologiae, casuistis et culibet, ut ita dicam, Ecclesie membro prodest, quia omnes multa ab ipsa emolumenta elicere possunt. Sicut enim olim Homerus diebatur fons magnus, ex quo posita omnes sua haurient carmina; ita sancti Thomae scientia est fons, fluvius vel potius mare magnum, ex quo sua philosophi trahunt theorematum, ex quo theologi altissimorum mysteriorum haerent cognitionem, et ex quo casuistica solidissima theologie moralis principia, controversista potentissima ad debellandos hereticos argumenta, ac omnes penitus viri salutaria documenta desumunt: ibi politici, ibi sacre scripturae studiosi, ibi concionatores, ibi pietatis sectatores, ibi omnes habent quod discant. Unde sicut pietatem ad omnia utiliem esse ait D. Paulus: *pietas autem ad omnia utilis est* (1 Tim. 4, 8), ita et asserere licet Doctoris Angelici

scientiam ad omnia et omnibus esse utillem, et *utillem sine interesse*. Nullum enim ex ea temporale emolumenatum percipero exceptebat. Unde cum de accidentibus eucharisticis scripsisset, Christo interroganti quam mercedem postularet, respondit: *non aliam praeter te, Domine*. O Thomas, pete a Christo Domino divitias, honores et mundi dignitates: roga eum ut te ad infulas, aut ad regales thronos evehat: abit a tam sancto Doctore talia postulare: suis Thomas non inservit commodis; nulum temporale et transitorium ambit lucrum, nihilque preter Deum et Dei gloriam exposcit: *nil praeter te, Domine*. Et in hoc etiam D. Thomas vere *Doctor Angelicus* extitit: *Angelicus* quidem ratione puritatis angelicæ qua floruit: *Angelicus* ratione angelici ingenii quo pollut: *Angelicus* fuit, quia angelice scripsit de natura, origine et officiis angelorum: *Angelicus* quia studiit in universitate angelorum sub divino doctore Christo; fuit etiam *Angelicus*, quia sicut angeli nos mouent, instruunt et docent, licet nullam a nobis temporalem expectent retributionem, ita D. Thomas doctis et indoctis, magnatibus et plebejis, religiosis et secularibus, imo et omnibus utiliter exhibuit scientiam, licet nullum inde temporale emolumenatum, at solum Dei gloriam intenderet: *nihil praeter te, Domine*. O mirabilem hujus Doctoris scientiam! et o Doctorem vere plenum scientia, *ac etiam plenum veritate*.

## II PARS.

*Sanctus Thomas fuit plenus veritate.*

Veritas, que a pluribus irridetur, exsibilatur et adulteratur, multa eam diligenteribus, eamque possidentibus bona communicat: *veritas res divina omnium bonorum et diis et hominibus causa est* (Plato de Leg., 5). Norunt omnes, quod mendacium sit rationalis naturæ probrum, lingue contumelia, discordiarum parentes et societatis humanæ perniciosa pestis; nihilominus

plerique mentiri amant et veritatem rem divinam mendacis, fallaciis et dolis suis facile adulterant et corrumptunt. D. Thomas non errore et mendacio, ast veritate fuit plenus; nam fuit sponsus, magister et protector veritatis; fuit 1. *sponsus*, qui illam possedit; 2. *magister*, qui illam docuit; 3. *protector*, qui illam defendit et tutatus est.

1. Veritas de celo descendit; haec est formosissima Dei filia, quae a mundi primordio sibi in terra quiescerat sponsos, quibus adhaeret et sub quorum umbra degeneret; nobilior autem ejus sponsus fuit Christus, qui a Pico Mirandulano vocatur *nobilis sponsus veritatis*; ac item ejus sponsus extitit D. Thomas, qui ei veluti sponsa indissolubiliter adhaesit. Sponsi inter se indissolubili junguntur vinculo, quo nulla autoritate humana solvi possunt: *quod Deus conjugavit, homo non separat* (Matt. 19); similiter ita conjunctus et quasi identificatus fuit veritati. Doctor Angelicus, ut ab ea separari nequiret; semper veritas erat cum eo, et ipse cum veritate. Unde sicut dicitur solem quibusdam provinciis, que regis Hispaniarum dominio subsunt, semper illucscere: *sol mihi nunquam occidit*; ita dicendum veritatem tamquam sponsam D. Thomas adhaesisse, atque ab ejus scriptis nunquam discedere, ac illis semper illucscere. Et quod mirum est, veritas fuit D. Thomas sponsa, cui fortius et indissolubiliter adhaesit, quam terrenus sponsus sponse sue adhaerere posset, quia vinculum quo sponsus sponsus adhaeret, adveniente morte, solvitur: *si dormierit vir eus, liberata est* (1 Cor. 7, 39), vinculum autem, quo D. Thomas veritatem adhaesit, per ejus mortem solutum non fuit, et in aeternum indissoluble permanebit, quia veritas in ejus semper apparebit scriptis, quae ab Alexandro VII summo Pontifice vocantur *inconcessa et certissima dogmata*. Et sicut lux usque ad mundi finem sol inseparabiliter annexa permanebit, ita et in sancti Thomas scriptis nullus unquam erroris natus, at sempiterna veritas apparebit. Cum vero D. Thomas fuerit sponsus veritatis, qui ei adhaesit, *fuit etiam magister veritatis, qui illum docuit*.

2. Tertullianam S. Cyprianus non alter nominabat, quam *magistrum*. Unde cum sibi Tertulliani libros afferri petebat,

dicere solitus erat: *affer magistrum*. Potiori jure vocandus est D. Thomas magister veritatis, non solum quia cum perspicuitate, soliditate et ordine mirabili illam docuit, verum et quia eam docet per os omnium fere Doctorum, qui ab illo in scholis apparuerunt. Sanctum Petrum, in conciliis quibus adfuit, aliorum apostolorum os fuisse docet S. Chrysostomus: *Petrus omnium erat os*; non dissimiliter S. Thomas os fuit, quia sancti Augustinus, Chrysostomus, Hieronymus, aliquae sanctae Ecclesiae Patres locuti sunt veritatem, quia crebro dicta et sententias eorum suas probat conclusiones, ac insuper veritatem loquitur D. Thomas per ora innumerorum Doctorum, qui eum subsequenti sunt; hic est magister a quo didicuntur veritatem, quam ipsi alios docent. Unde cum Facultas Parisiensis *fontem Doctorum* vocat, da que fonte plerique Doctores bibunt; easque solum de oribus suis veritates promunt, quas de sanctissimi hujus Doctoris scientia ehiberunt. Deus, inquit D. Dionysius, est *veritas fontalis*, circa quam angeli *volitant et choreas agunt*. Verum quidem Deum esse veritatem fontalem et fontem primordiale a quo omnis procedit veritas; at D. Thomas etiam suo modo *veritas fontalis censorius*, quia in illo velut in lucidissimo fonte veritas residet. Veritatem in puro latente adumbrabant antiqui, ut indicarent eam homines latere; at veritas non latet in Doctore Angelico tamquam in puto, imo velut in fonte omnibus patet, et circa eum, velut circa apertum veritatis fontem, volitant Doctores, ut a tanto magistro veritatem addiscant: *volitant et choreas agunt*. Et revera D. Thomas magister est, qui adhuc veritatem docet; eam docuit magno cum applausu in pluribus universitatibus, dum viveret; et adhuc reperitur D. Thomas in libris theologorum et philosophorum, in expositorum commentariis, in cathedralis concionatorum, nec non in omnibus fere totius orbis universitatibus et ubique habetur magister et Doctor veritatis; ubique hauritur veritas ab illius scriptis, tamquam ab inexhausto veritatis fonte desumpta. Si D. Thomas est magister veritatis, quia eam docet, *est etiam protector, qui eam defendit*.

3. Mihi D. Thomas perfectissime adumbratus videtur in *filio*

*hominis, de quo D. Joannes in Apocalypsi dicit: 1. albos ejus esse crines: capilli erant candidi tamquam nive; D. Thomas enim nonnisi candidas et niveas habuit cogitationes et affectiones; 2. eum esse praeinctum: praeinctum zona aurea; et D. Thomas in somno sentire visus est ab angelis sibi constringi lumbos; 3. vox illius erat tamquam vox aquarum multarum; et vox D. Thomae extitit etiam vox aquarum multarum, si enim sapientia vocatur aqua, aqua sapientiae poterat illum, vox D. Thome dicenda vere aquarum multarum, quia sapientiam D. Augustini, D. Hieronymi et aliorum multorum locutus est; 4. facies ejus tamquam sol fulgebat: facies ejus sicut sol laet; et D. Thomas fuit quasi sol resplendens in templo Dei. Ait tandem D. Joannes, quod de ore ejus gladius utraque parte acutus exibat; et ex ore D. Thomae exit doctrina sanctissima et solidissima, quae est gladius acutus ex una parte omnes resecans hereses, et ex alia veritatem protegens, tum contra Gentiles, tum contra alios romanae Ecclesie hostes, tum contra Ordinum mendicantium persecutores, tum contra omnes, qui fallaciis, mendacis, erroribus, vel alio quocunque modo illam vitiare et denigrare attentant. Doctor Angelicus, sicut et D. Paulus, numquam contra, verum semper pro veritate stetit: non enim possumus aliquid adversus veritatem, sed pro veritate (2. Cor. 13, 8). Non stetit contra veritatem D. Thomas, cum nullo modo fallax, fabulosa, mendax, erronea aut erroris suspecta fuerit ejus doctrina. Semper pro veritate stetit, quia eam ab omnibus impugnatoribus ejus strenue defendit. Impugnabant veritatem idololatrie inanum deorum multipliciitate admittentes: pro veritate stetit D. Thomas paganorum deliramenta detegens et in praeclaro volumine, quod contra Gentiles composuit, pluralitatem deorum impossibilem demonstrans. Impugnaverunt veritatem philosophi, qui fallaciis et sophistis suis ratiocinationibus populos multos in errore adduxerunt: pro veritate contra illos stetit D. Thomas, qui eorum nodos solvit, fallacias apernit, mendacia manifestavit et philosophiam his omnibus maculis purgatam, neconon ita sanctam et subtilem composit, ut philosophi-*

*plus christianus vel Aristoteles baptimate regeneratus merito appelletur. Veritatem impugnaverat Marcion, quem Tertullianus veritatis interfectorem vocat (de carne Chr.); simul cum eo illam impugnaverant omnes heretici, illamque usque ad mundi finem impugnare non desinunt; pro veritate adversus illos stetit D. Thomas, illamque ita protexit, ut innumeris hereticos debellarerit. Tolle Thomam et dissipabo Ecclesiam, inquit haereticus Bucerus; eum et omnes haereticos tollere, ejusque doctrinam annihilare optarent. Verumtamen in aeternum vivet hic veritatis protector, ejusque scriptis semper protegetur veritas contra Arium, cum demonstrat Filium aeterno Patri esse consubstantialem; contra Macedoniam, dum probat Spiritum Sanctum vere esse Deum; contra Manicheos, cum unicum esse primum omnium rerum principium fortissimum argumentis convincit, et tandem contra Nestorium, Lutherum, Calvinum, ac omnes penitus hereticos, quorum perversa dogma gravissima rationibus destruit et obliterat. Unde sicut de Ismaele dicitur quod manus ejus contra omnes (Gen. 16, 12), ita et D. Thomas manus contra Gentiles, schismaticsos, hereticos et omnes veritatis impugnatores extitero, eamque adversus omnes eorum iustus fortiter protexit; fuit ergo D. Thomas plenus veritate, ac etiam plenus sanctitate.*

## III PARS.

*Sanctus Thomas fuit plenus sanctitate.*

Ut quantum sanctitate plenus fuerit Doctor Angelicus, notum facere valeamus, totum vite ejus decursum non peristrabo breviter ostendam quam sanctus extiterit 1. in predicationibus suis; 2. in orationibus suis; 3. in regularibus exercitiis suis.

1. De Ordine Predicatorum et praestantissimus praelector erat D. Thomas, qui longe aliis erat ab iis concionatoribus, qui alii predlicant et alii faciunt: qui praedicas non furandum, furaris: qui dicis non moxandum, moxcharis (ad Rom. 2).

Non fuit simili fabris arce Noë, qui ut ait D. Augustinus, *aliis ubi evaderent praestiterunt et ipsi diluvio perierunt* (ser. 6 de Epiph.). Ipse fuit prædicator sanctissimus, qui ea operabatur quæ facienda prædicabat et qui sanctitatem suarum predicationum sanctitatem suorum operum confirmabat. Si aduersus avaritiam verbis prædicabat, aduersus eam prædicabat et operibus, dum nil terrenum, ac solum Deum possidere optabat: *nihil praeter te, Domine*. Si de non ambiendis mundi honoribus et dignitatibus concionabatur, sciebat omnes, quod et ipsi sibi a summo Pontifice oblatum archiepiscopatum neapolitanum, neconon alias quacunque Ecclesiæ dignitates recusasset. Cum alii semel jejunandum esse prædicabant, centies ipse jejunabat; timebat Dei iudicia et inferni supplicia, quæ alii timenda suadebat: continuo laborabat pro assequenda beatitudine, pro qua obtinenda laborandum esse clamabat: erat tandem sanctissimus concionator, qui ea quæ alii facienda docebat, et ipse præstabat, imo et longa plura perficiebat. Quam predicationum ejus sanctitatem Deus miraculo manifestavit: sic enim de eo legitur in Breviario Romano; collationes Patrum assiduus pervolutabat, nec tamen a prædicatione divini verbi desistebat: quod cum faceret per octavam Pasche in Basilica sancti Petri, mulierem quæ ejus simbriam tetigerat, a fluxu sanguinis liberavit. O prædicatorem vera sanctissimum! cuius sanctitas in ejus predicationibus eluxit, ac etiam in ejus orationibus.

2. Doctor hic Angelicus indeuentor orationi vacabat et præcipue antequam prædicationem, lectioni aut scriptiori librorum incumbebat: *nunquam se scriptioni, aut lectioni dedit, nisi post orationem*. Legerat haud dubie hæc melliflui Bernardi verba: *quod tuum est spargis et perdis, si prius quam infundaris tu totus, semiplenus festines effundere; quamobrem si sapis, concham te exhibebis, non canalem; hic siquidem pene simul recipi et refundi; illa vero donec impletatur expectat et sic quod superabundat, sine suo danno communicat*. Non enim D. Thomas canalem se exhibebat; antequam legendo, scribendo et prædicando

se diffunderet, velut concham in oratione se replebat; unde non semel sodali suo Reginaldo dixit, *quidquid sciret, non tam studio, aut labore peperisse, quam divinitus in oratione accepisse*. Nec censendum, eum in oratione segnem fuisse et tepidum; in ejus enim meditatione exardescerat ignis, et nonnunquam in extasim ita rapiobatur, ut totaliter insensibilis evaderet; et aliquando in extasim raptus candela accensa illius digitos combussit, quin aliquid senserit. Altera die cum fistulae, qua gravabatur, ignita applicanda essent canteria, brevi antequam haec fieret operatio, in extasim raptus est et cauteria non sensit. Tales extases ita illi faciles erant et familiares, ut non difficilis illi foret in extasim rapi, quam alii sit difficile claudere vel aperire oculos: *ita erat in sua potestate, sicut in tua est claudere oculos vel aperire*, inquit S. Vincentius Ferrerinus; et, ut refert idem sanctus, interdum D. Thomas extra se raptus tribus diebus integris permanxit. Imo et dum oraret in Ecclesia, aliquotus virus est ex fervore spiritus a terra elevatus. Eces virum sanctissimum in orationibus suis, ac etiam in suis regularibus exercitiis.

3. Breve, perfectiones regulam omnes religiosos docet Thomas a Kempis, dicens: *haec brevis regula maneat in memoria tua: fuge, face, quiesce, amu, nesciri, discere mori, tuge præterita, sperne presentia* (Dial. Nativ., 2, 3). Hanc regulam perfecte cultit, et servavit Doctor Angelicus; et insuper omnia, etiam minima vita regularis exercitia ad amissum constabivit. Proba novaret sanctus Doctor, quod *si illa quæ bases sunt et fundamenta totius regularis disciplinae, exacte non fuerint observata, totum corrut et illicium necesse est* (S. Cypr. sess. 25, 1). Quapropter a primis diebus quibus religionem est ingressus, regularibus exercitiis prime vacavit et eorum observatione ad ultimum usque vitæ sue terminum mortuus adhuc adstitit. Ab exordio vita religiosa abstinentias, jejunia, silentium et alie dominicane religionis exercitia exacte servavit et usque ad mortem a minima quaque eorum observantia non desistit. Unde si *vita monachi, qui secundum regulam vicerit, crux est atque martyrium* (Jo. Thiritem. ad. hores., 2, 7),

Divi Thomas vitam erucem continuam, et iuge martyrum fuisse nemo est qui ambigat, cum ipse et regulam quam sectatus est, et omnia regularis vite exercitia usque ad mortem quam perfectissime servaverit. *Signum sapientiae est bene incipere, melius continuare et optime finire,* inquit S. Vincentius Ferrierius (ser. de S. Thoma); sanctus autem Thomas fuit vir ille sanctus et sapiens, qui bene incipit, dum frustra remittentibus parentum conatibus, qui omnem moverunt lapidem, ut eum a religione avocarent, ipse firmiter in sancto proposito statit et dierioribus vite religiosis exercitis se dedit. Ipse etiam melius est prosecutus, quia semper ivit de virtute in virtutem, et quo in religione factus est astate provocator, eo fuit regularis vite exercitiis addicitor. Ipse tandem optime finivit, quia in vita regulari exacta et perfecta observatione usque in finem perseveravit, ejusque finem fuisse sanctum manifestavit Deus tum revealans ei mortis sua diem, tum variis miraculis et prodigiis mortem eius illustrans, quem eum sanctitate plenum extitisse probarunt et divulgarunt. Demiremur incomparabilem hunc virum, qui scientia, veritate et sanctitate plenus fuit, et itidem isdem perfectionibus repletus amibamus. *Dicus Thomas a Christo accepit scientiam plenitudinem,* cum haberet *scientiam universalem sine confusione, profundam sine vanitate et utilem sine interesse;* conemur et nos sublimem hanc scientiam participare. *Dicus Thomas de plenitudine Christi accepit veritatem, cum veritatis sponsus, magister et protector fuerit;* pro viribus et nos hujuscem veritatis participes fieri contendamus. D. Thomas de plenitudine sanctitatis Christi accepit, quia in praedicationibus, orationibus et exercitiis regularibus sanctus fuit; hujus et nos sanctitatem pro viribus annullemur. Dicit forte aliquis: tam aliam scientiam assequi non valeo. Esto quidem; verum qui alta sapere nequit, crassae saltim ignorantiae tenebras se expellat et salutis necessaria addiscere conetur. Dicet aliis: veritatis magister et protector esse non possum. Esto, quod sic se res habeat; penes omnes tamen est veritatem desponsare, eique inseparabiliter adhaerere; possunt omnes veritati ita conjungi, ut nihil falsum,

nihil erroneous unquam proferant; veritatem ergo quisque vestrum in sponsum eligat, ita quod ab eo voluntariis mendacibus nonquam separetur. Ac presertim debet quisque cum D. Thoma repleri sanctitate. Elegit nos Deus, ut essemus sancti et immaculati (Ephes. 1, 4); non elegit nos, ut essemus pleni superbia, ira, avaritia, luxuria et omni vitorum genere; atvero ut essemus omni sanctitate pleni, seu, ut explicat Doctor Angelicus, elegit nos, ut essemus sancti virtutibus et immaculati a vitiis. Jam heu! plerique hominum non sanctitate, sed vito repellunt; plerique habentur similes iis, quos D. Paulus dicit esse replete iniquitate, malitia, fornicatione, avaritia, nequitia; plenos invidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate (Rom. 1, 29). O quales plenitudines! hi quidem non erunt in plenitudine sanctorum (Eccli. 24, 17); in plenitudine damnatorum scribentur et nisi corda sua effundant, malitiamque, qua pleni sunt evomant, cum damnatis eternum cruciabuntur. Effundite ergo corda vestra; omnis a vobis peccata expellite et repleamini humilitate, benignitate, patientia et omni sanctitate, ut cum Doctori Angelico eternam felicitatem assequi valeatis.

Amen.

### DE SANTO JOSEPH

#### CÓNCIO PRIMA.

*Pater tuus et ego dolentes querebamus te* (Luc. 2, 48).

De Philippe Macedonum rege refert Sabellius, quod cum eximius quidam orator elogium ejus confidere suscepisset, totam laudum illius segetem ex hoc uno sumpsit, quod Magni pater esset Alexandri: *hoc unum dixisse sufficiat, filium te habuisse Alexandrum.* Amplam quidem laudum materiam des-

Divi Thomas vitam erucem continuam, et iuge martyrum fuisse nemo est qui ambigat, cum ipse et regulam quam sectatus est, et omnia regularis vita exercitia usque ad mortem quam perfectissime servaverit. *Signum sapientiae est bene incipere, melius continuare et optime finire,* inquit S. Vincentius Ferrierius (ser. de S. Thoma); sanctus autem Thomas fuit vir ille sanctus et sapiens, qui bene incipit, dum frustra remittentibus parentum conatibus, qui omnem moverunt lapidem, ut eum a religione avocarent, ipse firmiter in sancto proposito statit et dierioribus vite religiosis exercitis se dedit. Ipse etiam melius est prosecutus, quia semper ivit de virtute in virtutem, et quo in religione factus est astate provocator, eo fuit regularis vita exercitiis addictior. Ipse tandem optime finivit, quia in vita regulari exacta et perfecta observatione usque in finem perseveravit, ejusque finem fuisse sanctum manifestavit Deus tum revealans ei mortis sua diem, tum variis miraculis et prodigiis mortem eius illustrans, quem cum sanctitate plenum extitisse probarunt et divulgarunt. Demiremur incomparabilem hunc virum, qui scientia, veritate et sanctitate plenus fuit, et itidem isdem perfectionibus repletus amibamus. *Dicus Thomas a Christo accepit scientiam plenitudinem,* cum haberet scientiam universalem sine confusione, profundam sine vanitate et utilem sine interesse; conemur et nos sublimem hanc scientiam participare. *Dicus Thomas de plenitudine Christi accepit veritatem, cum veritatis sponsus, magister et protector fuerit;* pro viribus et nos hujuscem veritatis participes fieri contendamus. D. Thomas de plenitudine sanctitatis Christi accepit, quia in praedicationibus, orationibus et exercitiis regularibus sanctus fuit; hujus et nos sanctitatem pro viribus annullemur. Dicit forte aliquis; tam aliam scientiam assequi non valeo. Esto quidem; verum qui alta sapere nequit, crassae saltim ignorantiae tenebras se expellat et salutis necessaria addiscere conetur. Dicet aliis: veritatis magister et protector esse non possum. Esto, quod sic se res habeat; penes omnes tamen est veritatem desponsare, eique inseparabiliter adhaerere; possunt omnes veritati ita conjungi, ut nihil falsum,

nihil erroneous unquam proferant; veritatem ergo quisque vestrum in sponsum eligat, ita quod ab eo voluntariis mendacibus nonquam separetur. Ac presertim debet quisque cum D. Thoma repleri sanctitate. Elegit nos Deus, ut essemus sancti et immaculati (Ephes. 1, 4); non elegit nos, ut essemus pleni superbia, ira, avaritia, luxuria et omni vitorum genere; atvero ut essemus omni sanctitate pleni, seu, ut explicat Doctor Angelicus, elegit nos, ut essemus sancti virtutibus et immaculati a vitiis. Jam heu! plerique hominum non sanctitate, sed vito repellunt; plerique habentur similes iis, quos D. Paulus dicit esse replete iniquitate, malitia, fornicatione, avaritia, nequitia; plenos invidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate (Rom. 1, 29). O quales plenitudines! hi quidem non erunt in plenitudine sanctorum (Eccli. 24, 17); in plenitudine damnatorum scribentur et nisi corda sua effundant, malitiamque, qua pleni sunt evomant, cum damnatis eternum cruciabuntur. Effundite ergo corda vestra; omnis a vobis peccata expellite et repleamini humilitate, benignitate, patientia et omni sanctitate, ut cum Doctori Angelico eternam felicitatem assequi valeatis.

Amen.

### DE SANTO JOSEPH

#### CÓNCIO PRIMA.

*Pater tuus et ego dolentes querebamus te* (Luc. 2, 48).

De Philippe Macedonum rege refert Sabellius, quod cum eximius quidam orator elogium ejus confidere suscepisset, totam laudum illius segetem ex hoc uno sumpsit, quod Magni pater esset Alexandri: *hoc unum dixisse sufficiat, filium te habuisse Alexandrum.* Amplam quidem laudum materiam des-

mere potuisset ab illustri majorum ejus genealogia, a regia dignitate qua eminebat, ab animi magnitudine qua pollebat, a felicitate qua fruebatur, necnon ab aliis corporis et anima do-  
tibus quibus florebatur; attamen patris Alexandri Magni digni-  
tatem ita sublimem, augustam et memorandam arbitratus est, ut  
nil ei addi debere censurierit: *hoc unum dixisse sufficiat.*  
Oratoris mihi nunc incumbit munus, non ut terreni regis, verum  
ut Joseph Regis regum patrii glorioissimi elogium contexam;  
quem sane ab illustri regum et pontificum, a quibus descendit  
prosapia, a mirabilibus quibus emicit virtutibus, a divinis fa-  
voribus quibus affuit, necnon a quam maxime venerando sponsi  
B. V. titulo, quo decoratur, plurimum commendare possem; at  
ex patris Christi qualitate tantum glorie, honoris, dignitatis ac  
felicitatis ad sanctum Josephum redundat, ut ex hoc uno quod  
pater fuerit, totum illius encomium elicere contendam: *hoc unum  
dixisse sufficiat. Filium te habuisse Jesum.* Hoc habet sanctus Josephus quod et alii sancti; et hoc habet supra alios sanctos,  
quod sit Pater Christi: *Pater tuus et ego;* haec est emi-  
nentissima qualitas, quae eum supra omnes sanctos sublimat, ex  
qua panegyricam ejus concionem elicere pertinet. *Ave.*

Pictores et geographi hoc in arte sua habent mirabile, quod  
grandiora et ampliora quavis objecta intra minutissimum spa-  
tium effingant et quasi abbrevient; pictores enim maximum  
quomodo colossum in exigua tela particula delineant et geo-  
graphi totum terrarum orbem in unico papyri folio facili nego-  
tio adumbrant et includunt; mirabili autem hac arte et  
industria respectu sancti Josephi osus videtur supremus Deus,  
quippe qui omnes ejus perfectiones et excellentias in brevissi-  
mum rededit compendium, easque in unico Patris Christi ti-  
tulo colligit et adanavit: *Pater tuus et ego.* Humani oculi  
pupillam ita exiguum esse constat, ut nec pisces, seu ciceris ma-  
gnitudinem excedat; nihilominus inquit Doctor Angelicus, pu-  
pilla, licet minutissima, lunam, stellas, solem et quavis que ei  
objicitione corpora, in seipsa per representationem facililime  
continet et includit. Idem dicendum de hoc *Patris Christi*  
titulo; parvus quidem est, cum duobus dumtaxat constet vo-

culis ita tamen sublimes si eminentes continent et arguit  
perfectiones, ut nil in hoc mundo majus, nil eo augustius  
habeatur. De Ptolomeo refert Justinus, in proprii filii gratiam  
suo se spoliasse regno, et dum novus solemniter coronaretur  
rex, in aulicorum, totiusque adstantis populi conspectu alta  
voce clamasse: *omni regno pulchrius est regis esse Patrem* (*Hist. 10*); longe majori jure dicere fas est, nil majus,  
nil eminentius, nilque gloriiosius in hoc mundo quam Christi  
Domini omnium imperantem Regis esse Patrem: *Pater tuus.*  
Jamvero ut clarus elucescat quantum glorie et perfectionis in  
Josepho haec arguat paternitas, advertendum patres filiorum  
suum esse nutritios, protectores et superiores; sunt eorum  
*nutriti ex natura, protectores ex affectu et superiores ex  
iustitia;* en igitur tres excellentias, quas ex qualitate patris  
carpit sanctus Josephus; per illam siquidem Christi nutritius,  
protector et superior efficitur: ut enim jam videre est, sanctus  
Josephus est 1. *Pater,* qui Jesum nutrit; 2. *Pater,* qui Je-  
sus protegit; 3. *Pater,* cui Jesus subditus est. Ecce tres con-  
cionis hujus partes, ex quibus quanta dignitas, quanta felicitas,  
quantaque S. Josephi extiterint merita, facile auspicabimur.

## I PARS.

*S. Joseph est pater, qui Jesum nutrit.*

Angelum unum ad Zachariam et alium ad Joseph delegavit  
Dens: Angelus ad Zachariam missus, dixit ei, mulierem ejus  
Elisabeth ipsi paritaram esse filium: *uxor tua Elisabeth  
pariet tibi filium* (Luc. 1, 13); angelus vero ad Josephum de-  
legatus non dixit ei, quod *uxor ejus pareret ipsi filium*, sed  
solummodo quod pareat filium: *pariet autem filium et co-  
cabis nomen ejus Jesum* (Matt. 1). Non dixit Angelus Jo-  
sepho, Mariam ipsi paritaram esse filium eo quod Joseph non  
esset verus pater filii, quem paritura erat Maria, tantum-  
modo Sancti Spiritus operatione concepido et pariendo. Licet

autem Maria filium Josepho, tamquam vero, legitimo et naturali ejus patri non peperit, Joseph tamen filii Marie, seu Christi Pater in Sacra Scriptura vocatur: *Pater tuus et ego dolentes quarebamus te* (Luc. 3). Si S. Joseph non est verus Christi pater, cur ejus pater vocatur? dicitur pater ejus, quia juxta vulgi opinione ejus pater esse credebatur: *putabatur filius Joseph*. Dicitur etiam pater ejus ob dilectionem plus quam paternam, qua Jesum prosequobatur: *sicut Maria mater Iohannis dicitur propter dilectionem et non propter generationem*, ita, inquit Ilyonius Carthusianus, *Joseph pater Iesu propter curam vel dilectionem cocatus est et non propter generationem*. S. Augustinus ait Josephum nuncupari et esse aliquo modo patrem Jesu, quia sponsus erae Mariae, cuius filius erat Jesus: *Josephi filius est Jesus, quippe quia Mariae verissimus est filius* (de cons. Evang. 2, 2). Multi autem autores Josephum Christi patrem dici docent, quia eum tamquam filium suum enutriti, honoravit cum *Spiritus Sanctus Patris cocubulo*, quia nutritio Salvatorem, inquit Origenes (ho. 19); et ut ait divus Hieronymus, *Joseph Christi pater, non quod eum generul, sed quod eum educaverit*. Unde dici potest Josephum fuisse quasi patrem sacramentalem Christi, quia ejus pater exiit, non quoad substantiam, sed quoad aliqua accidentia. Sicut enim sacrosanctum Eucharistiae sacramentum vocamus panem: *Panis quem ego dabo* (Ivan. 6), non quod sit verus panis quoad substantiam, ast quia est panis quoad accidentia, quae post consecrationem remanent, ita et sanctus Joseph est Christi pater non quidem naturalis et quoad substantiam, sed quoad accidentia; quia scilicet est sponsus Marie Virginis, et quia eum tamquam proprium filium enutrit: *honoravit eum Spiritus Sanctus Patris cocubulo*, quia nutritio Salvatorem. Pater aeternus et Joseph dicuntur ambo Christi Salvatoris patres: diversimode tamen patris qualitas utrique convenit; aeterno etenim Patri competit fecunditas, quia Christum, ut Verbum ad intra vere genuit, et ad extra ut hominem vere produxit virtute Spiritus Sancti; Josephi vero paternitas sterilis, non secunda fuit; haud enim genuit Christum; ideo

vero ejus pater dicitur, vel quia despontavit Mariam, quae supernaturaliter genuit Christum, vel etiam quia Christum nutritivit, et pater ejus nutritius fuit: *Joseph nutritius Christi* (S. Bern. s. l de Assumpt.). Pater aeternus, ut Christi Pater, ad eum enutriendum tenebatur; eumque modo quodam insolito et mirabili aere poterat, si voluisse; poterat manu propria coeli rorem, panem angelorum, vel exquisitissimos quoque cibos ei erogare; si autem angelorum ministerio eum aere congruum censuisset, ad nobilissimum hoc opus sanctos Michaeliem, Gabrielem, ac innumeros Cherubim et Seraphim vocare poterat, qui illud munus summo affectu, summaque reverentia jucunde obiissent; atvero hanc Pater aeternus Josepho, curam demandavit, sublime hoc opus Joseph commisi, Josephum Christi patrem nutritum esse voluit: *Joseph nutritius Christi*. O divinum munus! quod sanctissime et perfectissime expletivit Josephus, qui summo charitatis ardore ex cibis sudore vultus sui comparatis sum et Patris aeterni filium aluit, et sicut non comedebat Job buccellam, quin ex ea comedherent pauperes: *si comedи buccellam meam solus, et non comedи ex ea pupillis* (Job. 31, 17), ita et S. Josephus non comedit buccellam, quin ex ea comedet Christus; apriebat quotidie Joseph manum suam, ut alimenta subministraret ei, qui aperit manum suam et implet omne animal benedictione, eumque summa cura et solicitudine enutriebat: *Joseph nutritius Christi*. Quæsivit Dominus sibi virum juxta cor suum, inquit sacer Textus (I Reg. 13); quia verba licet in sensu literali intelligantur de Davide, quem Deus quæsivit, et loco Saulis regem elegit; sensu tamen mystico, aut accommodativo, a nonnullis authoribus intelliguntur de sancto Josepho, quem Pater aeternus et virum juxta cor suum, in Christi patrem elegit. Cor Patris aeterni est Spiritus Sanctus; sicut enim Filius in Trinitate dicitur Verbum, vel lingua Patris aeterni, quia quidquid ad extra loquitur Pater aeternus, hoc per Filium suum, velut per linguam dicit; ita et Spiritus Sanctus est cor Patris, quia Pater aeternus per Spiritum Sanctum, tamquam per proprium cor diligit, quæcumque amore prosequitur; Jo-

seph autem est vir juxta cor Patris aeterni: sicut enim Spiritus Sanctus in Trinitate coelesti tercia persona est secundum originem, ita in terrestri Trinitate Iesu, Mariae et Josephi, Joseph dignitatis ordine tertium sibi vindicat locum: sicut etiam Spiritus Sanctus fuit sponsus Virginis ejus virginitatem numquam ledens, ita Joseph castissimus Mariae sponsus extitit, virginitatem ejus numquam officiens; sicut tandem Spiritus Sanctus, instar cordis, Ios fuit et scaturigo vitae ac omnium vitalium spirituum, quibus Christi corpus fovebatur et vivebat, ita Joseph principium fuit vite et omnium spirituum vitalium, qui per varias corporis Christi arterias diffundebantur, quia fuit pater nutritius, qui ei subministravit almenta, ex quibus hi spiritus formabantur. *Joseph nutritius Christi.* O magna! Josephi gloria!, quod Patri aeterni vicas impleverit, et quod ejus nomine Christum aluerit: *gessit Joseph personam Dei Patris* (Isid. Isol. Sum. 1, 16). O ineffabilis Josephi felicitatem, quod fuerit vir juxta cor Patris aeterni et ab eo fuerit electus, ut Christum Iesum aleret: *quasi sit Dominus sibi virum facta cor suum.* O mirabilem et numquam sati commendatam Josephi dignitatem, quod Christi Pater nutritius exuterit: *Joseph nutritius Christi.* Gloriarum nonnumquam viri sapientissimi et eruditissimi, quod imperatorem, regem vel aliquem principem educaverint; quanto major censenda Josephi gloria, quod Regem regum Christum entruerit? Honoratos sese et beatos arbitrabantur angeli, quod semel in deserto Christum aluerint; quanto honoratior et felicior Joseph, qui pluribus annis eum cura et laboribus suis sedulo enutrivit? Si nimis honorificatus et felix praedicatur sanctus Antonius Paduanus, quod Christum semel dumtaxat, aut iterum ulnis suspensus meruerit, quanto honoratorem et feliciorum predicare debemus Josephum, qui non semel, aut bis solummodo Christum in manibus gestavat, verum toties quoties eum tangere, portare, osculari, cibare, omniaque Patris nutritii munia exercere meruit? Si commendatur Joseph Patriarcha, quod tempore famis Aegyptios aluerit, quanto magis commendandus Joseph Christi pater, qui illum alit, qui tempore opportuno dat

escam omni viventi? Si Petrus Salvator curam dedit pascendi oves et agnos, quanto gloriosius negotium demandatum est Josepho, nutriendi scilicet Pastorem pastorum Christum Dominum? O quanta erit Josephi gloria in die iudicii! Tunc omnibus misericordibus, qui illum in persona pauperum aluerunt, dicet Christus: *esurio et dedistis mihi manducare: siti o et dedistis mihi bibere* (Matt. 25, 35); Josepho autem in prospectu omnium populorum dicet: o pater mi, dum in terris degerem et inter homines in mundo versarer, in propria persona esurio et dedisti mihi manducare: siti o et dedisti mihi bibere; tuque pater meus nutritius exististi. O quam Josepho haec erit gloria in die iudicii! Et quanta ejus erit merces in celo! Si enim quicunque pauperi dederit calicem aquae frigidae, non perdet mercedem suam (Matt. 10), quanto liberaliorem et munificentiorum se prebebit Deus erga Josephum, qui non solum aquae scyphum pauperi cuidam largitus est, at Christum Dei Filium summa sollicitudine enutrivit? Si Abraham propter angelos hospitio receptos charitas largissime fuit remunerata, quanto largius et uberior compensatur Josephus, qui Regem angelorum plurimum amitorum spatio cibavit et aliuit? Si a patre suo benedictus fuit Jacob, eo quod ei semel cibos ad vescendum paraverit, quales benedictiones, qualiterve in celo mercedem percipit Joseph, qui Dei sui pater nutritius exstitit? Magnus certe est S. Josephus, quia est pater, qui Iesum nutrit: *ac etiam quia est pater, qui Iesum protegit.*

## II PARS.

*S. Joseph est pater, qui Iesum protegit.*

Omnes patres ex naturali inclinatione ita ad diligendos filios moventur, ut eos non amare nequeant; *si pater est, non potest non amare* (Chrysol. serm. 33). Ita parentibus innatus est hic erga filios amor, ut pater qui filios non diligenter, ipsis brutis durior et immanior censendus foret: *ferocia amant filios*

*suos, amant filios aspides, amant filios tygrides, amant filios leones.* Nulla bestia est que non filii blonde murmurat; ergo pater qui non anal filios suos, etiam bestiis peior est (S. Aug. serm. fer. 2 post Dom. Sept.). Hoc erga Christum amore non curvit Joseph, cuius Spiritus Sanctus et Patris Christi dignitatem et paternum erga Christum amorem infudit: paternam dignitatem Josepho contulit Spiritus Sanctus, eumque Christi patrem fecit cum in Mariam ejus conjugem superveniret, eamque supernaturaliter obumbravit: *Spiritus Sanctus superveniet in te et virtus Altissimi obumbrabit tibi.* Sicut enim fructus qui in agro meo sterili supernaturaliter producerentur, mei essent, ita Christus, qui est benedictus fructus in Mariae Josephi Sponsa per Spiritum Sancti operationem supernaturaliter productus, est fructus et filius Josephi, qui eum ut filium respergit et qui eum dilexit ut filium sibi a Spiritu Sancto datum: *Joseph omni amore transformativo cerebatur in eum, ut in dulcissimum filium sibi in conjugie sua Virgine per Spiritum Sanctum datum* (S. Bern. s. de S. Joseph). Eo ipso quo Spiritus Sanctus in utero Virginis corpus Christi formavat, paterno erga eum amore cor Josephi inflammavit: *Spiritus Sanctus de carne Virginis hominem formans, paternum viro huic scilicet Joseph, qui nascebatur infantis anorem infudit* (Rupert. lib. 1 de glor. Fil. Hom.). Paterno hoc amore successus Joseph non solum Christum aluit, eam etiam protexit. Unde Isidorus Isolanus Josephum Cherubim vocat, qui Marie et Christi custos ac protector fuit: *cur non Joseph Cherubim adnumerandus est, qui et Virginis sanctissimae et Christi custos a Deo immortali positus fuit?* Postquam peccavit Adam, paradisum terrestrem Deus Cherubim unus custodia commisit; Maria autem, ut nonnulli ex sanctis Patribus docent, fuit paradiis quidam mysticus et Christus arbor in medio hujus paradii plantata extitit; ut autem loquitur idem Isidorus, S. Joseph, ut alter Cherubim, hujus paradii et hujus arboris, seu Christi et Mariae custos et protector extitit: *cur non Joseph Cherubim asseverandus est, qui et Virginis sanctissimae et Christi custos a Deo immortali positus fuit?*

(Isid. Isol. 3 p. c. 22). Ezechiel propheta in extasim raptus, mirabilem vidit currum, in quo erat thronus, cui insidebat rex, huicque currus ductor et custos erat unus Cherubim; si autem hanc visionem mystice interpretari licet, dicerem, mirabilem hunc thronum fuisse Virginem Mariam, cui Rex regum Christus novem mensium spatii insedit; Cherubim vero, qui hunc regebat currum, fuit sanctissimus Joseph, qui non solum Mariae Virginis, verum et Christi Domini custos et protector extitit: *cur non Joseph Cherubim asseverandus est?* Unicuique a Deo delegatus est angelus, qui eum regat et custodiat: *unicuique nostrum a die baptismatis usque ad obitum delegatus est angelus, qui et viriliter decertantem a tentatione custodiat et auxilium prabere non desistat* (Pet. Dam. ep. ad Alex. II P. M.). Hi angeli custodes sunt otiam angeli protectores: *superne potestates*, inquit Anastasius Syntagma, *valde et vehementer diligunt et protegunt* (I Hexa.). Jesus autem, ut communiter sentiunt theologi, angelos quidam assistentes et ministrantes habuit, angelos custodes non habuit, qui eum adversus daemones custodirent et protegerent, quia cum esset omniscius et omnipotens, nil adversus eum moliri poterant daemones, nullumque periculum inerat, quod ipsis eorum temptationibus vinceretur. Quia tamen Christus in hunc mundum veniens et humanam assumens naturam, omnibus infeliciis hujus nature infractatibus, quae peccatum et imperfectionem malorum non arguunt, subdi voluit: ipse non secus ac alii homines, temporis inclemenciam, hominum persecutions, famem, sitiem et alia multa pati potuit, et ideo qui angelum custodem non habuit, aliquo saltem egere videbatur homine, qui adversus hac eum protegeret et qui esset quasi angelus ejus protector; talis autem extitit S. Joseph, qui a sancto Bernardo vocatur *magni consilii angelus*. Joseph fuit angelus ratione puritatis angelicae, iqua floruit; fuit *magni consilii angelus*, quia in concilio a sanctissima Trinitate habuit fuit delegatus, ut quasi angelus protector Christi esset et eum in omnibus easibus firmiter protegeret, quod munus perfectissime obiit, cum et honoris et vita Christi pro-

tector extiterit. Protector fuit honoris Christi, cum Mariam matrem ejus despensavit, et protector fuit vite Christi, cum eum ab Herodis manibus preservavit. Quia ut clarus explicitur, adnotandum Christum in Virginis Marie utero non per hominis, sed per Spiritus Sancti operationem fuisse formatum; sicut enim in aeterna generatione productetur ex pate sine matre, ita in generatione temporali ex matre sine pate produci decrevit; atque eodem decreto, quo ex matre sine pate nasci voluit, et suo et matri, saltem coram hominibus, perclitabatur honore: si namque natus esset ex impetu, mater ejus estimata fuisset impura, et ipse illegitimus reputatus; ergo Joseph desponsans Mariam, et matris et filii honorem protexit; cum etenim ut Marie sponsus agnitus est, nulla adversus utrunque honorem et famam obhorta est suspicio. Unde sanctus Joseph altissimi mysteri incarnationis Verbi scutum vocatur: *altissimi mysteri scutum fuit inexpugnabile* (Isid. Isol. 1 p. 4): fuit scutum hujus mysterii, quia in executione mysterii incarnationis fuit protector simul et honoris Marie, ac etiam honoris Christi. Imo et fuit protector vite Christi, quem e manibus Herodis eripuit, cum impius hic tyranus Christum natum necatores querebat; ideoque misit satellites, qui eum in curia vagientem occidenter; S. Joseph prius protector vite Christi et quasi Salvator Salvatoris fugiens in Aegyptum eum secum detulit, eumque Herodis turor subripuit. O mirabile honoris et vite Christi protector! Portentosum scalam vidi Jacob a terra usque ad celum pertinetem et Deum supremo hujus scale gradui innitentem: *vidit Dominum innixum scalae*. O magnum mysterium! Deus, qui est omnipotens et omnia portat verbo virtutis sua, scale innititur; Deus qui omnium creaturarum est protector et columen, scale apparet innixus; Deus sustentari nequit, quis ergo scale innixus dicatur; *vidi Dominum innixum scalae?* Hoc dubium luculenter solvit Rupertus abbas, dicens scalam, quam Jacob dormiens vidi, esse Christi Domini genealogiam, cuius scale gradus sunt Abraham, Isaac, David, aliique reges, patriarchae et prophetae, a quibus Christus

originem dicit; supremus autem hujus scalae gradus, cui Deus innititur, est S. Joseph, cui innititur Christus: *supremus scalae gradus cui Dominus innixus, iste est Joseph vir Mariae* (de glo. Fil. Hom. 1); et si quis scire cupiat, quomodo Christus innitatur Josepho, respondebit ideam abbas, quod ei innitatur tamquam tutori et protectori: *utique tamquam tutori pupillus* (Ps. 17, 31), Josepho innititur tamquam protectori, quia vita et honoris ejus protector fuit. Miramini Josephum, qui eum protegit, qui *protector est omnium spernantium in se*. O virum vere mirabilem, quem Pater aeternus in Filii sui unigeniti protectorem elegit! O quales et quante peregrinii tuus viri esse debent virtutes et perfectiones, quibus ad tam sublime munus eligi et erigi meruit? Heu! si S. Joannes Baptista, qui erat *neque manducans, neque bibens* (Matt. 21, 28), et cuius tanta erat perfectio, ut a multis Messias censeretur; si inquam, Christi precursor, cuius sanctitas maxima, Christum digito sollemmodo indicare meruit, quanta inesse debet sanctitas Josepho, qui Christum non solo digito communisstravit, verum toto brachio protexit et tutatus est? Magna quidem Josepho iniuri sanctitas, ac etiam ei magna gloria inesse debuit; si enim gloriaratur Doctor genitum ex hoc quod Dei servus esset: *Paulus servus Iesu Christi*; quanta Josepho inest gloria, quod non servus solum, etiam Christi protector fuerit? cumque magna sit Josephi gloria, utpote Pater qui Christum protegit, magna etiam habenda ejus gloria, *quia est Pater, cui Christus subditur*.

## III PARS.

*Sanctus Josephus est Pater, cui Jesus subditur.*

Paternam jure naturali in filios suos jurisdictionem habent quilibet patres et in quocunque dignitatis gradu existat filius, patrem semper sibi superiorum ratione paternitatis agnoscere debet: *natura pater filiorum imperium semper obtinet, quomois etiam*

*non efflagiet dignitatem* (Arist. 8, Elenc. 11). Quis autem pater superior esse poterit Fili, qui simul est Deus et homo? Profecto Deus nulli subiicitur, nullumque habere potest superiorem: constat, inquit Tertullianus, *Deum nullo minorem et subiectorem, immo omnibus majorem et sublimiorum (advers. Herinog. 7)*: quis ergo Christi Dei et hominis superior esse poterit? Joseph atque, qui ita patris Christi dignitate sublimatus est, ut per eam factus sit, aliquo modo illi superior; quod intelligendum de natura humana Christi praecise sumpta; nam si sumatur et elevata a Deo ad hypostasim Verbi, unum est cum Deo, ac proinde non subditus Josepho et Marie; nec sub hoc respectu Christus iisus obediens tenebatur, sicut nec Augusto, Herodi et aliis terrenis principibus; Christus tamen parentibus suis Josepho et Marie obtemperare et subiici voluit; de quo nullus est ambigendi locus, cum S. Lucas Evangelista Christum iisus subditum fuisse testetur: *et erat subditus illis*. Que verba explicans S. Basilius, sit: *Christus in prima aetate subditus parentibus, omnem laborem corporalem mansuete et obedienter sustinuit*. Cum enim homines illi essent justi quidem ac prius, verum pauperes et rebus necessariis non abundantes, merito laboribus corporis assiduis dediti erant, per hoc necessarias res sibi acquirentes. Jesus autem his subditus, velut ait scriptura, *omnium etiam simul perferendo labores obedientiam declaravit* (*Const. Monast. 4*). O mirabilem Christi obedientiam et subjectionem! Maxima erat Josephi erga Christum reverentia; nihilominus, ut ait S. Bernardinus, *sanctus vir publice habebat se ad Christum verbo, actu et gestu, atque cura et imperio, sicut vera pater ad filium suum* (*Serm. de S. Joseph.*); Christo ut filio Joseph imperabat et Josepho Christus ut filius obtemperabat: *erat subditus illis*. O rem mirabilem, Deus homini, Creator creaturam obtemperat! hinc exclamat S. Bernardus: *erat subditus eis. Quis? quibus? Deus hominibus: nec tantum Mariae, sed et Josepho: utrinque stupor, utrinque miraculum* (*Hom. 1 sup. Missus est!*) Hanc Christi ad Josephum subjectionem, ita mirandam et commendabilem censuit S. Evangelista Lucas,

ut ex omnibus actionibus, quas ab infante usque ad trigesimum vite sue annum operatus est Christus, hoc solum referat, quod Maria et Josepho obedierit. Mirabilia et heroica multa opera ab incububus indesinenter Christus edidit; theandricas continet operatus est actiones; humilitatis, patientiae, charitatis, aliarumque virtutum actus singulis vite sue momentis elicuit, totque opera perficit, ut dicat S. Joannes Evangelista, quod si ejus omnia scriberentur opera, libros totus mundus contineo nequeret; nihilominus ex tot mirandis operibus, que usque ad trigesimum vitæ sue annum pratavit Christus, hoc solum refert S. Lucas, quod Josepho et Marie obtemperavit: *et erat subditus illis*. Si a sancto hoc Evangelista queras, quid Christus in decimo, quid in duodecimo, quid in decimoquarto et in aliis vita sua annis usque ad trigesimum egredit? Hoc solum respondet, quod esset subditus Marie et Joseph; *erat subditus illis*. Eisque adeo subditus et obediens erat Christus, ut adamassim eis in omnibus paruerit. Quam Christi orga Joseph obedientiam et subjectionem ut expiebat Isidorus Isolanus (*1*), sic Christum loquentem inducit: *ego conversatus sum cum Josepho in omnibus, sicut si essem filius eius naturalis et obediebam in omnibus, nec unquam transgressus sum, verbum illius et eram subditus illi, sicut filii parentibus* (*Sum. de don. S. Jos. 4, 8*). Notum est omnibus, solem Ezechiel regis tempore decem linea retrocessisse: *reversus est sol decem linea* (*Isa. 38, 8*). Sacra etiam docet Scriptura, solem Iesou imperante stetisse: *sol contra Gabaon ne moueretur* (*Josue 10, 12*). Mirabilia quidem et portentosa haec fuisse;

(1) Qui frequenter in bis de S. Joseph canticis occurrit mentio huius Isidori de Isolani, scindunt hunc scripturam. Ordinis Predicatorum florisse initio saeculi decimierte, et auctorum esse operis; *Summa de donis S. Joseph*; quid opus, ut refert P. Edward (Scriptor. Or. PP. t. 2), ipse Isidorus testatur a se confutum in loco S. Joseph Fontanellatis anno 1514, e qua correctionem complevisso Papam anno 1521. Hoc opus mortuo recensetur inter doctoris et antiquiores circumstantias editis ad merita, gloriam, cultumque initials Patriarche propalanda.  
N. E.

at longe mirabilius, quod Josepho Christus sol justitiae non semel dumtaxat, aut iterum, at omnibus vite sua diebus obsequatur. Stabat semper et movebatur Christus ad nutum patris sui Iosephi, cui tamquam filius obsequentissimus semper et in omnibus obediebat: *erat subditus illi, sicut filii parentibus.* Joseph Patriarcha in sonnis solem, lunam et stellas ipsum adorantes vidit: *vidi per somnum, quasi solem, et lunam, et stellas undecim adorare me* (Gen. 37, 9). Per hunc solem ab authoribus communiter intelligitur eiusdem Josephi pater, sicut per lunam et stellas intelligentur mater et fratres ejus; si tamen dico Augustino fidem adhibeamus, hoc somnum hoc modo explicari non oportet, quia tunc Josephi Aegyptiaci mater mortua erat, ac proinde ipsum honorare et adorare nequiebat. Ideo, inquit idem Augustinus, hoc somnum figurative intelligendum de Josepho Christi parente, in quo vere est adimplatum, quem omnes alii sancti veluti fulgentes stellae venerati sunt; Maria etiam, tamquam luna mystica, eum sicut sponsum sanctissimum religiosissime coluit, et Christus sol justitiae ei ut patri perfectissime obedivit et subditus fuit: *obediebam ei in omnibus, nec unquam transgressus sum cibum illius et eram subditus illi, sicut filii parentibus.* O magnum Christi obedientiam et subjectionem! ejus exemplo discite pueri subiici parentibus; discite religiosi obedere superioribus; discite omnes obtemperare Deo, ejusque mandata servare; simul et uxores discite plurimi facere S. Josephum, cui Christus subiici voluit, quia haec Christi subjectio maximam in Josepho signat et arguit dignitatem: *haec subjectio, sicut inestimabilem notat humilitatem in Christo, ita dignitatem incomparabilem signat in Josepho,* inquit Gerson (serm. de Nativ. Virg.). Et ratio, quam adhibet illustris hic cancellarius universitatis Parisiensis, est: nil gloriosius, quam imperare regum Regi et dominantium Domino: *quid enim sublimius, quam imperare ei, qui in femore scriptum habet: rex regum et Dominus dominantium.* Aliam adducit rationem, dicens, nil esse eminentius, quam dominari illi, qui se Deum fortet et Dominum exercitum vocat; nihilque gloriocius esse posse, quam sub suo habere dominio

eum, cui fleetur omne genu: *haec subjectio dignitatem incomparabilem signat in Josepho.* O quantus existimandus Joseph proper patris Christi dignitatem, qua fulget: *magnus est, quia est pater qui Christum nutrit;* *magnus quia est pater qui Christum protegit;* *magnus est, quia pater, cui Christus se subiecti.* Hoc patris Christi dignitas ita Josephum sublimat, ut quantum per eam extollatur, homines cognoscere non valeant. Sicut enim de Patre eterno dixit Christos, quod ipse solus illum cognosceret: *neque Patrem quis nocit, nisi Filius et cui voluerit Filius revelare* (Matt. 11, 27), ita et de Josepho patre dici potest, quod solus Christus cognoscere valeat, quantum per patris qualitatem evehatur: *neque quis novit Patrem, nisi Filius.* Dum autem Patris Christi qualitas Josephum sublimavit, eum etiam potentissimum fecit in celo, ubi, ut ait Gerson, tanta gaudet potestate, ut non ore, sed imperio: *non orat, sed ordinat, non impetrat, sed imperat* (*in Josephin.*); Josephi in Christum authoritas cum ipso in colum concendissa videtur; ibi etenim paterna autoritate et supplici quadam implorat imperio: *quanta fiducia Joseph!* *quanta in eo vis impetrandi!* quia, ut ait idem Gerson, *dum vir uxorum, dum pater filium orat, velut imperium reputatus.* Joseph in celo similis cum Maria corporaliter jam existere creditur; Maria Christo exhibet ubera, quibus fuit lactatus: Josephus vero ei ostendit brachia, que illum portaverunt et manus, que illi officio inservierunt; ex quo infert S. Bernardus, non solum Mariæ, verum etiam Josepho patenti Christum nill denegare posse; si, inquit, voluntatem *timentium se faciet, quomodo voluntatem nutrientis se non faciet?* Cuan ergo tanta sit Josephi in celo potestas, in omnibus necessitatibus ad eum accurrante, illum supplices invocate, ejus vos protectioni committite et ipse a vobis omnia mala fugabit, multaque a Deo vobis beneficia et vitam eternam impetrabit. Amen.

## CONCIO SECUNDA.

*Jacob autem genuit Joseph virum Mariæ* (Matth. 1, 16).

Sanctus Gregorius Nazianzenus sororis sua Gorgoniae maritum digne exoptans prosequi encolum, satis superque eum laudare arbitratur, dicens, quod sororis sua conjux et vir fuerit: *vultis uno verbo virum describam? Vir est illus, id est, Gorgonia (Orat. de laud. Gorgon.).* A divitias, a nobilitate, a singulari pietate, necnon ab aliis multis corporis et animae dotibus eum laudare potuisse; ipsi autem ita sublimis visa est sponsi Gorgoniae dignitas ut hanc unicam ad perfectum et integrum huius viri elogium sufficere crediderit, nec aliud quidquam superaddere necessarium existimat: *non enim scio, inquit, quid amplius dicere necesse sit.* In sanctissimi Josephi laudes prorumpere nunc inest animus, meritorum ac perfectionum ejus magnitudinem et multitudinem recolere et colligere mei jam est propositi, totanque laudem ejus materiam elicere pertinetabo ex hoc, quod non Gorgoniae, sed Mariae Virginum purissima, mulierum sanctissimae et Christi Salvatoris Matris dignissimæ sponsus extiterit; *Joseph virum Mariæ.* Unde si quis a me querat, qualis et quantus fuerit Joseph, hoc solum respondebo, quod fuerit *vir Mariæ*, et postquam illum ut Christi patrem commendavi, nil altius, nilque eminentius ad ejus laudem promovere valeo, quam quod Deipara sponsus extiterit: *non enim scio, quid amplius dicere necesse sit.* Haec de Josepho, ut Mariæ sposo, tota haec erit concio. *Ave.*

Verum, licet et sanctum fuit sancti Josephi cum B. V. Maria conjugium; verum, quia vere Joseph despontus est eam: *cum esset despontus mater ejus Maria Joseph* (Matt. 1, 18); licet, quia licet uterque virginitatem rorisset, per Spiritus Sancti inspirationem noverant, nullum violandi voti

## Concio II — De S. Joseph

57

fore periculum: *sanctum*, quia per hoc matrimonium sanctus Joseph tutatus est famam et virginitatem B. Virginis, ac pueri Iesu custos et nutritius est effectus. O admirabile conjugium! O admirabiles conjuges Joseph et Maria! Mirabilis sponsus, mirabilis sponsa, et ut de solo sposo loquar, Joseph fuit sponsus nobilissimus, sanctissimus et felicissimus. Sanctus Joseph est 1. *sponsus nobilis* propter claros nobilitatis titulos, quibus floret; 2. est *sponsus sanctus* propter virtutes et merita, quibus affluit; 3. est *sponsus felix* propter gloriosam affinitatem, quam contrahit. Videamus nobilitatem, sanctitatem et felicitatem Josephi Mariæ sponsi: *Joseph virum Mariæ.*

## I PARS.

*S. Joseph est sponsus nobilissimus.*

Ex stirpe et moribus nobilem exitisse Josephum docet sanctus Bernardus: *nobilis*, inquit, *genere, mente nobilior* (Hom. 3 sup. Missus). Solam generis nobilitatem in sancto hoc Marie sposo nunc inquiro, eamque illustrissimam esse probant 1. *qualitas filii David*, que illi justa tribuitur; 2. *genealogia domus ejus*, qua preclarior alia esse negnit; 3. *arma ejus gentilitia*, quibus clariora nulla habentur.

1. Ad mundi conversionem perficiendam plebejos et indoctos viros elegit Christus: *ignobilia mundi et contemptibilia elegit Deus* (1 Cor. 1). Congruum erat, quod ad tale ministerium doctos et nobiles viros non assumeret, ne eorum sapientiam et nobilitati adscriberentur mirabilia, quæ per illos Deus operaretur; non tamen congruebat, ut Christus Rex regum ab ignobili homine nutritur (1); nec credendum Patrem aeternum

(1) Id quidem minime congruebat, cum alter a Deo decretum fuerit, et a prophetis presuauitum, nempe ex regia stirpe orturum. Christum. Si quis autem curiosus inquirat, cur ipsum non decretum ignobilis progenie nasci, hujus

Josephi curae unigenitum Filium suum tradidisse, nisi ex nobili sanguine oriundus esset. Nobilis quidem erat Josephus, ejusque nobilitatem testatus est Deus, cum eum ab angelo filium David vocari voluit: *Joseph filii David*; non enim sine fundamento sic vocatus est: revera tanta ejus erat nobilitas, ut de regia Davidis stirpe recta descendenteret; *eo quod esset de domo et familia David*, inquit S. Lucas Evangelista (2, 4). Unde infert S. Bernardus, certissimum et indubitatissimum esse, quod Joseph Davidis filius extiterit et a regia sanctissimi illius prophete stirpe descendenteret: *vere, inquit, de domo David, vere de regia stirpe descendit vir ille Joseph* (Ubi sup.). Advertit S. Chrysostomus, Josephum dictum esse non solum de domo, verum etiam de familia David, ad hoc ut ulio modo dabitariposset, eum vere a regia Davidis stirpe originem dicere: *Cum multa, inquit, essent ex tribu Iuda familiæ, non utique omnes a David genit trahebantur; sed ne istud hic dicares, preveniens Evangelista prorsus exclusit suspicionem tuam, non*

congruentia ratio emenda videatur ex eo quod, cum Christus sit caput omnium hominum, decebat cum assumere quicquid supereminens in hominum societate: hec autem duplex est, civilis et religiosa; prior prossidit rex, alteri sacerdos, sive pontifex; id est Christus postformis utrinque societas potestatem assumptam, regiam et sacerdotalem, dicitus propterea *Rex regum et Sacerdos in aeternum*. Apud veteres autem super utramque potestatem, Deo si disponente, eminuit autoritas prophetarum, iuxta illud: *Ecco constitui te hodie (prophetam) super gentes et super regna... delli te hiscio in civitatem montanam... super omnem terram, regibus Iuda et sacerdotibus* (Jer. 1, 10-18); idcirco et prophetallis auctoritas competit Christo, de quo legitur: *Propheta magnus surrexit in nobis* (Luc. 7). Fuit ergo Christus Propheta magnus, Summus Sacerdos seu Pontifex et Rex regum; prophetali, sacerdotiali, et regio charactere insignitus; que tria liegi et principiis competant ratione divina hypothesis, ipsi etiam tamquam homini et jure nativitatis temporalis attributi omnino congruerat. Ad hanc congruentiam, ut Christus regia stirpe nascetur, addi potest, cum venisse instaurare omnia, omnibusque exemplar fieri recte vivendi; id est oportebat omnium hominum ordines seu cunctus velut in se uno exhibere, ut et potentes divitesque doceat superbum non sapere; et subditos pauperesque divitias contemnere, imo et paupertatem diligere, similiusque obedientiam sectari adhortaretur.

N. E.

solum ex domo, verum etiam ex familia David eum esse confirmans (in c. 1 Matth.). In veteri Testamento lege sanctum erat, ut sponsus et sponsa ejusdem essent tribus: omnes viri ducent uxores de tribu et cognatione sua: cuncta seminum de eadem tribu maritos accipient, ut hereditas permaneat in familia (Num. 36, 7). Quæ lex si non omnes penitus ligabat, ut nonnulli authores sentiunt, ligabat tamen hand dubie pueras, que deficiente prole mascula, in hereditatem patris succedebant, ne illa hereditas per conjugium ad aliam tribum transiret: Joachim autem non habuisse masculos filios constat; ideo cum Joseph Mariam Joachim filiam despontaverit, ejusdem tribus esse oportebat Joseph, cuius erat Maria, puta, tribus Iuda. Et quia in tribu Iuda variae erant familie et cognationes, inter quas eminebat illustris et regia Davidis familia, ex qua orta erat Maria, ex ea etiam procul dubio ortum duxerat sponsus Mariae: Joseph: *vere de domo David, vere de regia stirpe descendit vir iste Joseph*. E familia Davidica ortum Christum, ipso sole clarissimus est. Hoc declaravit angelus dicens: *dabit illi Dominus sedem David patris ejus* (Luc. 2): hoc turbis notum erat, ut enim dicitur Matthaei capite duodecimo: *Stupebant omnes turbae et dicebant: numquid hic est filius David?* Hoc ipsi cœci sciebant; sic enim in Evangelio legitur (Matth. 9); *secuti sunt Christum duo cœci clamantes et dicentes: miserere nostri, fili David*. Cum igitur certissime patet quod Christus fuerit filius David, Davidis etiam filius censendus Joseph, cum ejusdem familiæ sit Christus, cuius est Joseph et eadem utrinque genealogia. Unde S. Bernardinus Senensis, cum aliis quamplurimis, asserit Josephum ita fuisse filium David et ita ex regia Davidis stirpe descendisse, ut regni David legitimus successor et heres extiterit. Fuit ergo Josephus sponsus nobilissimus, si attendatur qualitas filii David, quæ illi juste tribuitur; fuit etiam sponsus nobilissimus, si specetur genealogia domus ejus, quæ illustrior esse nequit.

2. Cum omnes ex protoparentibus Adamo et Eva descendamus, cur non omnes sequi sumus nobiles? hanc questionem movebat antiquus quidam poeta sequenti dycticho:

*Si pater est Adam eunctis, si mater et Heva,  
Cur ne omnes sumus nobilitate parcs?*

Hoc dubium facile solvitur, dicendo, quamplurimos ex Adae filiis a primæva nobilitate descivisse et per vitia, quibus adhaerarunt, ignobiles et rusticos effectos esse, nec non ignobiles filios genuisse.

*Degenerant homines oitis, fluntque minores:  
Exaltat virtus, nobilitaque genus.*

Et ob hanc causam a mundi primordio ex hominibus aliis nobiles fuere et alii ignobiles; ex filiis Adam, Abel et Seth, quia justi et virtute prædicti, a parentibus simul cum sanguine sibi infusam servaverunt nobilitatem; Cain vero ea infeliciter cecidit, siveque vitis ignobilis et plebejus factus est. Post diluvium ex filiis Noe alii nobiles et alii rustici extitere; Sem namque et Japhet acceptam a patre generis nobilitatem servaverunt et virtutibus suis exornaverunt; Cham vero ob criminis que perpetravit, ab hereditaria decidit nobilitate et fratribus suorum servus est effectus: *maledictus Chanaz, servus serorum erit fratibus suis* (Gen. 9, 25). Si autem nunc Josephi genealogia ab Adamo usque ad ipsum foret contexenda, probari posset ab Adamo usque ad ipsum nobilem ejus extitisse genealogiam; quia, ut docent authores, ab Adamo descendit Joseph, non per Cain, qui erat ignobilis, sed per Seth, qui nobilis era et sanctus: a Noëmo etiam descendit, non per Cham, qui maledictus fuit et ignobilis; verum per Sem, qui nobilis et rex extitit. Licit nobilitentur mulieres ignobiles cum viro abundant nobili, ut habetur in jure romano (L. fin. Cod. de incolis 10), ubi haec leguntur verba: *mulleres honore maritorum eriguntur et genere nobilitamur: vir tamen plebejus non nobilitatur per mulierem nobilem, quia mulier vitem mariti conditionem sequitur, ait Ulpianus (L. fin. ff. de senator.).* Ab hac lege excipiuntur hi, quorum uxor est regina, princeps, aut ducissa, qui ab uxoris suis nobilitantur, ut docent multi apud Tiraquellum (de nobil. 18). Quare licet ex se nulla fulgaret

nobilitate Joseph, nobilitatis suis est per Mariam conjugem, quæ non solum Israëlitici, verum et totius mundi erat regina. A sponsa vero nobilitati non egebat Josephus, si attendatur ejus genealogia, in qua recensentur rex Salomon, rex Roboam, rex Abias, rex Asa, aliquæ multi reges; unde Joannes Gerson Josephum a regali genealogia illustrem proclamat: *Joseph regali ex progenie illustris.* Ut autem perfectius dignoscatur, quam nobilis et quam illustris fuerit Joseph propter majorum suorum genealogiam, legatur, [si libet, primum Evangelii S. Matthæi caput, in quo S. Josephi genealogia a ter quatuordecim generationibus contextur et in ea reges multi, patriarchæ multi nec non multi recensentur prophete. Ex quo patet, Josephum esse virum nobilissimum, si ejus spectetur genealogia. *Fuit etiam sponsus nobilissimus, si ejus stemmata inspiciantur.*

3. In magnatum domibus gentilia stemmata, velut hereditarii et fulgentes nobilitatis tituli, solicite servantur; hisque viri quique illustrissimi utuntur, tamquam domesticis characteribus, quibus suam prodant nobilitatem, suamque familiam ab aliis secernant. Sic summus pontifex thiaram cum binis clavibus, imperator aquilam bicipitem et Gallia rex tria lilia aurea in campo ceruleo pro insigniis gestant. Ipsa etiam Ecclesia catholica vult sanctorum imagines propriis ipsorum stemmatis exornari; sic in tabella S. Joannem Baptistam adumbrante pro insignibus apponitur agnus; S. Joanni Evangelistæ pro gentilius stemmatibus datur aquila, D. Petro bina clavis, gladius D. Pauli, S. Laurentio crux, cor accensum S. Augustino, Seraphicum Patri S. Franciscus stigma, et S. Dominico canis accensam facem deferens. His omnibus longe nobiliora et illustriora habentur Josephi insignia, cum ei Deus in gentilitate stemmata Jesum et Mariam dederit (Mat. 2, 20). Angelus enim illam Dei nomine allocutus, ait: *accipe puerum et Matrem eius;* quasi dicaret: Joseph, accipe Iesum et Mariam; hi sunt preclarissimi nobilitatis tue tituli; haec sunt pretiosissima et fulgentissima stemmata de celo descendedentia, que Deus velut nobilitatis tue insignia tibi largitur. Et revera dicens solet Joseph una manu Iesum et altera Mariam tenens,

ut notum fiat omnibus, Jesum et Mariam esse angustissimos nobilitatis ejus characteres, et veluti arma gentilium ipsi a Patre eterno per angelum missa; *accipe Puerum et Matrem ejus.* Qui de stemmatibus eruditae disserunt, *alia dicunt esse stemmata loquenteria, quae scilicet quasi loquuntur, ut indicant qui sint hi, qui talibus insigniuntur; alia dicunt esse dominii, quae scilicet indicant autoritatem et dominium eorum, qui hisce stemmatibus utantur;* *alia dicunt esse dignitatis, nempe quae manifestant dignitatem eorum, qui tali sibi adsciscunt stemmata.* Jesus autem et Maria respectu S. Joseph sunt stemmata loquenteria, que cum unius patrem et alterius sponsum esse indicant. Sunt etiam stemmata dominii, quia illi data sunt ut agnoscant omnes. Josephum super utrumque aliquod habere dominium. Sunt tandem dignitatis stemmata, quia in Josepho maximam arguit dignitatem, in hoc quod eum Christi patrem et Marie sponsum extitisse manifestent. Sunt ergo alii pro gentilitate stemmatibus leones, ursos, leopardos, aquilas, solem, lunam et aliae quae voluerint. Josephi longe illustriora semper erunt stemmata, cum pro stemmatibus Jesum et Mariam accepit. *accipe puerum et Matrem ejus.* O quam gloria sunt haec Josephi insignia! o quam mirabilis ejus extitit nobilitas! et o quam multa eum sponsus nobilissimum esse probant! *Ipse fuit etiam sponsus sanctissimus.*

## II PARS.

*S. Joseph est sponsus sanctissimus.*

Tanta Josephi extitit sanctitas, ut eum Spiritus Sanctus iustum et sanctum per excellentiam vocet: *Joseph autem vir ejus cum esset justus* (Mat. 1, 19). Non enim *justus* appellatur ab unica speciali justitiae virtute, verum a justitia et sanctitate, que omnes virtutes includit; *Joseph vocari justum attendite, propter omnia virtutum perfectam possessionem* (S. Hier. in haec verba). Maximam ejus extitit sanctitatem

## Concio II — De S. Joseph

63

multa mihi suadent et præcipue Dei providentia, Christi contubernium et Marie erga illum amor. 1. *Dei providentia*, quæ illum ad altissima ministeria sublimavit; 2. *Christi contubernium*, quo ad illum ineffabilis sanctitas manavit; 3. *Mariæ amor*, que illi ingentem gratiarum copiam precibus suis impetravit.

1. De electione Davidis in regem præclare dixit Chrysostomus, quod Deus, prævisis et examinatis omnibus ad hoc munus assumendis, Davidem tanti esse meritum viderit, ut illum præterire non potuerit, quin eum ad solium regale sublimaret; *cum Deus examinasset cunctos, plurimosque prævidisset, et quorum numero eligeret regem, invenit tandem David, cuius meritum transire non potuit* (hom. de Dav. et Col.). Simili modo dici potest, Deum vigilanti studio ac diligenti cura inter filios hominum quassisse virum sanctum et aptum in Mariæ sponsum, in Christi patrem nutritum et in utriusque periculis defensorem: exploravit Deus sanctitatem et merita singulorum mortalium, cumque alios præterisset, tanta sanctitate, tantis virtutibus, tantisque meritis Josephum exornatum vidit, ut eum præterire non potuerit; idcirco sequissima providentia sua ordinatione, eum ad tam sublimia ministeria obeunda elegit. Imo et ordinavit Dei providentia, ut Joseph jam sanctus magis sanctificaretur ad hoc ut ad tanta ministeria gloriose prestante aptior efficeretur; volo, inquit Deus, ut Joseph qui *sanctus est, sanctificetur adhuc.* Volo, ut sancta Maria est omnium creaturarum sanctissima, ita et Joseph, quem in sponsum ejus elegi, et similis efficiatur maximeque sanctitate præfolgeat: *sicuti decuit, ut Maria tanta puritate niteret, qua major sub Deo neguit intelligi, sic beatissimus Joseph fuit super omnes famulas puras, similis Virginis gloriose* (Gors. ser. de Nat. Virg.). Postquam Deus Adamum creavit, dixit: *non est bonum esse hominem solum: faciamus ei adjutorium simile sibi* (Gen. 2, 18). Eodem plane modo postquam Mariam in Christi Matrem elegit Deus, dixisse videtur, non est bonum Virginem Matrem Christi esse solam, ne partu pudicitiam violasse videatur et ne magna ignominie

nota afficiatur; propter hoc *faciamus ei adjutorium simile sibi*; demus ei sponsum sibi similem in virginitate, in humilitate, in charitate et in omni virtutum genere; sit sponsus ejus Joseph, sponsus omni virtute preditus et ei in sanctitate simillimus. Sie se gessit Deus erga Josephum, inquit S. Bernardinus, nec autumandum, quod Deus, cuius providentia est admirabilis, Virginis sanctissime sponsum dare decreverit, nisi sanctissimum et ei in sanctitate similem; quomodo, inquit, cogitare potest mens *discreta*, quod *Spiritus Sanctus tanta unione*, coniugii scilicet, unitet menti tante Virginis aliquam animam, nisi ei circuitum operatione simillimam (ser. de S. Joseph.); addit Gerson, Deum Marie ita Josephum similem effaciebat, ut sicut et illa, in matris utero fuerit sanctificatus, neonon in gratia confirmatus, et licet doctissimus hic universitatis Parisiensis cancellarius asserere non audeat, nec debeat, Deum fecisse Josephum Mariam in sanctitate aqualem, eum tamen in sanctitate similem fecisse asserit: *fuit super omnes homines purus, similis Virgini gloriose*. O magna Josephi sanctitas! o quam magna est Josephi sanctitas per Dei providentiam! *Maximam etiam ejus sanctitatem fuisse suadet Christi contubernium*.

2. Josephum patriarcham benedicens pater ejus, dixit: *filius accrescens Joseph, filius accrescens* (Gen. 49, 22); vel, ut habet alta versio, *Joseph filius crescens iuxta fontem*. Quod perfecte nostro congruit Josepho; fons enim omnium gratiarum erat Christus, iuxta quem sedebat, dormiebat et vigilabat Joseph, et iuxta quem in omni sanctitate crescebat. *Christus*, ut docet D. Thomas, *est principium gratiarum, secundum divinitatem quidem authoritative, secundum humanitatem vero instrumentaliter* (3 p. q. 7, art. 5). Unde omnes a Christo gratiam accipiunt: *de plenitudine ejus omnes accepimus* (Jo. 1): ab eo gratiam accepérunt omnes apostoli, omnes patriarchae, omnes prophetae et omnes justi; ac etiam omnes angelii; maiorem autem a Christo gratiam et sanctitatem accepisse videtur Joseph, quam omnes alii, excepta Maria, quin omnibus aliis propinquior fuit, et iuxta illum, seu in illius contubernio, gratia

et sanctitate crevit: *filius accrescens Joseph*. Quod ne sine gravi fundamento dictum credatur, sciendum ex eodem Doctore Angelico, quod *quanto aliquid magis appropinquat principio in quolibet genere, tanto magis participat effectum illius principii* (Ubi sup.); et sic quo aliquid magis appropinquat soli eo majore claritatem et illuminationem recipit: quo etiam quis magis appropinquat igni, eo magis caelestis; ideo cum Joseph, una excepta Maria, Christo omnis gratia et sanctitatis principio propinquior fuerit, tum quia ejus pater erat; tum quia illum videbat, tangebat, amplexabatur et frequens osculabatur; credendum quod maximam a Christo gratiam et sanctitatem repperit. Sancti amoris igne accensa sponsa dicebat: *quis mihi det te fratrem meum sugentem ubera matris meae, ut inveniam te foris et deosculer te?* (Cant. 8, 1). Invenit felicitas Joseph quod desiderabat sponsa. Invenit eternum Dei Verbum foris, eum invenit in hoc mundo incarnatum, eum amplexatus est, eum deosculatus est, cum illo conversatus est, et ex familiari ejus contubernio maximam sanctitatem assecutus est. Si enim sanctus Joannes Baptista in matris utero sanctificatus est, cum ad Christum appropinquavit; si sanctus Joannes Evangelista sanctissimus et Christi amicissimus praedicator, quia semel supra pectus ejus caput suum reclinavit; quanto sanctior credendus est S. Josephus, qui non solum ad Christum appropinquavit, nec semel illum tetigit, at sapissime illum brachii tolit, illum amplexatus est, illi ciliaria ministravit, illicie veri patris officia studiosissime persolvit? Certo ad sanctitatem authorem ei principium tam frequenter accedere nequibat, quin ex ejus contubernio maximam sanctitatem percipere mereretur: *Josephus*, ut ait S. Bernardinus, *cohabitando cum Iesu admirandas gratias et virtutes adeptus est* (Ubi sup.). Ad haec maximam etiam extitisse Josephi sanctitatem suadet *amor Mariae*, que illi ingentem gratiarum copiam impetravit.

3. Perfectissime noverat Maria, Deum sibi Josephum in sponsum et in virginitatis sue tutelarem angelum dedisse; qua propter ardentissimo simul et castissimo illum prosequebatur

amore: *totius cordis affecta sanctum Joseph sincerissime diligebat*, inquit sanctus Bernardinus. Hoc autem amoris igne succensa Maria, Deum enixe deprecabatur, ut sponsum et putritatis sua custodem Josephum sanctitatem et donis celestibus repereret; Maria vero pro peccatoribus et misericordia orans, a Deo nunquam repulsa passa est, ejusque preces Deus semper exaudita, quanto magis exaudita est, inquit sanctus Bernardinus, cum pro dignissimo suo sposo ingentem gratiarum copiam et celestia dona a Deo petit: *cum Maria tot et tanta impetrat peccatoribus sceleratis, quanta, putas, impetraverit charismata Josepho sposo?* Maria vocatur Mater et Regina misericordie, quia precibus suis gratiam et misericordiam innumeris peccatoribus obtinet: *Maria virtute et precibus innumeris peccatorum conversiones flunt*, inquit S. Methodius (*in Hippont. Do.*); et S. Ildephonsus ait, per Marias preces multos peccatores justificari, Deique amicos et sanctos fieri: *huc est ista sancta mulier, qui pro nobis preces effundens, de inimicis amicos, de injustis justos, de peccatoribus justificatos, et de malodictis a Deo recentibus, benedictos ad Deum accedentes efficit* (*de excell. Virg.* 1). Multi ali⁹ ex Ss. Patribus beneficia recensent, quae peccatoribus obtinet Maria, et gratias enumerant, quae illis a Deo impetrat; ex quo probe infert S. Bernardinus, quod si per Marias preces peccatores sanctificentur, multaque a Deo beneficia obtineant, certum est a fortiori, Josephum eius sponsum, quem summe diligebat, maximam gratiarum affluentiam et praecalentem sanctitatem a Deo precibus ejus impetrasse: *cum Maria tot et tanta impetrat peccatoribus sceleratis, quanta, putas, impetraverit charismata Josepho sposo?* Tantam et per Christum et per Mariam et per seipsum sanctitatem Josephum obtinuisse conset Parisiensis cancellarius, ut ad altiores coeli sedes sit electus, et immediate post Christum et Mariam in celo sit collocatus: *iste proximior Christo videtur collocandus in celis, qui in ministerio obsequenter post Marianum inventus est in terris.* O sponsum vere sanctissimum! qui fuit etiam felicissimus.

## III PARS.

*S. Joseph est sponsus felicissimus.*

Si, ut ait Sapiens, *mulieris bona beatus vir*, o terque, quaterque et millies beatum, imo et omnium hominum felicissimum Josephum B. V. Maria virum, quae cunctos homines, angelosque bonitate et sanctitate superat. Jamvero ne hic non Josephi, sed Virginis panegyricum contexere videar, aliunde Josephi felicitatem auspicio, ab affinitatibus scilicet quas contraxit: si enim felicem se esse arbitratur sponsus, cum per matrimonium quod contrahit, personarum potentissimarum et clarissimarum fit affinis, felicissimus quidem extitit Josephus et omnibus aliis sponsis longe felicior, quia per matrimonium quod cum Maria incepit, factus est trium altissimae Trinitatis personarum affinis; per illud enim factus est 1. pater cum Patre aeterno; filius cum Filio; 3. sponsus cum Spiritu Sancto.

1. Christus Dominus, ut Verbum, a Patre aeterno est genus: hic est Verbum divinum et substantiale, quod cor, seu intellectus Patris aeterni produxit: *eructavit cor meum verbum bonum* (Ps. 44). Hic est sapientia increata, quae ex ore, seu ex intellectu faciendo Patris aeterni ante omnem creaturam processit: *ego ex ore Altissimi prodidi, primogenitus ante omnem creaturam* (Eccl. 24). Hic tandem est Patris aeterni Filius, quem ante Luciferum genuit: *ante Luciferum genui te* (Ps. 109). Ideo Christus eum patrem vocat, eum ut patrem agnoscat, eumque ut patrem diligit et veneratur. O Patrem mirabilem, qui Deus est, qui aeternus est, qui immensus est, et in omni perfectionis genere infinitus! Quam felix ideo evasit Josephus per matrimonium quod cum B. V. Maria contraxit, cum per illud simul cum aeterno Patre factus sit Christi pater! erat Pater aeternus Christi, ut Verbi, pater ab aeterno: et S. Josephus nubens Mariæ, factus est Christi, ut homini, pater in tempore; ut enim ait Rupertus abbas, si Jo-

sephus est vir Mariæ, est etiam pater Christi, quem Maria genuit: *si est vir Mariæ, est pater Domini* (in c. 1 Matth.). Christi pater est Josephus non quidem, quod illum genuerit; verum pater ejus legalis et legitimus ratione matrimonii rati non consummatus, quo fit dominus filii qui supernaturalter in sanctissimo Virginis utero formatur: si enim fons in aliquo horto miraculose oriretur, ad illum sane attineret, cuius esset hortus; Maria autem est *hortus conclusus* (Cant. 12), attinet ad Joseph ratione matrimonii; quare cum in hoc horto Christus per operationem Spiritus Sancti miraculoso sit natus, ad Josephum Christus attinet, et Christi pater Josephus dicendum est: *si est vir Mariæ, est pater Domini* (Cant. 4). Quod ita verum esse censuit cancellarius Parisiensis, ut Josephum Christi patrem esse dicat non solum in hominum estimatione, aut ex eo quod illum enutrivit; sed ex hoc maxime, quod vir fuerit Mariæ, quæ illum vero genuit: *fuit, inquit, Joseph pater Jesu reputatione; fuit pater nutritione, quia nutritius fuit; fuit tertio pater generatione, non quidem sua, sed Marie uxoris sue, cooperante Spiritu Sancto* (serm. de Nativ. Virg.). Juxta veteris Testamenti leges, cum vir quidam non habens liberos, moriebatur, mortui frater viduam ejus in matrimonium ducebat, ut defuncto fratri filios excitaret; et filii qui ex hoc secundo oriebantur matrimonio, prioris mariti jam mortui dicebantur filii, ipseque illorum vocabatur pater. In Josepho quid simile intueor; ipsa etenim Mariæ Virginis erat sponsus; sponsus quidem secundum carnem mortuus per virginitatis votum quod emiserat; Sanctus autem Spiritus fratris in hoc casu functus est officio: quia Mariam in sponsam sumpsit, et in sinu Mariæ, quæ etiam Josephi moraliter mortui sposa erat, Christi corpus miraculose formavit; et sic juxta veteris Testamenti leges, Joseph est verus Christi pater non quod illum genuerit, verum quia uxor ejus Maria per Spiritus Sancti operationem illum miraculose genuit: *fuit pater generatione, non quidem sua, sed Marie uxoris sue, cooperante Spiritu Sancto.* Est ergo S. Joseph simul cum Patre aeterno Christi Salvatoris pater. Unde sicut Pater aeternus de Christo dixit: *hic est filius meus dilectus* (Matt. 3); ita et S. Joseph de Christo dicere poterat: *hic est filius meus dilectus.* O quam felix sponsus fuit Joseph, qui per matrimonium cum Maria contractum factus est Christi pater cum Patre aeterno, *et factus est etiam filius cum Filio.*

2. Christus, ut Verbum, est verus Patris aeterni Filius ab ipso vere genitus: *Ego hodie genui te.* Spiritus Sanctus a Patre aeterno procedit, et ab eo vere producitur, non ideo tamen ejus dicitur filius: hoc enim soli Christo, ut Verbo, competit, quia solus Christus, ut Verbum, ex vi processionis sua a Patre aeterno in similitudinem naturæ producitur. Sicut autem Christus, ut Verbum, est Patris aeterni Filius, ita Joseph ut Marie sponsus, est speciali quodam modo Patris aeterni filius. Verum profecto omnes penitus homines Patris aeterni aliquo modo esse filios per creationem, quia ab eo omnes creantur; omnes justi vocari quoque possunt Patris aeterni filii per adoptionem, quia per gratiam sanctificantem, quia justificantur, Dei sunt filii adoptivi. Sicut autem Maria specialiori quodam modo Patris aeterni dicitur filia, *filia Dei Patris;* ita et beatus Joseph, ut Marie sponsus, specialiori quodam modo Patris aeterni filius censetur. Praterem sicut nos filii Dei adoptivi efficiuntur per gratiam, quæ nos divinae naturæ consortes efficit: *divinae consortes naturæ* (1 Petr. 1, 4); ita B. V. Maria sit specialiori titulo Patris aeterni filia adoptiva per specialiorem, quam cum illo habet similitudinem; præstantior autem haec Marie similitudo cum Patre aeterno in hoc consistit, ut ait S. Ambrosius, quod Maria unum et suendum cum Patre aeterno Filium habeat: *unus et idem ipse qui Filius Dei est, in una persona est filius Mariæ (de excell. Virg. 3).* Unde sicut Pater aeternus Christum vocat filium suum: *hic est filius meus dilectus;* ita et Maria Christum filium suum nominat: *fili quid fecisti nobis sic?* et haec Marie cum Patre aeterno specialior similitudo, eam specialiter filiam ejus efficit. Josephi autem par quedam cum Patre aeterno est similitudo, quia Christus simul et Patri aeterni et Joseph est filius; sicut ergo Maria est Patris aeterni filia per similitudinem, quia eundem habet filium cum illo; ita et Jo-

seph est Patris aeterni filius per similitudinem, quia habet eundem filium cum illo. Unde Joseph una cum Christo est filius Patris aeterni. Christus, ut Verbum, est Patris aeterni filius per veram generationem, et Joseph est Patris aeterni filius per similitudinem. O magnum Josephi felicitatem! Se felicissimum proclamabat S. Elisabeth, eo quod Christi mater eam inviserit: *unde hoc mihi, ut cernat mater Dominum mei ad me?* (Luc. 1, 43). Quam vero felicior effectus est Joseph per nuptias, quas cum Maria contraxit; cum ex ejusmodi matrimonio evasit non solum pater Christi cum Patre aeterno, verum etiam filius cum filio: *imo et Marie sponsus simul cum Spiritu Sancto.*

3. Iunos habuit sponsos Maria, nempe Spiritum Sanctum et Josephum. Sponsus ejus fuit Spiritus Sanctus: *Spiritus Sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi.* Sponsus etiam ejus extitit Joseph: *cum esset desponsata mater ejus Maria Joseph* (Matt. 1, 18). Inter palmas, ut adverterit rerum naturalium peritum, sola palma femina fructum affert; numquam vero fructificat, nisi sub umbra palme maleficie fieri: Maria autem palma extitit procul et exaltata ratione altissimarum virtutum et perfectionum quibus floruit: *quasi palma exaltata sum in Cades* (Eccli. 24, 18). Hec palma divinum dedit fructum, Christum scilicet et hunc fructum tulit sub umbra duorum sponsorum, puta Spiritus Sancti et Josephi. Christum genuit sub Spiritu Sancti umbra: *Spiritus Sanctus superveniet in te et virtus Altissimi obumbrabit tibi.* Christum etiam benedictum ventris sui fructum genuit sub umbra Josephi, cui nupsit: *cum esset desponsata mater ejus Maria Joseph.* De duobus his Marie sponsis praeclare loquitur Petrus Cellensis, dicens: *quasi plebeja quidem desponsatur, sed tamquam celestis virgo virtute divina impragnatur* (*De paup. 6, 21*). Ex quibus verbis liquet, Josephum fuisse Mariæ sponsum, quia illam despensavit, sicut alia plebeja despensari solet ab homine: Deusque eam a Josepho sic despensari voluit, ut Christus putaretur Josephi filius: *quasi plebeja quidem desponsatur;* at his verbis liquet etiam quod alium

habeat sponsum Maria, nempe Spiritum Sanctum, ejus divina operatione in Virginis utero corpus Christi miraculose formatur: *virtute divina imprægnatur.* Duo autem illi Marie sponsi illasam ejus servavere virginitatem, fuitque *virgo ex Deo, virgo ex homine*, ut loquitur S. Ildephonsus (*de Virg. Mar. 1*): *Maria fuit Virgo ex Deo, quia Spiritus Sanctus illibatam ejus servavit virginitatem;* *Virgo est quæ Deo nubit,* inquit S. Ambrosius: fuit etiam *Virgo ex homine,* quia Joseph virgo fuit et virgo permansit: *dico ipsum Joseph virginem fuisse, ut ex virginali conjugio Virgo filius nasceretur* (*S. Hieron. contra Helvid.*). Quantus ergo infatu honor Josepho, ex hoc quod simul cum Spiritu Sancto Mariæ sponsus exitterit! o quanta Josephi felicitas, quod tam sublimem et tam divinam contraxerit affinitatem! Fuit Joseph sponsus nobilissimus, si spectentur *qualitas filii David*, que illi iuste tribuitur: *genealogia domus ejus,* qua nulla præclarior reperitur; et ejus gentilitia stemmata, quibus alia clariora non habentur. Fuit etiam Josephus sponsus sanctissimus, *tum per Dei providentiam, tum per Christi contubernium, tum per Mariæ preces.* Denique extitit Joseph sponsus felicissimus, quia per matrimonium quod cum Maria init, quandam cum tribus personis divinis contraxit affinitatem et similitudinem: fuit enim *Pater cum Patre aeterno, filius cum filio et sponsus cum Spiritu Sancto.* O mirabilem sponsum! magnus quidem Josephus, quia Christi Pater, Magnus quoque, nec satis commendandus, quia Mariæ sponsus. Hoc serio verbi ponderate, *Joseph virum Marie,* et quid magnum, quid augustum, quidve supra modum sublime de Josepho cogitatibus. Quum autem Josephus fuerit nobilissimus, sanctis simus et felicissimus in hoc mundo, vivit modo sponsus potentissimus in celo. Insignis concionator *Bernardinus de Bustis*, ut ostendat summam Josephi potentiam ad impetrandum a Deo favores in gratiam suorum clientum, ait, quod *cum Christus duas haberet claves Paradisi, unam dedit Matri sue et aliam sponso ejus Josepho.* Sanctum etiam Josephum ut commune propitiatorum proponit Doctor Angelicus, aliis namque

Sanctis, inquit, in aliqua necessitate nobis subvenire datum est; S. Josepho in omnibus: *sanc*tissimo Joseph in omni necessitate concessum est opitulari** (in 4 D. 45, q. 3, art. 2). Hoc probe noverat S. Virgo Theresia, quae illius suis spiritualibus dictabat, ut multos apud Deum intercessores et patronos habere conarentur, et præcipue Josephum Christi patrem et Mariæ sponsum dignissimum, quippe qui in celo potentissimus, Beatae virginis Theresie salutari huic adhaeret consilio; in omnibus necessitatibus vestris, sive spiritualibus, sive corporalibus, ad Sanctos accurrите, eorum auxilium et patrocinium supplices postulate, atque ad sanctum Josephum in primis advolate, eum crebro magno cum fervore et reverentia affectu rogare, ut suo vos foveat patrocinio. Si gravis quedam vos tentatio urgeat, *ite ad Joseph*; si inordinata quadam passio vos ad peccatum alliciat, *ite ad Joseph*; si vitium aliquod eradicare, virtutem aliquam assequi cupitis, *ite ad Joseph*; in omnibus necessitatibus auxilium ejus implorate, eique devote cum sancto Bernardino Senensi dicite: *memento nostri, beate Joseph, et tua orationis suffragio apud tuum putaticum Filium intercede; sed et beatissimam Virginem sponsam tuam nobis propitiā rede, quae Mater est ejus, qui cum Patre et Spiritu Sancto vicit et regnat per infinita secula saeculorum* (1). Amen.

(1) Ad fidelium deicationem ac filicium erga S. Josephum locandam prestat afferre decretum, quo S. P. Pius IX a. m. anno 1870, illum declaravit Catholicæ Ecclesiæ patrum. «Quemadmodum Deus Josephum illum a Jacob Patriarcha progenitum præpositum constituerat universæ terra Ægypti ut populo frumenta servaret, ita tempore plenitudine adventante, cum Filium suum unigenitum mundi Salvatorem in terras miseras esset, alium selegit Josephum, cuius ille prius typum gesserat, quemque fecit Dominum et Principem domus ac possessiones sue, principaliusque thessarorum snorum custodem elegit. Sigillidem desponsationem sibi habuit Immaculatam Virginem Mariam, ex qua de Spiritu Sancto natus est D. N. Jesus Christus, qui apud homines putari dignatus est filius Joseph, illicque subditus fuit. Et quem tot reges ac prophete videre exoptaverant iste Joseph non tantum vidit, sed cum eo conversatus, eumque paterno affectu complexus, descolatusque est; necon-

## DE SANCTO BENEDICTO

## CONCIO UNICA.

*Tamquam prodigium factus sum multis* (Ps. 70, 7).

Sicut sua monstra habet natura, ita et prodigia sua habet gratia. Cum inter animantia aliquod invenitur mancum ac multum deformis, illud vocamus monstrum; et cum inter Sanctos aliquem scientia, gratia, miraculis vel virtutibus præluculentem videmus, illum prodigium esse dicimus. Unde haec habetur differentia inter naturæ monstra et gratiae prodigia, quod monstra, quæ cum timore et horro inspicimus, sint effectus, seu fotus a recta et solita speciei sua dispositiones degenerantes et insigni aliquo vitio, aut errore ab ea deflectentes: *monstris et portentis naturalium forma turbatur* (Tertul. Apol. 20);

solertiaeque evanescunt quæcumque populus fidelis uti panem de celo descensum sumeret ad vitam eternam consequendam. Ob sublimem hanc dignitatem, quam Deus fidelissimo huic servo contulit, semper beatissimum Joseph post Deiparam Virginem ejus sponsam, Ecclesia summo honore ac laudibus presentata est, ejusque interventum in rebus anni imploravit. Verum cum tristissimi hisce temporibus Ecclesia ipsa ab hostiis undique insegna ad gravioribus opprimitur calamitatibus, ut impii homines portas inferi adversus eam tandem prevalere autemarent, ita Venerabiles Universi Ordini Catholici Sacrorum Antistititis suis et Christi fidelium eorum curse concrederorum processu summō Pontifici porrexitur, quibus petebant; ut S. Joseph Cath. Ecclesiæ patronum constitueret dignaretur. Deinde cum in sacra Ecumenica Synodo Vaticana easdem postulationes et vota eniximus renovavimus, SS. D. N. Pius Papa IX superiusa ex lactuca rotundis conditione communata, ut potentissimo S. Patriarche Josepho se ac fideles omnes committeret; Sacrorum Antistititum votis satisfactis voluit, eumque Catholicæ Ecclesiæ Patronum solemniter declaravit. Merito igitur in omni necessitate, summaque fiducia B. Joseph a cunctis est invocandus postquam divina sanc Providentia consilio totius populi Christiani patronus est constitutus.

N. E.

Sanctis, inquit, in aliqua necessitate nobis subvenire datum est; S. Josepho in omnibus: *sanc*tissimo Joseph in omni necessitate concessum est opitulari** (in 4 D. 45, q. 3, art. 2). Hoc probe noverat S. Virgo Theresia, quae illius suis spiritualibus dictabat, ut multos apud Deum intercessores et patronos habere conarentur, et præcipue Josephum Christi patrem et Mariæ sponsum dignissimum, quippe qui in celo potentissimus, Beatae virginis Theresie salutari huic adhaeret consilio; in omnibus necessitatibus vestris, sive spiritualibus, sive corporalibus, ad Sanctos accurrите, eorum auxilium et patrocinium supplices postulate, atque ad sanctum Josephum in primis advolate, eum crebro magno cum fervore et reverentia affectu rogare, ut suo vos foveat patrocinio. Si gravis quedam vos tentatio urgeat, *ite ad Joseph*; si inordinata quadam passio vos ad peccatum alliciat, *ite ad Joseph*; si vitium aliquod eradicare, virtutem aliquam assequi cupitis, *ite ad Joseph*; in omnibus necessitatibus auxilium ejus implorate, eique devote cum sancto Bernardino Senensi dicite: *memento nostri, beate Joseph, et tua orationis suffragio apud tuum putaticum Filium intercede; sed et beatissimam Virginem sponsam tuam nobis propitiā rede, quae Mater est ejus, qui cum Patre et Spiritu Sancto vicit et regnat per infinita secula saeculorum* (1). Amen.

(1) Ad fidelium deicationem ac filicium erga S. Josephum locandam prestat afferre decretum, quo S. P. Pius IX a. m. anno 1870, illum declaravit Catholicæ Ecclesiæ patrum. «Quemadmodum Deus Josephum illum a Jacob Patriarcha progenitum præpositum constituerat universæ terra Ægypti ut populo frumenta servaret, ita tempore plenitudine adventante, cum Filium suum unigenitum mundi Salvatorem in terras miseras esset, alium selegit Josephum, cuius ille prius typum gesserat, quemque fecit Dominum et Principem domus ac possessiones sue, principaliusque thessarorum snorum custodem elegit. Sigillidem desponsationem sibi habuit Immaculatam Virginem Mariam, ex qua de Spiritu Sancto natus est D. N. Jesus Christus, qui apud homines putari dignatus est filius Joseph, illicque subditus fuit. Et quem tot reges ac prophete videre exoptaverant iste Joseph non tantum vidit, sed cum eo conversatus, eumque paterno affectu complexus, descolatusque est; necon-

## DE SANCTO BENEDICTO

## CONCIO UNICA.

*Tamquam prodigium factus sum multis* (Ps. 70, 7).

Sicut sua monstra habet natura, ita et prodigia sua habet gratia. Cum inter animantia aliquod invenitur mancum ac multum deformis, illud vocamus monstrum; et cum inter Sanctos aliquem scientia, gratia, miraculis vel virtutibus præluculentem videmus, illum prodigium esse dicimus. Unde haec habetur differentia inter naturæ monstra et gratiae prodigia, quod monstra, quæ cum timore et horro inspicimus, sint effectus, seu fotus a recta et solita speciei sua dispositiones degenerantes et insigni aliquo vitio, aut errore ab ea deflectentes: *monstris et portentis naturalium forma turbatur* (Tertul. Apol. 20);

solertiaeque evanescunt quæcumque populus fidelis uti panem de celo descensum sumeret ad vitam eternam consequendam. Ob sublimem hanc dignitatem, quam Deus fidelissimo huic servo contulit, semper beatissimum Joseph post Deiparam Virginem ejus sponsam, Ecclesia summo honore ac laudibus presentata est, ejusque interventione in rebus anni imploravit. Verum cum tristissimi hisce temporibus Ecclesia ipsa ab hostiis undique insegna ad gravioribus opprimatur calamitatibus, ut impii homines portas inferi adversus eam tandem prevalere autemarent, ita Venerabiles Universi Ordini Catholici Sacrorum Antistititis suis et Christi fidelium eorum curse concrederorum processu summō Pontifici porrexit, quibus petebant; ut S. Joseph Cath. Ecclesiæ patronum constitueret dignaretur. Deinde cum in sacra Ecumenica Synode Vaticana easdem postulationes et vota eniximus renovavimus, SS. D. N. Pius Papa IX superiusa ex lactuca rotundis conditione communata, ut potentissimo S. Patriarche Josepho se ac fideles omnes committeret; Sacrorum Antistititum votis satisfactis voluit, eumque Catholicæ Ecclesiæ Patronum solemniter declaravit. Merito igitur in omni necessitate, summaque fiducia B. Joseph a cunctis est invocandus postquam divina sanc Providentia consilio totius populi Christiani patronus est constitutus.

N. E.

prodigia vero sunt effectus extraordinarii et perfectissimi, a natura per gratiam elevata et nobilitati formati, qui cum admiratione et reverentia conspiciuntur: *venite et videte opera Domini, quae posuit prodigium super terram* (Ps. 45, 9). Non aberrantis et deficientis naturae monstrum, sed portentosum divinæ gratiæ prodigium hodie proponam, nempe S. Benedictum, cuius tot fuere prodigia, quæ opera, et qui penitentia et vita sua sanctitate angelis et hominibus, regularibus et secularibus, toti denique mundo prodigium factus est: *prodigium factus sum multis.* Venite ergo et videte illud prodigium, quod posuit Dominus super terram. *Ave.*

Sanctus Benedictus spectari potest in *antro*, in quo vitam austeraam et penitentem suscepit; *in claustrō*, in quo religiosam disciplinam instituit; et in *Ecclesiæ*, quam miraculis et virtutibus illustravit. Sanctus ille Abbas fuit in antro instar columbe, que in foraminibus rupium planxit et gemit: *columba mea in foraminibus petrae, in caverna macerive* (Cant. 2, 14); hic fuit in claustrō, quasi alter Abraham, cuius semen in infinitum multiplicatum est: *multiplicabo semen tuum et non numerabitur præ multitudo* (Gen. 16, 10); fuit tandem in Ecclesia Dei tamquam alter Elias, cuius spiritus et virtutes facere admirandas: *in spiritu et virtute Elias* (Luc. 1, 17). In his omnibus locis S. Benedictus penitentia, sapientia et sanctitatis gravia edidit testimonium; magna quidem ejus extitisse videtur penitentia in antro quo incoluit; ejus magis effusit sapientia in claustrō, quod sanctissimis legibus et institutis exornavit; ejus denique sanctitatis odor ab antro et a claustro in universam Ecclesiam diffusus est. Itaque ad sancti hujus Abbatis iandem dicam, quod fuerit prodigium penitentiae, sapientiae et sanctitatis; fuit 1. *prodigium penitentiae* in antro, in quo diu habitavit; 2. *prodigium sapientiae* in claustrō, quod sanctis institutis exornavit; 3. fuit *prodigium sanctitatis* in Ecclesia, quam virtutibus et miraculis illustravit. S. Benedictus fuit in antro prodigium penitentiae, in claustrō prodigium sapientiae et in Ecclesia prodigium sanctitatis: unum hujus orationis partes.

## I PARS.

*S. Benedictus in antro fuit prodigium penitentiae.*

Julianus episcopus Tolitanus, cuius opera Bibliotheca Ss. Patrum sunt inserta, penitentiam vocat *artem Dei*. Hujus artis Doctor fuit Christus, cuius tot fuere discipuli, quot ab ipso homines penitentes extitere; qui quidem artis illius non omnes æquiter fuere periti; nam ali minus et ali magis gravem penitentiam suscepere. S. Benedictus in hac arte fuit doctissimus, ac portentosa ejus extitit penitentia; etenim cum adhuc asset juvenis, mundum fugiens, in telrum secessit antrum, ibique innocens corpus suum quasi vivum sepelivit, jejuniis afflictus, inter spinas volutavit, aliisque severioris penitentia et mortificationis operibus debilitavit. Ut quis serio penitentia vacet, parietem inter seipsum et mundum adficare debet, ita quod ipse simul cum Deo teste ex una parte parietis et mundus ex altera parietis parte remaneat. Hoc indicavit sponsa Canticorum, dicens, Deum ex altera parietis nostri parte stare: *en ipso stat post parietem nostrum* (Cant. 2, 9). Similiter quoque exponenda sunt has Dei verba: *fiat firmamentum in medio aquarum* (Gen. 1, 6); legit enim S. Chrysostomus, *fiat paries*, quia qui ardore penitentiae operibus inharrere appetit, altissimum parietem inter seipsum et mundum struit oportet, ita quod nullum cum mundo fodus, nullumque commercium habeat. *Si colueris perfectly penitentiam agere, segregare te debes a consortio peccatorum, vel omnium malorum huminum, ut perfectly eam agere valeas* (S. Hieron. in ps. 148). O quam verus penitens extitit S. Benedictus, qui ut penitentem exercitiis incumberet, non in mundo remansit, ubi omnia immunda, sed mundum fugit velut columba et intra altæ speluncæ parietes a mundo totaliter segregatus ingemuit, jejunavit, carnemque suam dira penitentia mactavit et pluries cruentavit. Similis extitit S. Benedictus sanctis Paulo, Antonio,

Hilarioni et alii potentiosis veteris Ecclesiae hominibus, qui punitentiam heroicam sectaturi a mundo velut columbae avolabant, ut deserta et antra incolerent: *avolabunt quasi aves ex Egypto; et quasi columba de terra Assyriorum* (Osee. 12, 11). S. Benedictus enim, cum adhuc esset puer, tam cito tanquam cum celeritate a mundo secessit, ut quid de eo factum esset, omnes ignorarentur; non enim solum fugit mirabilis ille puer, sicut avis e mundo avolavit: *avolabunt quasi aves ex Egypto.* Cum aves volant, alia, quas extendunt, crucis figuram exprimunt; nec possunt ex loco in alium avolare, quin alia suis figuram hujusmodi delincent: non dissimiliter S. Benedictus mundum ita reliquit, ut ex eo avolaverit sicut avis, quia mundum reliquit, ut crucis figuram assumeret, sequo totum per punitentiam crucifigeret. Unde dicere poterat sanctus Abbas: *ecce elongaci fugiens et mansi in solitudine;* quia elongavit se a mundo, elongavit se fugiens et volans sicut avis, imo et sicut columba: *et quasi columba de terra Assyriorum.* Sicut enim columbae in foraminibus petre facile remanent, ibique gemunt: *nihil tam amicum gemitibus, quam columba,* que die noctuque gemit (S. Aug. in Ps. 52, 7), ita et S. Benedictus mundum fugiens in petre foramen, seu in antrum se recipit, ibique ingemuit, amaras ibi punitentia lacrymas effudit, ibique Deo per punitentiam durum et diuturnum corporis sui sacrificium obtulit. Imperavit Deus Abrahamo, ut unigenitum ipsi sacrificaret filium: *tolle filium tuum, quem diligis, Isaiae, et vade in terram visionis:* atque ibi offeres eum in holocaustum super unum montium, quem monstraverot tibi (Gen. 22). Advertisit Alcuitus non jussisse Deum Abrahamo, ut statim gladium arriperet, propriumque filium occideret; voluit Deus fideliem hunc Patriarcham triduo cum filio decubuisse, manducare et incidere, ad hoc ut toto hoc tempore per filii, quem immolaturus erat, presentiam pater torqueretur: non statim jussus est Abraham filium occidere, sed triduo ad immolandum ducere, ut longitudine temporis tentatio augeretur (In glossa ordin.). O durum et diuturnum Abrahae sacrificium! qui autequam ad immolandum

filium semel gladium arriperet, plures sacrificavit seipsum, dum dolores internos ipsa morte graviores diu passus est. Sacrificavit seipsum Abram, sacrificavit et seipsum S. Benedictus; triduo sacrificavit seipsum Abram, et S. Benedictus non triduanum solum, verum triennale corporis sui sacrificium Deo obtulit: intra arctum enim antrum latitans, trium annorum spatio corpus suum inedia exsiccavit, carnem suam cum conspicuiscentis crucifixit, atque tam dura punitentia jugiter incubuit, inquit Petrus Damiani, ut et vires et astatem superarist: *magnus in parvis erexit membris, vincis atlatem, superas laborem, arcu districte rudimenta oitae servidus imples* (hymn. S. Bened.). Unde si S. Gregorius Nazianzenus eos qui arciori vacant punitentia *martyres vivos* vocat, vere S. Benedictus in antro fuit vivus martyr; vivus quia nondum animam exhalarat, martyr etiam quia ratione punitentie cui vacabat, vita ejus ipsa morte durior erat. O quam durum videbatur juveni mortuum esse parentibus, quos reliquit, mortuum amicis, a quibus se elongavit, mortuum amplissimis facultatibus, quas abdicavit! Quam grave extitit huic adolescenti intra antrum seipsum claudere; ibi humi decumbere et vigilare, ibique famis cruciamenta et temporis injurias pati! Ibi verberibus corpus suum crebro perentiebat, illud inter verpes voluntabat, ibique illud graviori punitentia ita affligebat, ut non vivere, potius diu mori videbatur; ejus eni<sup>m</sup> vita mors potius dicenda era quam vita, et, ut dicam, simul mortuus erat et vivus; vivus per animam, que adhuc corpus ejus informabat et mortuus per punitentiam, qua proprium corpus mactabat et quasi occidebat. De quibusdam sui avi viris narrat Chrysostomus, quod vitam in sepulchris transsegitte: *quosdam memini in ipsis defunctorum sepulchris habitaculum posuisse, atque ibi vitam similem mortuo transsegitse.* An non S. Benedictus iis similis extitit? nonne in antro velut in sepulchro latuit? nonne per punitentiam ibi mortuus fuit mundo et sibi ipsi, ut Christo viveret? ibi per punitentiam quotidie moriebatur: jejunia enim, vigilie et aliae mortificationes, quibus corpus suum af-

fliebat, nil aliud erant, quam quotidiana mors, imo et species quedam martyrii: *carnem afflisse, libidinem superasse, avaritiae restitisse, de mundo triumphasse, pars magna martyrii est.* Ita austera utebatur S. Benedictus abstinentia, ut toto triennio, quo in antro permanxit, quibusdam solummodo panis frustulis victaretur: tam arcta frequentabat jejunia, ut presbytero cuidam revelaverit Deus, sanctum hunc juvenem fame cruciari; ita durum ejus cubile, ut in una dumtaxat humo decumberet. Nec satis erat sancto hinc juveni, hujusmodi mortificationibus delicatum torquere corpuseculum, illud insuper inter spinas nudum aliquando volutavit; *nudum se in spinarum aculeos projecti, ibique diu colutatus, toto ex iis corpore vulneratus exiit* (S. Greg. in vita S. Bened.). O portentosam penitentiam! o penitentiam prodigium! o quam pauci cum S. Benedicto penitentiae incumbere curant! S. Benedictus, licet juvenis et innocens, gravi insistebat penitentia, et, o rem deplorandum! homines multis rei criminibus et a multo tempore pravis constricti habitibus, ab his se extricare et salutaris penitentia exercitiis incumbere renunt. O peccatores, S. Benedictum audite, sin minus verbis, operibus tamen in deserto clamantem: *penitentiam agite.* Hunc audite, hujus monitis obtemperate, et si antra cum ipso incolendi non sit animus, ultricem saltum criminum vestrorum penitentiam suscipe. Mementote, quod, si peccasti, aut penitendum in hoc mundo, aut ardendum in alio: *peccavimus fratres, penitendum est, aut ardendum, nonne melius est aliquibus momentis hic penitire, quam in inferno aeternum ardore? nemo est, qui hoc melius non fateatur, et tamen plerique momentaneae penitentiae vacare timent et in sempiternum cruciari non timent: erubescimus modo parvo tempore penitentiam agere et non timemus sine termino aeterna supplicia sustinere* (S. Th. a Villan. serm. Dom. I Adt. O hominum cecitatem! o peccatorum vesaniam, quos ita fascinavit Satanus, ut brevem et momentaneam timeant penam et aeterna supplicia non pertimescant! o peccatores, qui tanto cum affectu ad malum curritis, desinete perverse agere et penitentiam salutaris exercitis insi-

stite cum S. Benedicto, qui fuit prodigiis penitentiae, ac etiam prodigium sapientiae.

## II PARS.

*S. Benedictus in claustro fuit prodigium sapientiae.*

Staterat S. Benedictus toto vitæ sua tempore intra antrum latere, ibique omnium prorsus consortium fugere; divina autem providentia factum est, ut mirabilis ejus sanctitas primo paucis innotesceret deinde fama virtutum ejus undique difundetur. Hinc multi currentes in odorem unguentorum ejus, ad eum venerunt, ut ejus se pio regimini subderent, illumine vita sua ducem haberent. Itaque relinquens vitam solitariam in antro, vitam canobiticam in claustro docere statuit; ibique mirabilia sapientiae sua signa edidit, tum in Ordine quem instituit, tum in monasteriis, que edificavit, tum in regnia, quam composit. Curioso inquirit Job vir sanctissimus, ubi inventari sapientia: *sapientia ubi inventur, et quis est locus intelligentiae?* (Job. 28, 12). Credet forte quis, apud potentes et divites, qui voluptatibus affluent, eam inventari verum, subdit idem Job, *non inventur in terra suaviter viventium.* Ubi ergo inventur sapientia? inter eos forte qui navigant mari? nequam; quia *mare loquitur, non est mecum.* Cum sapientia non inventatur in mari, forte in aere reparetur? nequam, inquit Job; quia *hinc volucres coli latet.* Si minima habetur in terra suaviter viventium, nec in mari, nec in aere, ubi ergo inventur? trahitur sapientia de occultis, inquit praefatus Job; et hoc verissimum comprobatur in sancto Benedicte, qui in antro occultabatur; de occultis extracta est ejus sapientia, eamque manifestavit S. Abbas in institutione sui Ordinis, qui attingit a fine usque ad finem, qui ad extrebas usque mundi oras se extendit, et de quo propheticè dictum est, quod ad quatuor mundi partes dilataretur: *dilataberis ad occidentem, et orientem, et septentrionem et meridiem* (Gen. 28, 44).

Si enim, ut dicunt philosophi, *opus naturae est opus sapientiae et intelligentiae*, quia omnia que sunt in natura, magna cum sapientia fuere condita, magna cum prudentia gubernantur, cur non fatebimur Ordinem S. Benedicti esse similiter opus prudentiae et intelligentiae, cum ab eo sapientissime fuerit institutus et ordinatus? An non maxima ostenditur sapientia institutus hunc Ordinem, qui a summis Pontificibus vocatur stella matutina tenebras a mundo ecclesiastico fugans, exercitus bene ordinatus assiduis precibus pro Dei gloria pugnans et vinea evangelica a mari usque ad mare suos ad salutem et consolationem fidelium palmites extendens? An non sapientissimus dicendus S. Benedictus in institutione hujus Ordinis, in quo innumeris fulsere religiosi, qui Ecclesiam sanguine suo fascundarunt, qui pro catholica fide strenue decertarunt et christianam religionem scientia et virtutibus suis illustrarunt? nonne opus sapientiae est ille Ordo, ex cuius sinu educiti sunt vixi quinque summi Pontifices, cardinales ducenti, patriarchae quinquaginta, archiepiscopi mille quingenti, episcopi quater mille et abbates pietate ac doctrina insignes quindecim milia sexcenti? quis tandem dubitat sapientissimum fuisse S. Benedictum in institutione Ordinis, cui adscripti et devicti sunt duo imperatores, quadragintaduo reges, regine et imperatrices multe, ac innumeri ali viri nobilitate et pietate illustres? certe plurimum enituit S. Benedicti sapientia in ordine quem instituit; *ac etiam in monasteriis, que edificavit.*

De Deo, qui est sapientia eterna, dicitur, quod domum sibi edificaverit: *sapientia edificavit sibi domum;* et sanctus Benedictus divinam hanc participans sapientiam, aut per seipsum, aut per filios suos inumeras sui instituti domos edificari curavit: edificavit enim dominum seu monasterium Cluniacense, quod a Petro venerabilis vocatur *publican reipublice christiane ararium, imperatorum, regum, principum et aliorum nobilium donis et liberalitatibus congregatum* (Pet. Ven. l. 5, ep. 34). Edificavit dominum, seu monasterium in Hibernia, quod *Bencorum appellabatur*, in quo tria monachorum millia inhabitabant, qui divinas die noctuque continue decantabant laudes, non quidem

omnes simul, verum alternatim, ita quod alii aliis in choro Dei laudes decantatur indesinenter succederent. Edificavit Gemesiense monasterium in Normandia, in quo nongenti monachi olim religiosissime vivebant; monasterium Moysacense olim dicebatur *abbatia mille monachorum*, atque multa Ordinis S. Benedicti extiterunt monasteria, in quibus quadragesi vel quingenti vel etiam plures monachi commorabantur. Hinc non est, qui non fateatur maximam in claustru S. Benedicti fuisse sapientiam, cum tot et tantas edificaverit domos; si enim omnes demirentur Archimedis sapientiam, qui intra propriam domum latens, immo et lecto decumbens, coelestium orbium motiones, neconon vario astrorum cursus contemplabatur, quanto major censenda S. Benedicti sapientia, qui Ordinem instituit, qui, teste Genebrando, possedit aliquando quinquaginta mille domus, seu monasteria, in quibus innumeris religiosi coelestia ac divina contemplabantur et ex quibus infiniti propemodum orti sunt sancti, ut cœlum inhaberent. Magna quidem haec fuit S. Benedicti sapientia; ac magis adhuc ejus eluxisse videtur sapientia in *regula quam composuit et quam fratribus suis servandam tradidit*. Ad hominis justi laudem sancta canit Ecclesia, quod os ejus meditetur sapientiam et lingua ejus loquatur iudicium: *os justi meditabitur sapientiam et lingua ejus loquetur iudicium* (Ps. 36). Vere homo justus extitit sanctus Benedictus, qui meditatus est sapientiam et qui iudicium locutus est, cum suam componuit et servandam tradidit regulam; ejus enim regula maxima cum sapientia, maximoque cum iudicio fuit delineata: *Benedictus*, ut ait S. Gregorius, *scriptis regulam discretionis precipuum, luculentam et præ ceteris, ut ita dicam, in singulis directivam* (Ubi sup.). Omnes omnium Ordinum regula cum sapientia et discretione fuere composite; at regula sancti Benedicti omnes alias discretiones et sapientia præcellere videtur; *scriptis regulam discretionis precipuum*. Regula sancti Basili non parum est intricata; S. Augustini regula statuit in genere et ad singularia parum descendit: regula S. Francisci, licet tota Evangelica et apostolica sit, multis indiget expositionibus; regula autem S. Benedicti

singula ita clare et familiari stylo describit, ut eam quisque a spiritu Dei compositam, neconon summa sapientia et discre-  
tionem contextam fuisse facile perspiciat. Quod verissimum esse  
probant revelationes sancte Birgittae, cui revelatum fuit, quod  
*Benedictus composuit suam regulam de spiritu Dei* (Lib.  
8 receit.), nullum in ea est verbum, quod a spiritu Dei et sa-  
pienia divina non fuerit revelationum. Unde omnes monachi et  
Cenobites, qui sub aliis legibus vivebant, eo ipso quo agnita et  
promulgata est sancti Benedicti regula, eam amplectati sunt.  
Sicut enim, inquit S. Antonius, imperium primo viguit et  
floruit apud Graecos, deinde translatum est ad Latinos, vide-  
bilest ad Carolum Magnum Francorum regem, ita etiam perfectio  
vite regularis Anachoritarum et Cenobitarum, primo vi-  
guit in Grecia, seu Oriente et deinde translatum est ad Occi-  
dentalium apud Latinos et praesertim sub sancto patre Benedicto;  
ejus enim regula omnibus monachis et cenobitis visa est  
tanto sapientia spiritu composita, ut ipsi, relictis propriis re-  
gulis, unicam sancti hujus Abbatis regulam pro lege habere  
voluerint. Et sicut regina Sabae sapientiam Salomonis mirabatur,  
ita et omnes religiosi, qui a S. Benedicti temporibus extiterunt,  
potentissam ejus sapientiam demirati sunt. Miramini et  
vos sancti hujus Abbatis sapientiam, ac a Deo supplices petitae,  
ut illius sapientia vos participes efficiat. Ut obtineatur sapientia,  
optanda et a Deo postulanda est: *optavi et datus est mihi  
sensus, invocavi et venit in me spiritus sapientiae* (Sap. 7):  
res magna et preiosa est sapientia, quia quo pretiosior est, es  
ardentius peti et inquiri debet: *quanto excelsior virtus est  
sapientia, tanto magis nitendum est nobis, ut assequi eam  
possimus* (S. Ambr. offic. 2, 26): Quaro magna cum soli-  
citudine sapientiam a Deo postulate et sapientiam inquirite,  
qua nihil est charius, nihil pretiosius: *venite mortales ad  
studium sapientie, magnus hic fructus est; quid enim ho-  
mini sapientia charius? venite igitur, ut sapientes sitis* (S. Aug. cont. Academ. 3, 9). Illa potissimum ambienda et  
exquirienda est sapientia, quam Seraphicus Pater S. Fran-  
ciscus vocat summam: *summa sapientia est*, inquit, *bona*

*opera facere, bene se custodire, iudicia Dei considerare  
(in opusc. orac. 25);* hanc ambit, hanc totis conatibus in-  
quirite, ut participatis sapientiam S. Benedicti, qui fuit pro-  
digum sapientiae, ac etiam prodigium sanctitatis.

## III PARS.

*S. Benedictus in Ecclesia fuit prodigium sanctitatis.*

Justorum animas vocat S. Petrus Chrysologus *pretiosas  
animas sanctitatem locupletes* (ser. 28). Quod apposite dictum  
videtur de S. Benedicto, qui toto vita sua tempore sanctitate  
ditissimus extitit et qui in Ecclesia veluti sanctitatis prodigium  
eluxit: habitu enim sanctitatem in omni virtutum genere comple-  
tam, miraculis probatam et abditissimarum rerum notitia illu-  
stratam. De Isaac, quem in montem duxerat Abraham, ut eum  
Deo immolaret, praedclare dixit sanctus Bernardus, non fuisse  
mactatum, sed sanctificatum: *Isaac sanctificatus est, non  
maciatus* (serm. ad fr. de monte Dei); S. Benedictus et ma-  
catus fuit et sanctificatus; a tempore enim quo mundum re-  
liquit usque ad mortem, vigilis, jejunis et omni mortificationum  
genere corpus suum mactavit, ac continuo omnium virtutum  
exercitu animam suam sanctificavit; nam non uni solum aut  
alteri virtuti operam dedit, assecutus est sanctitatem in omni  
virtutum genere completam; unde eum omnium justorum  
spiritu plenum fuisse ait sanctus Gregorius: *vir iste spiritu  
justorum omnium plenus fuit*. Ex justis alii habuere in emi-  
nenti gradu spiritum humilitatis, alii spiritum patientie, alii  
spiritum mansuetudinis et alii spiritum paupertatis, vel alterius  
cuiusdam virtutis; S. Benedictus vero fuit omnium justorum  
spiritu plenus: quia tanta ejus extitit sanctitas, ut omnes vir-  
tutes in aliis justis dispersas in seipso collegerit: *vir iste  
spiritu justorum omnium plenus fuit*. Et quis revera ex ho-  
minibus justis terrena gloriosius abdicavit, quam S. Benedic-  
tus, qui cum adhuc esset juvenis, in altam penetravit spelun-

cam, ut ibi usque ad mortem permaneret? Quis illo generosius mundi gloriam contempsit, qui, ut ait Abbas Guerrius, *in cœtate puerili mundum sibi ridentem irridens, tam mundi, quam corporis sui florem, quasi jam aridum caleavit?* Quis illo erga pauperes liberalior, qui omnes monasteri annonas egoen posulant ergo præcepit? Quis zelo S. Benedictum antecessit, qui Apolinaris idolum in monte Cassino evertit, lucos succedit et innumeros idololatras ad christianam religionem adduxit? Quis erga inimicos majore exarsit charitate, qui Florentium sibi infensiissimum ardenter amavit et de infesta ejus morte maxime doluit? Ad hanc quis illo Deum ardentes dilexit, cuius tota vita nil aliud fuit, quam continua erga Deum affectus et cuius cor ferventi Dei insenserente arsit amore? Ab ampliore virtutum ejus diuinatione abstineo; uno verbo dieam, tantam quis extitisse sanctitatem, ut omnium justorum virtutibus plenus fuerit; *vir iste spiritu justorum omnium plenus fuit.* Insuper S. Benedicti sanctitas fuit etiam multis miraculis probata. *Miracula,* inquit S. Ambrosius, *cum tacent, clamant* (in c. 5. Ep. ad Rom.); clamant utique eos qui talia operantur, magna esse sanctitatis preludos. Licet enim absolute loquendo a non sanctis et impius fieri possent, quia potestas operandi miracula est gratia gratis data, quam habere potest etiam peccato mortali inquinatus; Deus tamen solis hominibus justis et sanctitate pereximis pollutibus, hanc potestatem largiri solet; unde miracula censemur quasi argumenta, quæ probant et clamant eos esse sanctos, a quibus sunt et quo plura et majora operantur miracula, eo fortius probant et altius clamant eos esse sanctissimos, qui talibus signis coruscant: *cum tacent, clamant.* Clamarunt miracula, Moysen, Eliseum, Petrum et Eliam magna pollice sanctitate; ac item clamant, virum pereximam sanctitate praeditum fuisse S. Benedictum, quia, ut ait S. Gregorius papa, solus Benedictus ea operatus est miracula, quæ illi quatuor operati sunt: *in aqua,* inquit, *ex petra producta, Moysen; in fero quod ex profundo rediit, Eliseum; in aqua itinere, Petrum;* *in cornu obedientia, Eliam video.* Si aquam de petra miraculose eduxit Moyses, eduxit et Benedictus: si ex imo

fluminis ferrum traxit et supra aqua superficiem nature fecit Eliseus, hoc et fecit Benedictus; si Eliam miraculose pavit corvus, pavit et Benedictum: si Petrus apostolorum princeps super aquas sicco pede incessit, incessit pariter super aquas Maurus ad S. Benedicti imperium, ut Placidus aquis jam submersum liberaret. O quanta S. Benedicti miracula! et quam fortiter hunc esse virum sanctissimum miracula clamant, non solum prefata et innumeris alia, quæ operatos est; nam et ipse infirmos curavit, a dæmonie vexatis liberavit, mortuos suscitavit et alia fecit miracula, quæ, ut ait S. Bernardus, eum fuisse sanctissimum clamant et probant: *sanctitatem Benedicti miracula probant* (ser. de S. Bened.). Et ipsum virum sanctissimum extitisse clamant etiam abditissimarum rerum notitia a Deo ipsi infusa. Ipse, ut ait Dionysius Carthusianus, *ingressus est sanctuarium Dei, id est abyssum sapientie increatae* (ser. 1 de ss. confess.). Altam hanc abyssum ingressus est, non solum quia Deum, qui est sapientia increata, videre meruit, verum etiam quia per revelationes divinas abdita queque cognoscere valuit. Novit aliquis ex fratribus suis apud priam quandam malierem comedisse, ilisque quos ederant cibos, quoniam calices hauserant, declaravit. Novit ex dubius vini amphoris ad monasterium ex charitate missis, a famulo unam fuisse retentam et absconditam, quem monuit S. Pater Benedictus, ut caveret de eo quod in lagena latebat, in quam cum insipisset famulus, ex ea egradientem serpentem vidit. Intoxicata esse novit panem et vinum, que ipsi Florentius presbyter misit. Novit etiam Totila astutiam, qui exploraturus an vere S. Benedictus abscondita penetraret, ad eum misit spatharium suum regius vestibus indatum, regioque famulatu comitatum et Totilam se esse simulantem, cui dixit S. Abbas: *pone fili, pone quod portas: non est tuum.* Scimus etiam illum periculum in quo versabatur Placidus, internas fratrum suorum cogitationes et alii multa abditissima novisse, imo et futura multa spiritu prophetico prædixisse. Ipse tandem in sanctuarium sapientia Dei ita est ingressus, ut omnia nuda et aperta essent oculis ejus; *ingressus est sanctuarium Dei, id*

*est abyssum sapientie increatae.* Cum igitur Deus tam familiariter sua S. Benedicto secreta communicaverit, cum ei tantam rerum abditarum notitiam dederit, cumque ei tot gratias contulerit, eum sanctissimum et sanctitatis prodigium extitisse non est dubium. O virum sanctissimum inter ecclites a Deo plurimum sublimatum, ut enim ait S. Bernardus, *qui tam magnus extitit in terris, secundum magnitudinem gratiarum magnitudine glorie exaltatus est in celo.* Mirramini portentosam S. Benedicti sanctitatem, eum pro viribus imitari contendite: *nihil enim nobis aliena virtus ad salutem proficit, si ad imitationem se animus non extendit* (Trithem. Abb.). Sanctus est ille et sancti nos esse debemus. Jam vero quam pauci sanctitati acquirendae vacant in hoc mundo! multi ebriosi, multi gulosi, multi rapaces, multi luxuriosi, paucissimi sancti; ita rari sunt, ut eos defecisse clamet regius vates, dicens: *salvum me fac, Domine, quoniam defecit sanctus* (Ps. 11). In hoc mundo non deficiunt usura et dolus; non deficiunt avaritia et luxuria; non deficiunt gula et superbia; *deficit sanctus*, quia paucissimi reperintur, qui sedulo sanctitatem acquirere contendant. In ordine S. Benedicti numquam defecit sanctus, quia in eo innumeri semper florueri viri sanctitate illustres, ex quibus a S. Benedicti temporibus usque ad pontificatum Joannis vigesimosecundi, quinquaginta quinque millia fuere canonizati (Trithem. de Vir. ill. O. S. Ben. 4. 1); certe ibi non defecit sanctus sed in mundo penitus deficit; quia cum sint pauci electi, ita et paucos reperi est, qui in hoc mundo sanctificantur. Hos paucos imitemur: *imitari oportet paucos*, inquit S. Chrysostomus (hom. 24 in Matth.);

## Concio I — De Annunciatione B. Virginis Mariae 87

non imitemur multos, seu peccatores, qui multi sunt in hoc mundo; imitemur paucos et praecepimus S. Benedictum; posnitentiae simul cum illo insistamus, sapientia acquirende studeamus et sanctificari conemur in hoc saeculo, ut cum sanctis celo potiamur. Amen.

## DE ANNUNCIACTIONE B. VIRGINIS MARIE

## CONCIO PRIMA.

*Misus est angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilaeam, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph* (Luc. 1, 26).

Diu optatus, diuque expectatus erat Messia adventus, cum tandem post quater mille ab orbe condito annos die vigesima quinta mensis martii misit Deus archangelum suum Gabrielem ad Virginem Mariam, ut ei Verbi incarnationem in utero ejus proxime futuram nunciassem. Non unum ex angelis infini chori, sed unum ex primis supremis hierarchiis angelis ad eam delegavit, quia, ut ait Doctor Angelicus, *ad hoc ministerium summum angelum venire dignum fuerat, qui summum omnium nunciabat* (3 p. q. 30 a. 2. ad 4). Venit ergo archangelus Gabriel in Nazareth, sacrum ingressus est Virginis Marie

(1) Fac ne intelligas hæc verba de canonizatione propriis dicta, prout nunc agitur in Ecclesia. Pensa enim Ecclesiastica historia cultores receptum est, decretum canonizationis S. Uldarici Episcopi Augustani prolatum in Romana Sinodo anno 993 a S. P. Jeanne XV esse primo indubitate fidei monumentum de solemni per Romanum Pontificem canonizatione. Tribus saeculis posterioribus usque ad Joannem XXII fere semper canonizations habite sunt in

concellis, id est raro fiebant et unis tantum alteriavæ sancti singulis vicibus: ergo quinquaginta milia Sancti Ord. S. B., de quibus loquitur auctor, canonizati sunt tantummodo iudicio episcoporum in singulis diocesisibus, quo iudicio, accidente consensu expresso vel tacito R. Pontificis, cultus deconcrebat aliqui viro defuncto cum fama sanctitatis miraculis post obitum confirmata: et hæc erat species beatificationis.

cellam, eamque salutavit, dicens: *ave gratia plena, Dominus tecum; benedicta tu in mulieribus* (Luc. 1). O peregrinam  
hujus archangeli legationem! o gratissimam salutationem! o  
bonum nuncium et magnum mysterium, quod sine quadam eri-  
minis specie tacere nequimus: *haec dies boni nunciū est; si ta-  
cuerimus, secteris arguemur.* Itaque altissimum Annuncia-  
tionis mysterium explicabimus, quamque gloriosum B. Virginis  
Marte fuerit, manifestabimus. *Ave.*

Angelus, Maria et Spiritus Sanctus ad augustum annunciationis mysterii compleendum conuenient; angelus Marie non-  
ciat, quod Dei mater fieri debeat: *Dominus tecum;* Maria pro virginitate pugnat, et magna cum modestia declarat,  
quod nec virum cognoscere, nec virginitate cadere intendat:  
*quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* Spiritus  
Sanctus ut mediator inter Mariam et angelum, totam item  
componit, Mariam simul Virginem et Dei Matrem efficiendo:  
*virtus Altissimi obumbrabit tibi, et quod nascetur ex te  
sanctum, vocabitur filius Dei.* Unde hic hodie fieri videtur  
syllogismus. Maria erit Mater: Maria erit Virgo: ergo Maria  
erit Mater et Virgo. Maria erit Mater: ecce propositionem an-  
geli. Maria erit Virgo: ecce propositionem Marie. Ergo Maria  
erit Mater et Virgo: ecce propositionem et conclusionem  
Spiritus Sancti. Haec autem omnes propositiones in B. Virginis  
Marie gloriari et honorem maxime vergunt; gloriosissimum  
quippe est ei quod fiat Dei Mater, quod velit esse Virgo et quod  
sit simul Mater et Virgo. *Gloriosum est Marice,* quod fiat  
Dei Mater, en primam hujus orationis partem: *gloriosum  
est Marice,* quod velit esse Virgo, en secundam: *gloriosum  
est Marice,* quod sit simul Mater et Virgo, en tertiam.

DIRECCION GENERAL DE ESTADOS UNIDOS DE MEXICO

## I PARS.

*Gloriosum est Marice, quod fiat Dei mater.*

Licet Maria divinitatem non genuerit, fuit tamen mater Dei.  
Sicut enim aliae matres, licet filiorum suorum animas, que  
sunt nobilior pars hominis, non genuerint; eorum tamen di-  
cuntur matres, quia corpora generunt, quibus Deus animas  
infudit: sic licet Maria non genuerit divinitatem, quia tamen  
genuit hominem, cui se Deus ab instanti conceptionis univit,  
ideo dicitur et est mater Dei. Eam Dei matrem vocant, et vo-  
cari volunt concilia, que hanc vere Dei madrem esse decre-  
verunt: in concilio enim Ephesino dicitur: *si quis non confi-  
tetur S. Virginem esse genitricem Dei, anathema sit:* et  
in Lateranensi sub Martino I (Canon. 3). *Si quis non confi-  
tetur proprie et secundum veritatem Mariam esse geni-  
tricem Dei anathema sit.* Hoc et profitentur omnes filiales,  
dum orationib[us]cula ab Ephesini Conciliis patribus composta eam  
ut Dei matrem invocant: *sancta Maria mater Dei.* Nec in  
hoc aliqua difficultatis esse videtur species; cum enim Maria  
sit mater Iesu Christi, qui est Deus, et qui ab instanti quo  
conceptus est in utero, est Deus, ea Dei mater jure dicitur.  
Dei quidem mater est Maria et hodie fit ejus mater cum altissi-  
mo incarnationis Verbi mysterio suum prehensum  
ait: *ecce Ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum* (Luc. 1). Non enim expectavit Spiritus Sanctus, ut quadragesita  
diernum spatio pedetentim et successive Christi corpus figura-  
retur et delinearetur; postquam Maria dixit, *fiat*, Spiritus  
Sanctus naturae jura evertens, in uno quasi momento, in utero  
Beate Virginis corpus Christi formavit, animam ei infudit et  
ex tunc Verbum divinam unionis hypostaticae vinculo utrumque  
sibi copulavit: *non paulatim, inquit Damascenus, tacitisque  
incrementis figura corporis absorbitur, sed una eodemque  
momento perficitur* (de file cath. 3, 2); et Thaulerus la-

tus explicans, quomodo haec facta sint, ait, quod postquam Maria dixit, *fiat*, ex tunc et absque illa mora « Spiritus Sanctus de purissimo virginis cordis sanguine accipiens, perfectum mundissimum, licet exile, inde corpus creavit cum universis membris ejus, purissimamque illi animam inspiravit : atque illam pariter univit ». Unde sanctus Thomas a Villanova hoc *fiat* a B. V. Maria prolatum mirum in modum extollit, dicens: *o fiat potens, o fiat efficax, o fiat super omne fiat perpetuo honore venerandum ! Nam ad verbum fiat, statim in utero Virginis incarnatum est Verbum (ser. de Ann.). Mirabilis quidem fuit virtus illius verbi, *fiat*, quia cum illud protulit Maria, protinus in ejus utero Verbum humanatum est et ipsa Dei mater effecta: ubi Virgo bene credula os suum aperuit, ut diceret *fiat*, mox, inquit Ruperto Abbas, *juxta dictum angelij Spiritus Sanctus superveniens per apertas fidei janus sese infudit in templum sacri ulti, ut Christi matrem faceret (de oper. Spiritus S. 1, 9).* Hoc verbo, *fiat*, factus est mundus; hoc verbo celestis terrestriaque Altissimus condidit et eodem verbo Maria facta est Dei mater, quo nihil est maius, nihilque Mariae gloriose: quid enim ei gloriocissimis contingere potest, quam quod sit oriens orientis, sui authoris author, origo sui principii et Dei sui mater, quodque eundem cum Patre aeterno habeat filium, ita quod de Christo simul cum Patre aeterno dicere possit: *hic est filius meus dilectus*; Gloriosus quidem est Mariae, quod sit Virgo purissima, angelorum regina et totius mundi Domina; tamen ut ait D. Bernardus, *ipsa est Virginis gloria singularis et excellens prerogativa Marie, quod Filium unicum, eundemque cum Deo Patre meruit habere communem* (ser. 2 de Incar. Verb.). Tanta ex hac maternitate in Mariam derivat gloria, ut dici possit, omnia ejus privilegia in hoc includi et ex hoc uno manare, quod sit Christi mater. Si enim est Dei mater, ergo gentilium celestibus plena: si Dei mater, ergo purissima, ergo sanctissima, ergo potentissima: si tandem est Dei mater, ergo supra omnes puras creaturas sublimata; ergo mundi imperatrix; ergo creatura, qua major sub Deo*

nequit intelligi: haec omnia aquissime inferuntur ex eminentissimo matris Dei titulo. Unde non est quod miremur, sacros Evangelistas non ampla Mariæ contexere encomia: quia quidquid eminentius et gloriocissimus ad ejus laudem dici potest, in hoc uno collegentur, quod sit mater Christi; *de qua natus est Jesus* (Matth. 1). Quod subtiliter adnotavit D. Thomas a Villanova, dicens: *Evangelistarum omnia collegentur, cum diversurunt ex ea natum fuisse Jesum. Quid amplius queris, quid ultra requiris in Virginie? Sufficit tibi, quod sit mater Dei* (*De Nat. Virgin.* serm. 2). Mariam aliqui vocant mare gratiae, civitatem refugii, hortum deliciarum, lilium convallium et totius sanctitatis abyssum; eam alii appellant mari stellam, aream Testamenti, misericordium refugium, thronum Salomonis, totiusque mundi reginam; ab aliis dicitur terra sacerdotalis ab omnibus tributis libera, sancta sanctorum, in que ingressus est summus sacerdos Christus, et castrorum acies adversus tartareas potestates ordinata; hi et innumeris aliis honoris titulis, qui ab autoribus coacervantur, in hoc uno continentur, quod sit mater Christi: *Evangelistae omnia collegentur, cum diversurunt, ex ea natum fuisse Jesum*. S. Augustinus Marianus proper Christi maternitatem supra homines et angelos exaltatam esse dicit, quia, inquit, et homines et angeli, quantumvis magni sunt sollemnitas Dei ministri; Dei sunt ministri patriarche, prophetae, apostoli et omnes homines; Dei sunt ministri angelii, archangelii, throni et ipsi seraphim: *omnes administratori spiritus* (Hebr. 2); Mariä vero ut Christi mater in regia Dei aula non est ministra, sed Domina; non ancilla, sed regina: ac proinde, ut Dei mater, pre cunctis hominibus et angelis eminent; *tanta est Virginis dignitas, eo quod mater Dei sit, ut plane excedat non solum omnium hominum dignitatem, verum etiam angelorum; cum longe praestabilius et excellentius sit esse matrem principis quam ministrum* (*de Sym. ad Catec. 2, 2*); sanctus Chrysostomus Mariam ob maternitatem suam, non solum angelis et hominibus, verum etiam toto mundo excellentiorem et eminentiorem arbitratur; ita quod si ex una parte totus mundus ponatur, et ex altera Maria,

ista toti mundo præponderaret, totoque mundo præstantior et excellenter appareret: *Maria*, inquit, *speciosior facta fuit et dignior quam totus mundus: quia quem totus mundus capere non poterat, nec merebatur accipere, in cubiculo uteri sui sola ipsa suscipere meruit* (hom. i Matt.). Hæc ad maternitatis Mariæ gloriam docent Augustinus et Chrysostomus: nec videtur magis extoli posse Mariam ratione sue maternitatis. Quid tamen maius ad illius laudem profert sanctus Anselmus, neque quod post Deum aliiquid excogitari nequeat maius Maria, quatenus Christi mater est: *hoc solum de B. Virgine predicare, quod Dei mater est, excedit omnem altitudinem, que post Deum dici, vel excogitari possit* (de excel. Virg. 3). Sicut enim sol in medio planetarum constitutus, ita quod tres solam supra se et omnes alios sub se habeant, ita et Maria ratione maternitatis est quasi sol. *Electa ut sol, quia ratione maternitatis ita sublimatur, ut tres tantum altissima Triuitatis personas supra se et omnia alia sub se habeat: excedit omnem altitudinem, que post Deum dici, vel excogitari possit.* O magnam Mariæ dignitatem! o quam gloriosum est ei quod sit Christi mater! Ut autem perfectius concipiatur quanta Mariam maneat gloria ex maternitate, audiantur Doctor Seraphicus, Petrus Damiani et Doctor Angelicus. *Divus Bonaventura* Mariam tantum per maternitatem extollit ait, ut matrem ea majorem Deus creare nequeat: *ipsa est*, inquit, *qua majorem Deus facere non posset. Majorem mundum posset facere Deus, majus cœlum posset facere Deus, majorem quam matrem Dei, non posset facere Deus* (in spec. B. Virg. 8). Et ratio est, quia si dignitas matris sumatur a dignitate Filii, matrem Deus Maria majorem facere non posset, quia matrem creare nequirit, cuius filius major et dignior esset filio Mariæ, qui est Deus. Et hæc est ratio, propter quam S. Petrus Damiani et D. Thomas asserunt Mariam ratione maternitatis habere dignitatem immensam et infinitam: *taceat et contremiscat omnis creatura, inquit Petrus Damiani, et vir audeat aspicere tante dignitatis immensitatem* (serm. de Annunc.). Et D. Thomas ait,

Christi humanitatem, coelestem beatitudinem et B. V. Mariam quandam habere dignitatem infinitam: « humanitas, inquit, Christi ex hoc quod est unita Deo et beatitudo creatæ ex hoc quod est fructu Dei et B. Virgo ex hoc quod est mater Dei, habent quandam dignitatem infinitam ex bono infinito quod est Deus. Et ex hac parte non potest aliquid fieri melius eis, sicut non potest aliquid melius esse Deo » (I p. qu. 25, a. 6 ad 4). Sane, ut de sola Maria loquerar, certum est, quod cum mater relationem dicat ad filium, tanto sublimior habetur dignitas matris, quanto sublimior fuerit dignitas filii; ergo cum filii Mariæ, dignitas sit infinita, dignitas etiam Mariæ, quatenus mater est, erit quoddammodo infinita. O quam gloriosum Mariæ, quod hodie Dei mater fiat! o quam potens efficit Maria per illam maternitatem! *Potentiorem*, inquit sanctus Ildephonsus, *ad placandum iram judicis inventire non possumus, quam te, quae meruisti mater existere ejusdem Redemptoris et judicis* (de excel. Virg. 1). Sanctissima hec Virgo Deum ipsi magna fecisse proclamat: *fecit mihi magna, qui potens est* (Luc. 2). Fecit ei magna, quia per maternitatem eam mirum in modum sublimavit et honoravit; fecit ei magna, quia ei maximam impertitus est potentiam ad subvenientium peccatoribus: quid enim non potest qua mater Omnipotentis est? igitur, o peccatores, ad Mariam configuite, eam supplices invocate, toto cordis affectu dicite ei: *monstra te esse matrem.* Seu dicitis ei: o Virgo sanctissima, cum sis apud Filium potentissima, monstra te esse matrem et fac per potentiam qua frueris, ut ab iniuriatibus liberor ac divinam gratiam assequar. Vel cum sancto Bernardo dicat quisque: *habes, piissima Domina, me indignum tibi commendatum: ad te confugio, tibi me ipsum commendo et hodie in matrem et patronam praecunetiis precepito* (ser. 2 sup. Mis.). O Maria, sicut fuisse Christi mater, ita esto mihi in matrem charitativam et beneficam. Postquam vidimus, gloriosum esse Mariæ, quod hodie fiat mater Dei; dicamus et gloriosum esse ei, quod Virgo esse voluerit.

## II PARS.

*Gloriosum est Maria, quod voluerit esse Virgo.*

Virginitatem in veteri Testamento servasse Eliam, Jeremiam, Eliseum, Josue, Melchisedech, Daniiele et alios nonnullos, communiter creditur; sanctissima tamen Virgo prima fuit, quia ad virginitatem servandam votum se adstrinxit: *beata Maria, inquit S. Antonius, est mater omnium, in virginitate, quia prima sine precepto, consilio, vel exemplo, virginitatis munus Deo obtulit et per virginitatis votum opprobrium virginitatis abstulit* (4 p. tit. 15, c. 20). Hoc autem virginitatis votum emiserat Maria ante annunciationem angelicam; propterea angelo nunciatu futurum in eius utero Verbi incarnationem, respondit Virgo purissima: *quomodo flet istud, quoniam virum non cognosco?* (Luc. 1). Quia quidem verba non protulisset, nisi virginitatis votum antea emisisset: *profecto non diceret Virgo, quomodo flet istud? nisi Deo virginem se ante covisset* (S. Aug. de S. Virg. 4). Quamvis Maria assuetu esset visionibus et colloquis angelorum, turbata tamen est, cum S. Gabrielem archangelum videt et audiret. Turbata est, cum illum vidiit, quia speciem viri gerebat: *ad virilis sexus speciem peregrinam turbatur aspectus Virginis* (S. Ambri. Off. I, 8); tantus Marie pro servanda virginitate zelus inerat, ut et ipsa species hominis, licet maiestate et modestia colesti fulgentis, eam turbarit. *Turbata est* quidem Maria, cum angelum loquentem audivit; *turbata est* in sermonis ejus (Luc. 1); tunc turbata est pra humilitate, quia se omnis gratie indignam existimat; simulque conturbata est ex summo servanda virginitatis affectu, quo cor ejus ardebat. Unde respondit angelo: *quomodo flet istud, quoniam virum non cognosco?* seu, ut explicat Hugo cardinalis, *quomodo flet istud, ut concipiam et pariam, quae in virginitate permanere disposui?* vel, ut exponit D. Bonaventura, *virum*

## Concio I — De Annunciatione B. Virginis Mariae 95

*non cognosco, id est, non cognoscituram me propono et ita sum Virgo et mente et carne et proposito.* Erat Maria Virgo, non solum carne et mente, verum etiam *proposito*: unde optabat altissimum hoc mysterium in ipsa adimpleri, ita tamen quod votum virginitatis servaret et Virgo semper permaneret. Cum Maria dixit: *quomodo?* non dubitavit de veritate promissi angelici; tantum de modo solicita fuit, postulans ut hic filii conceptus et partus fieret sine aliqua virginitatis iactura: *audi,* inquit S. Gregorius Nyssenus, *pudicam Virginis vocem: angelus partum nunciat, at illa virginitati inheret* (Orat. de nat. Chr.). Nunciatu Marie angelus, ipsam futuram Verbi incarnati matrem, ac proinde celi reginam, totius mundi imperatrix et supra omnes puras creaturas sublimatam: *at illa virginitati inheret*, eique ita inheret, ut praelegisset non esse matrem, quam desinere esse Virginem: *illa virginitati inheret et integratatem angelica demonstrationi anteponendam judicat.* Unde merito Maria filio conferetur: *sicut lumen inter spinas, sic amica mea inter filias* (Cant. 2, 2); sicut enim lumen est maxime album, ita et Maria per virginitatem extitit nive candidior; sicut etiam lumen postulat esse intactum, quia si contrectetur, inarcessit et fragrantiem suum odorem amittit; ita et Maria virginitatem suam intactam esse cupiebat; Christi quidem mater fieri volebat, et tamen lege, ut virginitas ejus intacta permaneret: *at illa virginitati inheret et integratatem angelica demonstrationi anteponendam judicat.*

Forte non displicebit audire peroximum et pliissimum Evangelii sancti Lucae interpretationem, qui praefata beate Virginis verba ad nostrum propositum perfectissime exponit: dixit, inquit, Maria: *quomodo flet istud, quoniam virum non cognosco?* (Stella in Luc.); quasi dicerebatur intra se: si mea virginitatis iacturam aliquam sum passura et promissum votum violare debeam, nolo esse mater Dei; at vero, quia scio Dominum potentem esse, ut mea virginitate intacta manente, possim parere, quero, quomodo Dominus id facere disposerit. Ubi protinus advertere debes, quam curam et sollicitudinem habeat beata Virgo de observando virginitatis voto et virginali puritate;

dicit namque Ángelo, se ad tantam dignitatem et honorem nequit ascenderes velle, si aliquantulum detrimenti sua puritas et virginitatis passura esset. Quod si quæres a beata Virgine, numquid malit virginitatem custodire, quam mater Dei esse, non dubito, quia tibi respondeat, melius et salubrius esse cordis sinceritate et animi virtutibus splendere, quam dignitatem aliquam, quantumvis sublimem et excellentem subire. Maria Dei voluntatem in omnibus adimplere cupiebat, sed; seposita Dei voluntate, ex seipso prælegisset non fieri Dei mater, quam emissum virginitatis votum vel in minimo, etiam sine peccato violare. O quam ardenter virginitatem illasam servare concupivit María! o quam gloriosum fuit María; quod illam servare tanto affectu desideraverit! Virginitas homines celestes efficit: *in carne preter carnem vivere, non terrena vita est, sed cœlestis* (Chrysol. ser. 18). Virginitas angelis homines facit aequales: *cum caste perseveratis, o virgines, angelis Dei estis aequales* (S. Cyp. de hab. Virg. 2). Virginitas Deo, qui infinite purus et qui prima Virgo est, homines assimilat: *magnum, ut tere dicam, est virginitas, incorruptibili Deo hominem similem faciens* (S. Basil. de cera Virg.). Quapropter gloriissimum est Maríae, quod virginitatem prima noviter et tota vita sua tempore religiose servaverit; atque gloriosus adhuc ei fuit, virginitatem tanto cum affectu custodisse, ut maluisset non esse Dei mater, quam non esse Virgo. Hoc, inquit D. Hieronymus, quam multe quotidie virginis sua infelicer virginitatem cadunt. *Piget dicere, quot quotidie virginies ruunt, quantas de suo gremio mater perdat Ecclesia* (ep. 22 ad Eustoch.). ruunt multe pro momentanea felicitate, pro terreno lucro, vel pro imaginario honore; ruunt et pro nihilo mirabilem hanc virtutem amittunt; Maria vero est dux, regina, speculum et gloria virginum, quam voluntates non alliciunt, quam terrena non moveant; et quam immensa, et quasi infinita matris Dei dignitas a proposito servandi virginitatem non deterruit, quia, ut ait D. Augustinus, *Virgo esse maluit, quam mater Dei præcise, idest seclusa Dei voluntate, cui semper obtemperare et se conformare statuit.*

## Concio I — De Annunciatione B. Virginis Marie 97

Miramini sanctum Virginis Marie stodium, ac itidem stupete hominum exscitatem et cæcam ambitionem contemplantes. Heu! quid non molimur homines, ut ad eminentes eleventur dignitates? que mala non perpetrant, ut altius ascendant? quis infelicibus hisca reperiatur temporibus, qui sibi oblatam regiam dignitatem, quam gravissimis criminibus esset accensurus, prorsus renueret? Quid regiam dignitatem dico? Heu! ad infinitas dignitates plerunque non fit ascensus, nisi per iniurias. Cuilibet dicere solet satanas: *hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me* (Math. 4, 2); et plerique cadunt, ut ascendant; plerique in gravia cadunt criminis, ut ascendant ad sublimia. Discite a B. Virgine ad honores et dignitates cum virtutis detrimento non tendere. Praelegisset Virgo sacra milles mori, quam vel levissimum peccatum veniale contra emissum virginitatis votum patrare, et tanto servandæ virginitatis zelo exardescet, ut praoptasset eminentissimam matris Dei dignitatem non obtinere, quam virginitatis votum etiam cum Dei dispensatione licito violare. Pudeat ergo ambitiosos tanto cum affectu per iniurias viam ad honores anhelare; multo magis pudeat adolescentulas, quod virginitatem quasi nihil faciant; pudeat illas, quod non virtutis, sed, ut loquitur Tertullianus, *lasciviora ingenua habeant* (adv. Mar. 3, 13). O anima sanguine Christi redemptæ, virginitatem plurimi pendite, eam ambit, illi adherete instar B. Marie Virginis, cui gloriosum est, quod voluerit esse Virgo; ac etiam gloriosum quod fuerit simul Mater et Virgo.

## III PARS.

*Gloriosum est Marie, quod sit simul Mater et Virgo.*

Modum conceptionis inquisierat Virgo dicens: *quomodo fiet istud?* Cui respondit Angelus: *Spiritus Sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi;* quasi diceret: O María, licet virum non cognoscas, teque virginem

Deo voveris, concipes tamen non humana, sed divina virtute, ipsaque salva virginitate; nam Spiritus Sanctus in te mirabiliter descendet et per suam virtutem, seu potentiam obumbrabit tibi et defendet te, virginitatemque tuam, cui tanto affecta adhaeres; ita proteget, ut sine ulla illius injuria, imo cum summo decoro concipias et parias; et sic Christi Mater eris potentissima et Virgo purissima. Quod quidem ita factum est: nam, ut ait D. Augustinus, Maria fuit Mater fecunda, que Christum peperit et virginitatem non amisit: *Christus Virginis Filius et Virginum Sponsus, natus est Matri fecunditatem, sed non abstulit virginitatem* (de Symb. ad Catec., 2, 4). In aliis feminis, quandom virgo aliqua est, mater esse nequit; cum autem mater efficitur, virginitatem amittit; atvero ut ait S. Gragorius Nyssenus, in Maria miraculose factum est, ut virginitas partum non prohibuerit, neque partus virginitatem solverit: *o miraculum ingens, Virgo Mater fit et Virgo permanet!* (or. de s. Chr. nat.). Quatuor modis potest Deus facere hominem, inquit S. Anselmus, videlicet aut de viro et femina, sicut usus monstrat: aut nec de viro nec de femina, sicut creavit Adam; aut de viro sine femina, sicut fecit Hevam; aut de femina sine viro, quod nondum fecerat. Ut igitur hunc quoque modum probaret sua subiacere potestati, miraculosus per Spiritus Sancti operationem voluit in Virginis utero formari et a Matre Virgine generari: *o miraculum ingens, Virgo Mater fit et Virgo permanet.* Christum de Virgine nasciturum predixerat Isaías Propheta, dicens: *ecce Virgo concipiet et pariet* (Is. 7). Ipsum autem non ex corrupta, verum ex Virgine nasci debuisse multe suadent rationes: *decebat enim, ut sicut ab aeterno Verbum in celo ex Patre sine corruptione genitum est, ita in terris ex matre sine corruptione gigneretur: decebat, ut qui ad tollendam mundi corruptionem venturas erat, incorruptionis donum matri sua communicaret: decebat, ut sicut primus Adam de terra virginis, nequam manus hominum tractata conditus est, ita secundus Adam, seu Christus de Virgine intacta generaretur: decebat, ut sicut perditio ab Heva incepit in tempore, quo*

ut communiter creditur, orat virgo, etiam restauratio a muliere virginem initium haberet; *decebat tandem ut Christus purissimus et puritatis amantisimus a matre purissima et virginem ortum duceret;* ideo novum fecit Dominus super terram et invertens naturae ordinem, in matre virginitatem cum maternitate conjunxit et ex matre virgine natus est: *o miraculum ingens, Virgo Mater fit et Virgo permanet.* Sicut sidus sine sui corruptione sumum emitit radium, sic, inquit S. Bernardus (ho. 2 super Missus), absque sui lesione Virgo poperit filium. Quemadmodum, ait idem Bernardus, Aaronea virga absque humano opere flores emisit, ita Virgo absque viro opera, florem Christum concepit. Sicut Gedeonis vellus ex carne ovis absque vulnere carnis detonsum est; ita, inquit S. Ambrosius (s. 13), caro Christi ex corpore Virginis absque detrimento virginitatis est sumpta. Quemadmodum rubus illa, in quo olim Deus apparuit, ignem concepit et virom servavit, ut habetur Exodi tertio; ita Virgo celestem et divinum ignem Christum concepit et virginitatis albedinem non amisit. Maria tandem fuit virga de radice Jesse, ex cuius radice flos coelestis Christus ascendit: *egredietur virga de radice Jesse et flos de radice eius ascendet* (Isa. 11); ut enim docet melius Bernardus (Ub. sup.), *virga floruit absque germine et Virgo concepit non ex homine; nec virge viorem floris lusit emissio, nec Virginis pudorem sacri partus editio.* O mirabilem et miraculosam Christi ex Virgine matre productionem! o quam gloriosam fuit Maria, quod simul ei Virgo et Mater fuerit! gloriosum Mariae, quod fuerit Virgo, gloriosum Mariæ, quod fuerit Christi Mater; longe gloriosius est illi, quod et maternitatis et virginitatis gloriam in seipsa adunarunt, quodque simul maternitatem et virginitatem possederit; *et virginitatem possidet decus et matris pertulit dignitatem* (Chrys., ser. 143). Maria ab Ecclesia vocatur *Virgo singularis*: haec singularis fuit in conceptione, in qua ab originali labe fuit preservata; in nativitate, in qua a gaudium annunciat universo mundo; in vita, in qua a Dei amore nunquam cessavit, et in morte, in qua amoris divini violentia potius quam naturae defectu expiravit.

Specialiori autem et mirabili modo *Virgo singularis* fuit in annunciatione (Tert. *adv. Jud.* 2), cum facta est simul mater et virgo; tunc non solum singularis, sed et ipsa singularitas fuit; *singularitas tota est*; quia singulari, portentosae et omnibus secundis mirando prodigo gloriam virginitatis simili cum gloria maternitatis conjunxit, quo nihil eminentius, nihilque Mariæ videtur esse posse gloriosius. Sicut enim phoenix nictur de singularitate famosus: *alitem Orientis peculiarem de singularitate famosum* (*id. de resur. carn.* 13); ita etiam Maria ob singulare illud privilegium, quo sine virginitatis detimento mater Christi est effecta, in aeternum collaudabitur et omnes homines eam venerabuntur, qui semper proclamabunt, quod Maria *virginitatem gratiam tenuit et fecunditatis gloriam acquisivit* (*S. Bonav. in spec. Virg.* 7). Mariam sacramentum gloriae monstrum vocat *S. Martyr Ignatius: celeste proulgium, sacratissimum monstrum* (*Ep. 1 ad Jo. Apost.*). Non horrendum nature, immo sacratissimum gloria monstrum et prodigium fuit Maria; quia sicut monstra dicimus, cum duo valde dissimilata et diverse specie inter se junguntur, ut eum puer caput habet, arietinum, vel cum vitulus caput gerit humannum; ita Maria est monstrum honoris et glorioz, quia duo glorioissima privilegia, puta Christi maternitatem et virginitatem in seipso copulavit; glorioissimum enim ei erat, quod esset virgo, virginum primiceria et virginum regina; glorioissimum etiam quod esset Mater Christi, quodque sument cum aeterno Patre filium habuerit, adhuc glorius et quasi monstruosum est, quod Maria haec duo in seipso conjuxerit, quodque simul Dei Mater et Virgo purissima extiterit. Maria sola est quae hac potitur gloria et quae in aeternum laudabitur, quia simul Virgo et Dei Mater fuit: *sola haec est beata Deipara, in qua virginitas et maternitas obfaverunt sibi: in ea factum est, quod factum non fuerat, nec sicut in aeternum* (*S. Bern. serm. sup. Sign. magn.*). Miramini et obstupescite audientes, Deum tot et tanta ad Marias gloriam fecisse: *quis haec audiens non obstupescat*, inquit *S. Anselmus*, et *quod Deus tale quid velle potuerit, non ultra omne quod*

*dici potest, admirabile dicas? (de excel. Virg.).* Est certe quod miremur, et est quod Mariam, cui tanta inest gloria, religiosissime et humillime veneremur. Verum est, multis hoc aeo specientibus B. Virginis inveniri devotos; multi eam venerantur quoad externa quedam devotionis et pietatis exercitia, revera panet ei sincere et perfecte habentur devoti, quia pauci peccata et omnem immuniditatem a seipsis expellunt. Cupit B. Virgo, eos qui ipsi famulari gloriantur, esse candidos, castos et a lethali peccati macula alienos; tales ei placent fauilli, quales erant Nazarei, de quibus sit Jeremias: *candidiores Nazarei ejus nive, nitidiores lacte* (*Thren.* 4), quare si B. Virginis famulari cupiatis, omne peccatum a vobis procul pellite: *recedite, exite inde, pollutum nolite tangere, exite de medio ejus* (*Isa. 32*). Narrat Sophronius Siriacum Abbatem aliquando ad sua cellæ fores B. V. Mariam mirabil majestate et gloria fulgentem invenisse; qua humiliter salutata, eam enixe rogavit, ut cellam ingredi dignaretur, sperans, quod per ejus presentiam cella sanctificaretur et quasi in alterum paradisum immitaretur: cui Virgo: *habes in cella inimicum meum et vis ut ingrediar?* (*Prat. spirit.*, 14). Quibus dictis evasit et evanuit. Sanctus autem Abbas gravi more confectus, cellam ingreditur, ut Marie hostem inquirat; et cum sollicite undique quiescisset, nec invenisset, tandem in camera invenit librum quemdam a Nestorio adversus Dei Genitricem compositum; hunc intellexit, quid significarent que dixerat Maria, statimque in ignem proiecit librum, dicens: *non manebit in cella mea Dei Genitrix, et Dominus meus inimicus*. O christiane, si B. Virgo S. Abbatis cellam ingredi renuit, quia in ea latenter heretici Nestorii liber, qua ratione censemus, grata ipsi tua fore obsequia, quandiu peccate mortali admires? Peccatum mortale est infinitissimum Christi et Mariae inimicus; ideo si V. M. devotus esse peropera, hunc ejus inimicum et cordis tui cella expelle; die cum S. Abbat: *non manebit in cella mea S. Dei Genitricis inimicus*. Procul pella avaritiam, luxuriam, invidiam et alios Mariæ inimicos, eos in anima sua habitare ne sinas et Maria ad te veniat per suam protectionem, qua mediante gloriam et gloriam imprebaris. Amen.

## CONCIO SECUNDA.

*Dominus tecum* (Luc. 1).

Tanta hodie Mariani ulti apparet gloria, ut eum superbam vocaret D. Zeno: *superbus*, inquit, *emicit center Verbo* (ser. 3 de nat. Marie). Crediderim, sanctum hunc Antistitem meminisse illius Isaiae vaticinii hodie praesertim M. Virginis aptandi: *ponam te in superbiam sacerdotum*, seu ut legit Paginus, *ponam te in gloriam eternam* (Is. 60); hodie enim Marie uterus in superbiam ponitur et eternam sibi conciliat gloriam, cum Patris aeterni Verbum in eo incarnatur, et in eo manet per unionem hypostaticam: *Dominus tecum*. Verum est, Deum ante Verbi incarnationem in Maria fuisse per essentiam, per presciam, per potentiam, per gratiam et per singularem protectionem; nunc autem, o rem mirabilem et omnibus seemilis commemorandam! Angelus, qui omnibus his molitis Deum Marie inesse probe sciebat, eum novo, gloriose et portentoso quodam modo in illa futurum annunciat, per incarnationem scilicet et per unionem ejus cum humana natura, que in utero Marii fieri debet. *Dominus tecum*. Contemplemur nunc Verbum aeternum non in sinu Patris, sed in ventre matris; explicemus modos mirabiles, quibus Christus Mariae inest. Ave.

Mihi audire videor angelum colesti maiestate dicentem Mariam: *Dominus tecum*. Jamvero optarem, ut explicaret mirabilis ille nuncius, quomodo Dominus est cum illa! Dicito, queso, Angele Dei, quomodo cum Maria sit Dominus? *Dominus tecum plus quam mecum* (S. Aug. serm. 18 de temp.); Dominus, ut vice angeli loquitur Augustinus, est cum Maria plus quam cum ipso angelo nunciente. Angelus est cum Christo, ut Verbo, quo frui tur, et cuius possessione beatificatur; magis tamen Christus in Maria, quam in angelo, quia Christus in ea est ut in throno,

Concio II — De Annunciatione B. Virginis Marie 103

ut in templo et ut in paradiso. Christus rex erat, sacerdos erat, Deus erat. Si rex, ubi thronus? Si sacerdos, ubi templum? Si Deus, ubi paradisus? Maria utique est thronus hujus regis, templum hujus sacerdotis et paradisus hujus Dei; et enim jam videtis, Christus est in Virginis utero 1. ut rex in throno suo; 2. ut sacerdos in templo suo; 3. ut Deus in paradiso suo. Ecce quomodo Christus est in Maria: *Dominus tecum*.

## I PARS.

*Christus est in B. Virginis utero, ut rex in throno suo.*

Christus, qui *Dominus dominorum est et Rex regum* (Apoc. 17, 14), tres habuit thronos, inquit Doctor Seraphicus (in Ps. 88). Primum in celo, ubi, ut Verbum in Patris aeterni sinu, velut in glorie sue throno residet: *qui est in sinu Patris* (Joan. 1, 18). Secundum in Ecclesia militante, ubi usque ad mundi finem per specialem protectionem permanebit: *thronus tuus, Deus, in seculum saeculi* (Heb. 1). Tertium in sinu Marie, qui fuit *thronus*, quem sibi elegit, *thronus* quem sibi fecit, *thronus* in quem intravit et *thronus* in quo novem mensibus mansit. Ut magnam amoris potestatem indicant antiqui, illum una manu pescam, altera vero spicas et flores tenentem pingebant, ut inde quidquid maris litoribus, aut terrarum finibus clauditur, amori tributum penderet ac illius imperio subi manifestarent. At latior adhuc amoris patet ditio, ampliores sunt potestatis ejus termini; etenim ipsi quoque celo tantum imperat tributum, ut ex tribus que in Deo sunt personis, unam sibi dari praecipiat, quae quidem amori et ex amore data est; nam ut ait dilectus discipulus, *sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret* (Joan. 3, 16). Hic autem Dei Filius in hunc mundum veniens, regalem thronum in B. Virginis utero sibi elegit; *rex coli*, inquit Albertus Magnus, *Mariam in solium glorie sibi elegit* (q. 15 sup. Missus). Hunc suum thronum ebore candidorem, auro di-

## CONCIO SECUNDA.

*Dominus tecum* (Luc. 1).

Tanta hodie Mariani ulti apparet gloria, ut eum superbam vocaret D. Zeno: *superbus*, inquit, *emicit center Verbo* (ser. 3 de nat. Marie). Crediderim, sanctum hunc Antistitem meminisse illius Isaiae vaticinii hodie praesertim M. Virginis aptandi: *ponam te in superbiam sacerdotum*, seu ut legit Paginus, *ponam te in gloriam eternam* (Is. 60); hodie enim Marie uterus in superbiam ponitur et eternam sibi conciliat gloriam, cum Patris aeterni Verbum in eo incarnatur, et in eo manet per unionem hypostaticam: *Dominus tecum*. Verum est, Deum ante Verbi incarnationem in Maria fuisse per essentiam, per presentiam, per potentiam, per gratiam et per singularem protectionem; nunc autem, o rem mirabilem et omnibus seemilis commemorandam! Angelus, qui omnibus his molitis Deum Marie inesse probe sciebat, eum novo, gloriose et portentoso quodam modo in illa futurum annunciat, per incarnationem scilicet et per unionem ejus cum humana natura, que in utero Marii fieri debet. *Dominus tecum*. Contemplemur nunc Verbum aeternum non in sinu Patris, sed in ventre matris; explicemus modos mirabiles, quibus Christus Mariae inest. Ave.

Mihi audire videor angelum colesti maiestate dicentem Mariam: *Dominus tecum*. Jamvero optarem, ut explicaret mirabilis ille nuncius, quomodo Dominus est cum illa! Dicito, queso, Angele Dei, quomodo cum Maria sit Dominus? *Dominus tecum plus quam mecum* (S. Aug. serm. 18 de temp.); Dominus, ut vice angeli loquitur Augustinus, est cum Maria plus quam cum ipso angelo nunciante. Angelus est cum Christo, ut Verbo, quo frui tur, et cuius possessione beatificatur; magis tamen Christus in Maria, quam in angelo, quia Christus in ea est ut in throno,

Concio II — De Annunciatione B. Virginis Marie 103

ut in templo et ut in paradiso. Christus rex erat, sacerdos erat, Deus erat. Si rex, ubi thronus? Si sacerdos, ubi templum? Si Deus, ubi paradisus? Maria utique est thronus hujus regis, templum hujus sacerdotis et paradisus hujus Dei; et enim jam videtis, Christus est in Virginis utero 1. ut rex in throno suo; 2. ut sacerdos in templo suo; 3. ut Deus in paradiso suo. Ecce quomodo Christus est in Maria: *Dominus tecum*.

## I PARS.

*Christus est in B. Virginis utero, ut rex in throno suo.*

Christus, qui *Dominus dominorum est et Rex regum* (Apoc. 17, 14), tres habuit thrones, inquit Doctor Seraphicus (in Ps. 88). Primum in celo, ubi, ut Verbum in Patris aeterni sinu, velut in glorie sue throno residet: *qui est in sinu Patris* (Joan. 1, 18). Secundum in Ecclesia militante, ubi usque ad mundi finem per specialem protectionem permanebit: *thronus tuus, Deus, in seculum saeculi* (Heb. 1). Tertium in sinu Marie, qui fuit *thronus*, quem sibi elegit, *thronus* quem sibi fecit, *thronus* in quem intravit et *thronus* in quo novem mensibus mansit. Ut magnam amoris potestatem indicant antiqui, illum una manu pescam, altera vero spicas et flores tenentem pingebant, ut inde quidquid maris litoribus, aut terrarum finibus clauditur, amori tributum penderet ac illius imperio subi manifestarent. At latior adhuc amoris patet ditio, ampliores sunt potestatis ejus termini; etenim ipsi quoque celo tantum imperat tributum, ut ex tribus que in Deo sunt personis, unam sibi dari praecipiat, quae quidem amori et ex amore data est; nam ut ait dilectus discipulus, *sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret* (Joan. 3, 16). Hic autem Dei Filius in hunc mundum veniens, regalem thronum in B. Virginis utero sibi elegit; *rex coli*, inquit Albertus Magnus, *Mariam in solium glorie sibi elegit* (q. 15 sup. Missus). Hunc suum thronum ebore candidorem, auro di-

torem, margaritis pretiosorem et omnibus aliis regalibus solis poichiroem efficit. Mariae dixit Angelus, eam apud Deum invenisse gratiam: *invenisti gratiam apud Deum* (Luc. 1, 30); quam gratiam? respondet Guerrius abbas: *Maria singularem pre omnibus electis invenit gratiam apud Deum, ut videat Dei conceiperet et parceret Filium; atque ex ebore corporis ejus thronum sibi virtus Altissimi sine manibus excideret glriosum* (ser. I in Annunc.). Quibus verbis patet, quod duplicum, specialem et insignem gratiam invenierit Maria; prava est, quod eam Deus pre ceteris omnibus ex gratuita dilectione elegerit in matrem suam; secunda, quod ex carne ejus, quasi ex ebore, preclarum et pretiosum thronum sibi elaboraverit; atque ex ebore corporis ejus thronum sibi virtus Altissimi sine manibus excideret glriosum. Unde si rex Salomon fecit thronum de ebore grandem (III Reg. 10, 18), verus etiam Salomon Christus de ebore corporis Mariæ thronum sibi fecit grandem et magnificum, de quo convenientius, quam de Salomonis throno dicitur, quod non est factum tate opus in universis regnis. Hunc thronum sibi fecit Verbum aeternum et in hunc thronum intravit, cum naturam humana assumpsit: fecit thronum, inquit Petrus Damiani, utrum videlicet intemerata Virginis, in quo sedet illa maiestas. Felix thronus, in quo sedet Dominator Dominus, in quo et per quem non solum omnes, sed omnia renovantur (s. de Natio. Virg.). Cum Mariam salutavit angelus, haec turbata est in sermone ejus. Turbatur Maria vel ob angelica majestatis fulgore, vel ex pudore virginis, vel etiam, ut ait D. Laurentius Justinianus, turbatur ex tam honorifica salutatione in sui laudem facta, ac ex tamen magnilibus, quae de se audiuerat; tanta enim ejus erat humilitas, ut cum laudaretur ab angelo, torqueretur in corde. Verum aliam rationem comminationis Marie nostro proposito congruentissimam adducit sanctus Petrus Chrysostomus: *Maria, inquit, turbata est, quia in ingressu angeli sensit divinitatis ingressum* (ser. 143). Sicut enim die Palmarum commota est universa civitas Ierosolyma (Matt. 21, 10), cum in eam Christus triumphans et tamquam rex

ingressus est, ita et turbata est Maria, quia cognovit Christum regem et totius mundi imperatorem in ipsis uto, velut in throno suo, mox suscipendum: *turbata est, quia sensit divinitatis ingressum*. In sinu Patris ab aeterno erat Christus ut Verbum: ibi mensurabilis et incomprehensibili fruebatur beatitudine, ibi a mundi creatione angelorum erat beatitudo; at hodie, ut loquitur D. Thomas a Villanova, *Virgo suis eum precibus traxit e calo, haec suis meritis et virtutibus coelum incastris (de part. Vir.)*: verum quidem, quod Maria incarnationem Verbi neq; de condigno, nec de congruo meruerit, quia utrumque meritum requirit gratiam; gratia autem supponit incarnationem factum, aut faciendum; nam ex ordinatione divina omnis gratia est a Christo et per Christum: *gratia Dei per Jesum Christum* (Rom. 7, 21); ac proinde Verbi incarnationem Maria non meruit, nec mereri potuit de potentia Dei ordinaria. Posito autem divino decreto de futura Verbi incarnatione, meruit de congruo Maria, quod in Christi Matrem eligeretur et quod Verbum in ejus uto incarnaeretur. Et in hoc sensu ait S. Thomas a Villanova, eam suis precibus et meritis Verbum in sinu suum attraxisse: *haec Virgo suis eum precibus traxit e calo*, eumque in sinu suum, voluti in thronum, sola Maria trahere et suscipere meruit, ut ait D. Augustinus: *sole meruit Deum et hominem paritura suscipere, facit thronus Dei et aula Regis aeterni* (serm. de Assumpt.). Tanta erat pulchritudo Mariæ ratione virtutum et meritorum ejus, ut Verbum aeternum ejus amore capiun dixerit: *averte oculos tuos, quia ipsi me acolare fecerunt* (Cant. 5). Quas verba explicans prefatus Antistes, ait: *unde, aut quo acolare, nisi a sinu Patris in uterum Matris?* (Ubi sup.). O mirabilem potentiam virtutum et meritorum Mariæ, que Verbum increatura in sinu ejus attraxerunt et volare fecerunt! in sinu ejus volavit, in eum intravit et velut in regio suo throno novam mensibus mansit; ipsa enim est quasi columna nubis, in qua Deus suum thronum posuit. *Maria*, inquit Doctor Seraphicus, *est thronus Dei; ipsa enim est columna nubis*. Hic est thronus, in quo rex gloriae Christus sedet et habitavit:

*rex desideravit gloriam tuæ pulchritudinis, inquit Andreas Cretensis; rex anavit divitias tuæ virginitatis et in te habitarvit* (Orat. 2 de dorm. B. V.). Mariam alloquens Dionysius Carthusianus, ait: *nihil sic singulariter, sic mirabiliter potest dici Dei thronus, quemadmodum venter tuus benedictus, quia mansit in te tota dicinatas corporaliter* (de dignit. Mar. 22). Cœlum, terra, mare et omnes creature aliquo sensu dici possunt Dei thronus, puta, quia Deus in omnibus est et omnia implet per essentiam sue immensitudinem; Maria modo specialiori et eminentiori Dei thronus dicitur, quia in ejus utero Deus incarnari, homo fieri et corporaliter manere dignatus est. Unde Maria a D. Damasceno vocatur *sedes ejus qui nullo capitul loco* (Orat. de dormit. B. M.); ideo etiam S. Ildephonsus eam *solum gloriam Dei appellat* (ser. 8 de Assumpt.). Et Hugo cardinalis ait, Mariam esse solum excelsum et elevatum quod vidit Isaías (6, 1): *vidi*, inquit Propheta, *Dominum sedentem super solum excelsum et elevatum*. Illud solum variè explicant, at praefatus cardinalis ait: *per solum excelsum et elevatum intelligitur B. Maria, in qua Christus dum sedet et requievit*. O solum sublime! o thronum mirabile! Sancta miratur Ecclesia, quod in Maria inhabitat Deus non horruerit: *non horruisti Virginis uterum*. Horruisset Verbum aënum in Theresia, Agnete, Barbaræ et aliarum sanctorum Virginum utero incarnari, quia hec omnes originale peccatum contraxerant; in Mariam autem intrare et in ejus utero carnem assumere non horruerit, quia haec originale non contraxit peccatum et purissimis Virginibus prior fuit; non horruerit quidem Virginis uterum, quin contra in eo incarnari elegit, in eum intravit et in eo, velut in throno, die mansit et requievit: *per solum excelsum et elevatum intelligitur B. Maria, in qua Christus dum sedet et requievit*. Miror, Christiani non horruisse Virginis uterum et in eo, velut in throno suo novem mensibus requieuisse; ast miror magis, quod idem Christus in corpora nostra intrare et in his aliquando manere velit, quotiescumque sacram Eucharistiam sumimus: *qui manducat meam carnem*, inquit, *et bibit*

*meum sanguinem, in me manet, et ego in eo* (Jo. 6). Cum sacram sumpsimus Eucharistiam, non in nobis est Christus solum per charitatem, sed per seipsum, ac per veram et realem sue carnis, unque sanguinis communicationem: *qui edit et bibit carnem et sanguinem Domini, in ipso manet Domino, et Dominus in ipso*. Contemperatio fit nova, et super rationem, ita ut sit Deus in nobis, et nos in Deo; sic Theophylactus. Quid familiari similitudine explicat S. Cyrillus, dicens: *sicut si quis liquefacta ceres aliam ceram infuderit, alieran cum altera per totum communiceat necesse est; ita si quis carnem et sanguinem Domini recipit, cum ipso ita conjungitur, ut Christus in ipso et ipse in Christo inventetur* (in Joan. 4, 34). O nos felices nimium, quod idem Christus, qui in Mariæ incarnatus est utero, ad nos veniat et intra nos maneat! o invisibilis conditor mundi, quam mirabiliter agis nobiscum! o ineffabilis gratia! o admirabilis dignitas! o amor immensus homini singulariter impensus! Unde hoc nobis, quod Dominus noster veniat ad nos? *Unde hoc mihi*, inquit piissimes Thomas a Kempis, *ut cenis ad me? quid ego sum, ut prastes mihi teipsum? quomodo audet peccator coram te appareat? et quomodo tu dignaris ad peccatorem venire?* (De intit. Chr. 4, 2). Mira quidem res et humanum superans intellectum, quod Christus verus Deus et homo sub modica specie panis et vini ad nos venire, et in nobis habitate dignetur. Letamini et exultate in Domino, qui tantum nobis beneficium impendit; verum et Christo venturo hospitium preparare, magna cum sollicitudine ad illum recipientum corda et corpora vestra aptate. Heu! si Nos virgines in arcis fabrica centum annis laboravimus, ut cum paucis salvaretur; si Moyses arcam ex lignis imputribilibus fecit, quam et mundissimo vestivit auro, ut tabulas legis in ea reponeret; quanto magis laborare debemus, ut Christo totius mundi conditori paremus hospitium! Puritate, humilitate et omnibus virtutibus affluat Maria, cum in ejus utero Verbum incarnatum est; omnium similiter virtutum exercitio indesinenter vacate, ut digni efficiamini ad recipientum eundem Chri-

stum, qui in B. Mariae Virginis utero fuit, sicut rex in throno suo: *ac etiam sicut Pontifex in templo suo.*

## II PARS.

*Christus est in B. Virginis utero, ut sacerdos in templo suo.*

Christus in hunc mundum venit, ut Pontificis munus obiret; hic fuit Pontifex, qui introivit semel in sancta, et qui corporis sui sacrificium pro humani generis salute obtulit Patri. Unde eum Pontificem magnum vocat D. Paulus: *habemus ergo Pontificem magnum* (Heb. 4, 14). Nec solum in aro crucis Pontifex fuit, etiam in B. Virginis utero, qui fuit *templum*, in quo Christus habitavit; *templum*, quod sanctificavit; *templum*, in quo nuptias cum natura humana contraxit; et *templum*, in quo nos aeterno Patri reconciliavit. De Beata Virginis utero sancta canit Ecclesia, quod Dei templum extiterit: *templum Dei factus est eterus nescientis virum*. Hoc fuit sanctissimum, mundissimum et charitatis auro fulgentissimum *templum*, in quo Christus aeterno Patri habitavit: *Christus*, inquit S. Bernardus, *in Maria habitavit, ut Creator in mundo, ut Pontifex in templo* (ser. de B. Mar.); et, ut loquitur Dionysius Alexandrinus: *Christus in sancto suo tabernaculo non manuacto habitavit, quod est Deipara; illic enim ipse rex glorie factus est Pontifex* (in cap. 9 ep. ad Heb.). Christus ante incarnationem et ut Verbum, preces fundere, sacrificia offerre et alia sacerdotis munia obire nequebat; in B. V. utero sacerdos factus est, in eo ut sacerdos inhabitat et in eo ab instanti conceptionis pro mundi salute oravit, seipsum Patri in sacrificium obtulit, aliqua summi sacerdotis officia adimplivit. O mirabile sacerdotem, qui in Maria utero sedet veluti in templo, in quo habitat, ac etiam *veluti in templo quod sanctificat!* *Sanctificavit tabernaculum suum Altissimum* (Ps. 45). Quod est illud *templum*, quod Deus sancti-

ficavit? Maria utique, ut ait S. Gregorius Thannaturgus: *Maria, inquit, est animatum Dei templum, quod Christus sanctificavit*. Sicut olim templum Salomonis Deus sanctificaverat: *elegi et sanctificavi locum istum*, ita inquit D. Ambrosius, Maria est templum animatum, quod per suam praesentiam Christus sanctificavit: *sibi sacravit templum pudoris, honestatis et puritatis* (de inst. virg.). Maria est etiam templum, in quo *Verbum divinum nuptias cum humana natura contraxit*. Gabriele intermuncio mirabilis in Virginis utero nuptiae celebatae sunt, quibus humana natura cum divino Verbo in eadem persona indissolubili nexus copulata est: *in utero virginali*, inquit sanctus Augustinus, *Deus naturae humanae, tamquam sponsus sponsa copulatus est* (in Ps. 18). In hoc coniubio sponsus fuit Verbum, et sponsa natura humana, quae illi indissolubili et aeterno vinculo unita est. Sicut enim de viro et muliere legitur Genesecos secundo: *erunt duo in carne una*; ita de his sposo et sponsa, id est, de Verbo divino et natura humana dicuntur: sunt duo in persona una, seu sunt duas naturae, divina et humana, in una divini Verbi persona, qua sustentantur et terminantur: natura enim humana Christi, loco proprio hypostasis divinam Verbi hypostasim summo Dei beneficio adepta est. Has nuptias late explicat S. Gregorius Papa (ho. 38, in Ep.), dicens: «tunc Deus Pater Deo Filio suo nuptias fecit, quando hunc in utero Virginis humanae natura conjunxit; quando Deum ante secula fieri voluit hominem in fine seculorum. Atvero quis ex duabus personis fieri solet nuptialis ista conjunctio, absit hoc ab intellectibus nostris, ut personam Dei et hominis redemptoris nostri Jesu Christi ex duabus personis credamus unitam. Ex duabus quippe, atque in duabus hunc naturis existere dicimus; ex duabus personis compositum credi, ut nefas vitium». Mirabile quidem hoc coniugium, in quo Verbum aeternum est sponsus et natura humana sponsa, cui indissolubili nexus Verbum unitum est, quia naturam quam semel assumpsit, nunquam dimisit. Jam vero in quo templo celebrate sunt haec nuptiae? In Mariae Virginis utero, qui, ut ait S. Bernardus, fuit templum sacratissimum, a Deo priedestinatum et

electum ad tales nuptias celebrandas. *Jam ergo uterum tuum, Domina, celum sacratissimum Dei vici templum totus mundus veneratur, quia in eo salus mundi initia est, ac praedestinatas a seculo nuptias Virgo cum Virgine prelibavit.* O mirabile templum, in quo haec nuptiae facte sunt! Fuit etiam uterus Marie templum mirabile, in quo mundi pax et reconciliatio cum Patre aeterno facta est.

In hoc templo, ut subdit idem Bernardus: *ruptus est paries inimicitarium, quem inter coelum et terram protoplastorum inobedientia contraraverat; ibi confederata sunt terrenis colestis et obviauerunt sibi in osculo pacis, quando in unam eademque personam concurrerunt divinitas et humanitas.* A quater mille annis inter eos et terram concitatum ardebat bellum; Christus autem qui in hunc mundum venerat, ut humanum genus cum Patre aeterno reconciliaret, Virginis uterum ac templum pacis elegit, in quo pacem nostram fecit et firmavit; in eo, ut ait S. Proclus, *communis pacis libertatis quo causa perfecta est* (Orat. hab. in Cone. Ephes.). Quia inter terrenos reges fit pax, non vera pax, potius quedam bellum consensu suspensi, sed inducere: unde inita inter eos pace, sua non confringunt arma, nec belli apparatum totaliter abdicant, quinquo tempore pacis ad bellum denuo inveniendum se preparant: et contra Mariam uterus extitit templum, in quo pax constans et perpetua firmata est: exinde omnia sua Deus arma confregit: *factus est in pace locus ejus: ibi confreyit potentias arcuum, scutum, gladium et bellum* (Ps. 71). Ad perficiendam illam pacem sanguinem suum se in cruce fusurum promisit Christus; et Maria, ut simul cum Christo pacem nostram faceret Christo sanguinem quem fusurus erat, largida est: *affundendam pro mundi pace sanguinem, quem de corpore tuo Christus accepit, ac de te sumpsit quod pro te solvit*, inquit S. Eucherius. Unde eam mundi pacem et conciliatricem vocat S. Ephrem: *tu pax, inquit, tu salus mundi, tu universi terrarum orbis conciliatrix.* Ipsa est pax nostra non solum quia in ejus utero, veluti in templo, pax nostra firmata est, verum etiam quia ad pacem nostram stabilendam

non parum contulit. O templum Deo dignum, in quo Christus ut Verbum inhabitavit, quod sacrificavit, in quo nuptias contraxit et pacem nostram fecit. Templum Dei nobilissimum ac perfectissimum fuit Maria et nos aliquo modo. Dei templum esse docet D. Paulus, dicens: *templum enim Dei sanctum est, quod estis cos* (1 Cor. 3, 17). Templum Dei sumus, quia quandiu in statu justitiae perseveramus, Spiritus Sanctus in nobis, sicut in templo suo, per suam gratiam inhabitat: et templum Dei sumus, quia cum Christum in Eucharistia sumimus, donec in statu gratiae vivimus, in nobis aliquando sicut in templo suo remanet. Igitur cavendum, ut subdit D. Paulus, ne hoc templum violemus: *templum Dei estis et spiritus Dei habitat in vobis.* Si quis autem templum Dei violaverit, disperdet illum Deus. Templum Dei sumus et templum illud violamus, cum peccamus mortaliter: omne enim peccatum mortale Deum, seu Dei gratiam a nobis expellit. O quam multi templum Dei violent; quam multi mortaliter peccant! Jehova destruxit templum Baal, illud violavit et in eo cloacas fecit: *destruxerunt eodem Baal et fecerunt pro ea latrinas* (IV Reg. 10, 27); et quotidie fideles, non Baal, sed Dei templum violent, cum mortaliter peccant, et in templo Dei, seu in cordibus suis avaritiae, luxuriae et omnium vitiorum cloacas faciunt: imo et in eis idola erigunt. Ezechiel propheta in templi pariete depicta vidit omnia idola domus Israël: *universa idola domus Israël depicta erant in pariete in circuitu per totum* (8, 10); multi similiter animas suas, que sunt templum Spiritus Sancti, deturpant; plurimi haec templa violent et in eis idola avaritiae, idola superbiae, idola concupiscentiae, et aliorum vitiorum idola erigunt et delineant. Ve vobis qui templum Dei violatis, quia disperdet vos Dominus: *si quis autem templum Dei violaverit, disperdet illum Deus.* Templum Jerosolymitanum violaverat Antiochus, ideo a Deo percussus periret, et jamjam moriturus dixit: *nunc vere reminiscor malorum, que feci in Jerusalem.* Cognovi ergo, quia propterea invenierunt me mala ista, et ecce pereo tristitia magna in terra aliena (1 Mach. 6, 12). Perit Antiochus, qui templum Jerosolymitanum violavit, et

peribunt omnes peccatores, qui animas suas, quae sunt tem-  
plum Spiritus Sancti, violabunt: *nam anima qua peccavit,*  
*ipsa morietur* (Ezech. 18, 4); morietur quidem spiritualiter per  
peccatum mortale, quod anime mortem spiritualem infert; ac  
morietur etiam morte eterna, si non convertatur. Cum itaque  
templum Dei sitis, ne illud templum violetis; potius illud magis  
et magis sanctificate; estote templa Dei sancta et pura, sicut  
B. Virgo, in qua Christus fuit ut sacerdos in templo suo; *ac*  
*etiam ut Deus in paradiſo suo.*

ALERE FLAMMAM  
VERITATIS

## III PARS.

*Christus est in B. Virginis utero, ut Deus  
in paradiſo suo.*

De Christo propheticō dixit Psaltes regius, quod *a summo  
celo egressio ejus* (Psal. 18), quod quidem de Christo ut Verbo  
recte intelligitur, quia a summo celo quasi egressus est, ut in  
Virginis uterum veniret; verum de Christo etiam, ut homine,  
haec verba intelliguntur, quia, ut homo, egressus est ab utero  
Virginis, qui uterum cœlum et summum cœlum, seu paradisus  
erat, *ratione magnitudinis et capacitatis, ratione puritatis et  
integritatis, ac ratione beatitudinis et felicitatis.* Cœli empyrei,  
seu paradisi, quanta sit capacitas et amplitudo, vix concepi  
potest: si enim terra globus, qui in se maximus est, respectu  
firmamentū instar puncti esse videatur, quanta est capacitas  
celi empyrei, quod et firmamentum et omnia alia corpora, tam  
celestia quam terrestria intra se claudit? Maxima certe et  
ineffabilis est capacitas paradisi, qui domus Dei est: *o Israel,*  
*quam magna est domus Dei* (Baruch, 3). Licit autem tanta  
paradisi sit magnitudo et capacitas, Maria tamen est paradisus  
ratione sue capacitatis, immo et paradiſo est capacior, quia,  
quoniam cœli capere non poterant, suo utero conclusit, et incom-  
prehensibilem sui uteri circulo comprehendit; ut enim habetur  
in concilio Ephesino, *quis vidit, quis audivit unquam tale?*

*incircumscrip̄tus Deus uterum inhabitat; quem cœli non capiunt, venter complexus est Virginis* (Cap. 7). Ante Verbi incarnationem Christus in celo erat qua Deus et non qua homo; ideo cum Deus sit incomprehensibilis, eum exili capere nequivant; hodie Deus, qui in se incomprehensibilis est, nature humana hypostaticē utitur et fit homo in utero Virginis; ac proinde, cum Virginis uterum comprehendat hunc hominem qui est Deus, quem cœli capere non poterant, uterus Virginis toto celo amplior et capacior dicitur. Imo Doctor Seraphicus Mariam non solum paradiſo, etiam toto mundo capaciorem et quoddammodo immensam vocat: *tu ergo immensissima  
Maria capacior es mundo: quia quem totus non capit orbis,*  
*in tua se clausis viscera factus homo (in spec. B. V. 5).* Quod prodigium admiratus S. Epiphanius, in haec verba pro-  
rupit: *o uterum impollutum, habentem circulum cœlorum,*  
*qui Deum incomprehensibilem, in te vere comprehensum portasti! O uterum celo ampliorem, qui Deum in te non coarctasti!* (serm. de laud. Deip.). Est ergo Maria paradiſus ratione sue capacitatis; est etiam paradiſus *ratione sue  
puritatis.* Sancti Ecclesie Pares Mariam cœlum cœlum vo-  
citant et cœlum revera fuit, tam quia coelesti charitate arsit,  
tam quia in ea sicut in celo, Deus suam sedem preparavit:  
*Dominus in celo paravit sedem suam.* Ac potissimum dicitur *cœlum, ratione puritatis angelicæ et coelestis, quia fulsi.* *Cœlum est Maria,* inquit Doctor Seraphicus, *quia coelesti paretate abundavit* (Ubi sup.); idemque docet Ricardus a S. Victore dicens:  
*sicut cœlum non est capax aliquius peregrinæ impressionis,*  
*ut loquantur astrologi; ita nec Deipara, propter admirabilem*  
*ejus impeccabilitatem, nullam peregrinam levissimi etiam  
peccati impressionem unquam suscepit (de Emman. 18).* Su-  
perimum cœlum, seu paradiſus, aliis omnibus cœlis purius esse  
videtur, quia hec est civitas coelestis, quae nihil sordidum re-  
cipit: *non intrabit in eam aliquid coquinatum* (Apoc. 21,  
27). In tartarum velut in magnam totius mundi cloacam, omnes  
criminum sordes defluunt; in paradiſo autem nihil immundum et  
inquinatum reperiri potest; unde coelestis illa civitas aurum

parum et mundum vocatur: *ipsa cibitas aurum mundum, simile vitro mundo* (Apoc. 21): non ibi latum, non ibi plumbum, aut contemptibile aliquod metalum; non ibi etiam argentum, vel aurum quod scoriam habeat, sed aurum mundissimum in star vitri perlucidum: *aurum mundum simile vitro mundo*. Colesti autem hunc Ierusalem, seu paradiiso, in hoc similis fuit Maria, cuius tanta fuit puritas, ut ea major sub Deo intelligi nequeat: *deinceps Virginem ea puritate nitere, qua major sub Deo nequit intelligi* (S. Ansel. de Concept. V. 18); in eam non intravit aliquid coinquatum; fuit aurum semper mundum, quod nullum unquam, sive originalis, sive actualis peccati scoriam habuit; haec in terra vives immunda, ne minime quidem imunditias maculam contraxit, in toto vita ejus decursu nec unum opus, nec unum verbum, nec una cogitatio reperiiri potest, que a divina lege et voluntate deviarit, aut discreparit. Ipsa tandem est paradisus ratione sue puritatis et in ea veluti in paradiiso purissimo commoratus est Christus: *bene paradisus Virginis uteru fuit, quem Spiritus Sanctus tanta gratiarum libertate profundit, quod Dei Filius factus est paradisus deliciarum*. Quum autem Maria fuerit paradisus ratione puritatis, *fuit etiam paradisus ratione beatitudinis et felicitatis* (Rich. a S. Laur. de Laud. V. 12). De Christo dicitur, quod de paradiiso exirevit: *ego sicut aqueductus exiui de paradiiso* (Ecol. 24, 41). Ante incarnationem de paradiiso egredi non poterat Christus ut homo, cum nondum esset homo, nec etiam ut Deus, cum Deus ratione sua impensisatis in omnibus locis semper necessario sit, nec de aliquo loco egredi valeat; quomodo ergo Christus exivit de paradiiso? Hoc dubium solvit Richardus a S. Laurentio, dicens: *exiuit de paradiiso, id est, de Virginis utero* (Ubi sup. I); quo ut ex paradiiso exiit Christus quando natus est et in quosquis in paradiiso mansit, quadriu in eo commoratus est, quia in eo coelesti semper beatitudine potitus est. Sic ut enim colum empyreum proprius locus est beatitudinis, ubi Deus beatis clare et faciliter se manifestat, ita sanctissimus Marie uteru, primus locus fuit, in quo Deus permanenter claram et beatificam sui visionem animae

Christi communicavit. In Christo homine duplex fuit beatitudo, uti docet D. Thomas, una increata et alia creata; ratione unius hypostaticae fuit beatus beatitudine increata, sicut ratione talis unionis est Deus; ast preter hanc beatitudinem increata oportuit, inquit D. Thomas (3 p. q. 9, ar. 2 sd 2), in natura humana Christi esse quandam beatitudinem creatam, qua frui cepit Christus ab instanti conceptionis sua, ut enim ait Richardus de S. Victore, *quod nos expectamus in consummatione, illi datum est in sua conceptione* (de Eman. 2, 22), seu illi data est ab instanti conceptionis beatitudo celestis, quam nobis dari expectamus, postquam omnia adimplerimus et consummaverimus, que nobis Deum facienda proposuit. Maria uterum *paradisum voluptatis* vocat S. Ephrem (orat. de laud. B. V.); quomodo paradiiso voluptatis dicunt uteru, qui potius carcer artissimos, quam paradiiso dicendum videtur? Hanc difficultatem explicit S. Petrus Damiani dicens: *locum voluptatis uterum Marie intelligo, in quo cumulavit omnes deliciarum delicias* (ser. 11). Jamvero quomodo in Mariano utero inventum delicia? in eo quidem omnes deliciae, quia in omnes eo est Christus Dominus, qui est objectum beatitudinis et principium omnium deliciarum paradiisi; et in utero Virginis omnes etiam sunt deliciae, quia in ea Christus ab instanti conceptionis paradiisi deliciae fruatur. Christus enim a conceptionis sua exordio, non solum hominum, etiam angelorum caput fuit, in illos influens gratiam et in istos gloriam; unde angeli jussi sunt eum adorare: *cum introduzisti primogenitum in orbem terre, dicit: et adorent eum omnes angeli Dei* (Heb. 1, 6). Idecirco cum Christus ab instanti conceptionis et in utero Virginis caput fuerit angelorum et in eos influxerit gloriam et beatitudinem, certum est, quod et ipse in Virginis utero gloria et colesti beatitudine perfectus potitus sit, quam ipsi angeli, quorum fuit caput; fuit ergo Christus in Virginis utero, non solum sicut in throno et templo suo, verum etiam sicut in paradiiso suo. Miramini, quod Christus tot mirabilibus modis in B. V. utero extiterit; pariterque obstupescite, quod idem Christus ad vos veniat et intra vos ingredietur, quicunque

S. Eucharistiam sumitis. Audite illum dicentem: *aceipite et comedite, hoc est corpus meum* (Mat. 26); o quale prodigium, Christus realiter ad nos venit et a nobis manducatur! *o res mirabilis, manducat Dominum pauper sercus et humili!* est certe quod miraculum, ac etiam quod nos probemus et quod ad recipiendum tantum hospitem corda et corpora nostra prepararemus. *Probet autem seipsum homo*, inquit D. Paulus, *et sic de pane illo edat* (1 Cor. 11, 28). Probare et serio examinare seipsum quisque debet, ut videat, an in ipso quidquam existat, quod Christo venturo displicere possit; probare quisque se debet, ita quod in seipso nihil impurum, nihil peccatum noscere relinquat; probare quisque se debet, inquit Haymo, *ne forte unde alii accipiunt remedium, accipiat ille iudicium ei damnationem.* Qui digne Christi corpus sumit, magnam gratiarum et bonorum spiritualium copiam percipit; *qui manducat indigne, iudicium sibi manducat* (1 Cor. 11); itaque probet quisque seipsum, ne corpus Christi sumat indigne. O quanta erat puritas Mariæ, quanta ejus humilitas et quanta caritas, cum in eis utero Verbum incarnatum est! Nihil ea purius, nihil humilius, nihil charitate ardenterius: has et alias Mariæ virtutes sectamini, ut non pro rursus indigne Christum percipiat; accedite cum fide viva, cum humilitate profunda, cum spe firma et cum charitate ardentissima, preparate corda vestra, ut digne Christum recipiatis et ipse vos in hoc mundo sua gratia et in coro sua gloria replebit. Amen.

## DE SANCTO FRANCISCO DE PAULA

## CONCIO UNICA.

*Psallemus virtutes tuas* (Psal. 20, 14).

Nomnulos in quibuslibet saeculis homines magnifica Deus exornavit sanctitate, ac heroicis dedit virtutum prærogativis, ut essent quasi præclara specula, quæ alii contemplarentur et veluti publica omnium virtutum exemplaria, quæ alii imitarentur. Prima nascentia Ecclesie secula suos habuere apostolos, suos martyres, suosque præclaros confessores; subsequentia vero suos admirata sunt Doctores illustrissimos, neconon variis diversorum ordinum sanctissimos institutores; novissimis autem temporibus, inter alios pereximis sanctitatis viros apparuit. S. Franciscus de Paula, qui præcellentissimum mansuetudinis, humanitatis, charitatis, ac omnium virtutum speculum et exemplar, non solum filii suis spiritualibus, verum et omnibus fidelibus extitit. Natus est in Calabria, ubi prima Ordinis Minorum posuit fundamenta; Siciliam adiit, ubi imperavit ventis et mari; Neapoli transiit, ubi Ferdinando regi plurima prædictit; Romanum invisit, ubi a summo Pontifice honorifice exceptus est; in Galliam tandem se contulit, ubi sanctissime in Domino obdormivit; et in omnibus prefatis locis miranda effulgit virtutibus, quas nunc enarrare et psallere intendimus: *psallemus virtutes tuas. Ave.*

Hominum imprudentium, superborum et inconstantium aut falsa aut nulla est virtus; quia *imprudentes* virtuti nimium severe insistere solent; *superbi* exterior tantum et apparenti vacant virtuti; *inconstantes*, qui ut luna mutantur, a virtutis exercito quod suscepunt, facile desciscunt. Ex christianis autem alii quidem severam, claram et gloriosam, et alii

ferventem sectantur virtutem; attamen non raro contingit, imprudentes esse eos, qui severam virtutem profitentur, superbos fieri eos, quorum virtus innotescit, et inconstantes eos, qui virtuti ferventi, seu qui nimis cum fervore virtuti adhaerent. S. Franciscus, cuius jam virtutes psallimus, in virtutum exercitu fuit prudentissimus, humillimus et constantissimus; virtus enim ejus fuit maxime austera, clara et fervens; fuit austera, sine imprudentia: clara, sine vanitate; fervens sine inconstancia. 1. Sancti Francisci virtus fuit austera absque imprudentia; 2. sancti Francisci virtus fuit clarissima, aliena a vanitate; 3. sancti Francisci virtus fuit fervens sine ulla inconstancia. Haec sunt tres hujus concionis partes.

## I PARS.

*S. Francisci virtus fuit austera sine imprudentia.*

1. Inter homines christianos, qui Christum crucifixum sequi profitentur, crux amplexuntur pane; plerique enim jejunare renunt, injurias condonare nesciunt, passionum mortificationi vacare recusant, nimium divitiarum et creaturarum affectum e corde evellere negligunt; nihil tandem durum, nihil difficile, nihilque pravis suis affectionibus contrarium pro Christo facere, aut pati volunt. Hi virtutem sectari et suo simili corpori placere cuperant; optarent simili et pietati adhaerere et voluptati indulgere; vellent Christo crucifixo famulari et timent carnis sus illecebras favore concupiscenter. Jamvero virtus, si vera sit, corporeas abicit voluptates et austernitatem amat; haec est flos caelstis, qui non inter delicias, ast inter spinas colligitur; est sapientia, qua non in terra suaviter viventum, verum in deserto penitentia inventur, et est sanctus habitat, qui sine labore gravi comparari nequit: spiritualis enim vita magistri pro certo semper habuerunt, virtutem in ardore esse positam et cum austernitate conjunctam, nullumque eam assequi valere, nisi continue sibi vim facere contendant. Quod

probe noverat S. Franciscus, qui a teneris annis severam et arduam sectatus est virtutem, nec unico temporis momento delicias, etiam licitis, cum vacasse scimus; toto vite sua tempore vigiliis, jejunii et aliis carnis macerationibus eum operam dedisse omnibus notum est. Et paucis verbis vita ejus austernitatem delineat *Surius*, dicens: cum juvenis adhuc asset Franciscus, Calabriaque incoleret, nunquam nisi nudis pedibus, etiam per glacies, nives (1), montes et acuta saxa, vepres, spinas que incidebat. In pueritia, adolescentia, juventute, senecta et decrepita etate, inter labores, jejunia, abstinentias, inumeratas corporis macerationes, eundem pene vivendi modum servavit. O magna hujus sancti austernitatem! Non semel cum aliqua voluptate legi varios loquendi modos, quibus utebantur antiqui, ut virtutem austernam esse debere patefacerent. Eam sudoribus acquiri dicebat Xenophon: *virtutu sudorem pro posuerunt Diu immortales* (2 de fact. et dict. *Socrat.*); eam inter rupe habitare ajebat Simonides: *virtus habitat in rupibus aditu difficilibus* (ap. Clem. Alex. strom. 2). Eam Firmianus (*de ver. cultu* 4) spinis horrentibus circumdatum proponebat: *virtus est spinis horrentibus aspera*. Altas radices virtutem habere, que sine labore multo evelli nequeunt, dixit Cicero: *virtus una est altissimis defixa radicibus*. Arduam esse ad virtutes viam dixit Seneca: *arduum in virtutes et asperum iter est* (de ira 2, 13). O qualem virtutis picturam! o qualem philosophiam! que quidem non placet hominibus concepiscenit, abdomeni et libidini deditis; non arridet iis, qui molibus vestuntur, qui aplantur quotidie splendide et qui in bonis ducent dies annos;

(1) Si tamen in his regionibus glacie et nives reperiuntur: constat enim per ea loca, se Italie meridionali, rigidorem hyemam aspergari posse veri Italiae septentrionalis: adeo ut illae vix aut se vir quidem aliquando decidat ac consipiat alqua levissima aës. Itajusmodi temperatus air multas simil penitentiae austernitatem suscipere, quas in aliis regionibus nullumodo vel non sine magno vita discrimine amplecti licet: ideo cavendum ne ex eo quod aliqui sancti aliquid prefererant, regalam summant pro disciplina virtutis et perfectionis.

placuit et arrisit S. Francisco de Paula, qui virtutem austeraum amplexus est et qui, ut alter Paulus, corpus suum durissime castigavit et in servitatem redigit: *castigo corpus meum et in servitatem redigo* (1 Cor. 9, 27). Non virtuti commode, facil et suavi vacavit; immo per austeras virtutis et penitentiae semitas ambulavit, corpus suum castigavit et sicut praefatus apostolus, mortificationem semper et ubique circumulit: *semper mortificationem Jesu in corpore nostro circumferentes* (2 Cor. 4, 10); sive enim esset in Calabria, sive in Sicilia, sive in Gallia, ubique duris flagellationibus, acerbis jejuniis, humi cubationibus et aliis multis macerationibus corpus suum cruciabat, semperque Christi mortificationem circumferbat, et per vita sua austerritatem corpus suum hostiam viventem, sanctam et Deo placentem offerebat. Omnis terra demirabatur austram virtutem quam sectatus erat S. Joannes Baptista, qui, cum adhuc esset puer, in altam secessit solitudinem, ubi diu remansit, *neque manducans, neque bibens* (Matt. 11), ut sit saec Textus; et ut addit S. Bernardus, *profecto neque vestiens, neque cubans* (ser. I de Nativ. Joan.). Erat Joannes non manducans, quia paucissimo et vilissimo utebatur cibo; vescebatur enim locustis et melle silvestri, risque parcissime viciit abbat; erat non bibens, quia solius aqua haustu siam extinguebat; erat non vestiens, quia hirsuta solum camelii pelle tegebatur; et erat non cubans, quia non in molli lecto, at humi decumbebat. O duram vivendi formam! o austeraum hujus innocentis virtutem! cui similem sectatus S. Franciscus, a teneris annis in eratum se condidit, in qua per sexennum ab omni prorsus hominum conversatione semotus permanxit; eratque ibi *neque manducans, neque bibens*, quia aliquibus solummodo vescebatur herbis, et sola aqua ad situm extinguentiam utebatur; erat etiam non vestiens, quia non tam ueste, quam dero cilicio carnem suam operiebat, et erat non cubans, quia non ei aliis inerat lectus, quam nuda humus. Virtutis austerae quam sectabatur Franciscus talia fuerunt exordia; ipse semper ivit de virtute in virtutem et quo factus est atate prosector, eo evasit ejus virtus anterior; mortificationem

non abdicavit cum solitudinem reliquit; toto vite sua tempore corpus suum jejuniis, vigiliis, flagellationibus et aliis severe virtutis adiumentibus castigavit; Christique mortificationem in corpore suo semper et ubique circumulit. Omnis Christi virtus cum austerritate fuit conjuncta et aliquo semper rigore condita; si enim jejunavit, ita ejus acerba fuisse jejunia, ut esuriem passus sit: *cum jejunasset quadraginta noctibus, postea esurit* (Matt. 4, 2); cum oraret, ita orationi incubuit, ut in ea pernoctaret: *erat pernoctans in oratione* (Luc. 6, 12); si dilexit nos, tanta ejus exituit charitas, ut pro nobis pati et mori voluerit: *Christus passus est pro nobis* (1 Pet. 2, 21); cum se humiliavit, tanta ejus exituit humilitas, ut crucis patibulo affigi voluerit: *humiliavit semel ipsum facius obediens usque ad mortem, mortem autem crucis* (ad Philipp. 2, 3); omnes tandem ejus virtutes arduae, heroicae et austerae dicende; in iis semper aliquis rigor et aliqua austerritas eluxit. Sanctus autem Franciscus mortificationem Christi circumulit; magistrum suum Christum imitatus simul cum ipso virtutem austeraum sectatus est; omnesque suas virtutes gravi cum austerritate conjunxit. Etenim jejunavit non solum per aliquot dies, verum sexaginta ad minus annos et fero semper in pane et aqua; corpus suum flagellarit, non ita ut aliquantulum solum doloris pateretur, quinimo adeo ut illud cruentaret et pene excoriaret; solitudinem adit, nec aliqua recreations ejus acerbitatem mitigavit, continuis mortificationibus eam sibi duriorem et acerbiorum fecit, ita ut omnium minimus nominari et reputari voluerit; Deum amavit ita ut per penitentie rigorem pro eo quotidie moreretur. Ecce virtutem vere heroicam et maxime austera; verum sancti Francisci virtus exitit austera *sine imprudentia*.

2. Postquam D. Paulus ad severam nos hortatus est virtutem, monet nos, ut caveamus, ne virtuti nimis severae et dure imprudenter vacemus: *rationabile, inquit, obsequium vestrum* (ad Rom. 12). Quae verba explicans Doctor Angelicus, ait: *rationabile obsequium vestrum ita quod corporis afflictio non sit nimia, sed moderata et rationabilis.* Vacas virtuti

minus duræ, quam Dens et leges exigant? tepidus es. Virtutem nimis austeraam et duram amplecteris, ita quod corpus nimium atteras? imprudens es. Hanc autem nimis duram et imprudentem virtutem viris püs et Dei amore ferventibus aliquando inspirat Satanas; coniisque enim mores et propensiones explorat, ut apertos eis laqueos paret; et cum aliquos Dei amore fereentes videt, illis virtutis exercitia nimis ardua et importunitatis inspirat, ut tandem nimio labore gravati et fessi, viam virtutis abiciant et vitiis indulgent. O quam imprudenter agunt qui malignis demonis suscionibus obtemperant, duriorem et acerbiorum vita rationem suscipiant! E contra, o quam prudens extitit S. Franciscus, cuius quidem virtus dura et austera, comite prudentia, non ultra corpus attrivit, quam Deus ab eo exigeret. Si alius ab eo pari gratia non preventus et a Deo ad tam sublimem perfectionem minime vocatus vellet, toto vita sua tempore absque ullo fere obsomii usu jejunare, nudis pedibus etiam inter nives et glacies incedere, proprium corpus crebro flagellis cruentare et alijs duris virtutum exercitis, quibus ipse indubst, insistere, hic quidem imprudens foret neque rationabile ejus dicendum obsequium; in Francisco nulla se prodidit imprudentia, quia ad virtutes illas heroicæ et difficiles eum Deus vocavit, ut illum mirabile angelis et hominibus heroicarum virtutum spectaculum exhiberet. In antiqua lege prohibuerat Deus, ne aliquod ipsi sine sale offerretur sacrificium: *quidquid obuleris sacrifici, sale condies* (Levit. 13). Cur omnem victimam sale condiri optabat Deus? ut doceat nos, inquit Doctor Angelicus, *quod sacrificium corporis nostri, quod ei in nova Lege offerimus, debet sale prudentie condiri* (in c. 12. ep. ad Rom.). Nonnulli, non Spiritus Sancti impulsi, potius proprii motu, vel demonis inspirations docti adeo gravibus se dedunt preuentis operibus, ut carnem suam non restringere, sed extinguere, non reprimere, immo opprimere velle videantur; hi plerunque in via virtutis corrunt, quia sacrificium suum sale non condunt; S. Franciscus sacrificium suum sale condidit, dum licet omnes ejus virtutes essent heroicæ et maxime severæ,

talis austoritas sancta prudenter respectu virium ejus et voluntatis Dei; erat prudens respectu virium ejus, quibus a Deo preditus ad diuina quaque perferenda confortabatur; erat etiam prudens respectu voluntatis Dei, quia a Deo ad virtutem austeraam et duram vocabatur, ut hac via ad altissimum sanctitatis fastigium firmo gradu concederet. O mirabiles S. Francisci virtutes, in quibus magna austoritas simul cum prudentia copulata est! o sacrificium vere sapientis sale conditum. Suadet Spiritus Sanctus, ut gravibus mortificationibus nostra affligamus corpora; vultque, ut quisque corpus suum, veluti servum vel asinum insipiat et male accipiat. Servi et asini multum onerantur, vilissime et parcoe nutritur, virgis stepe vel fastib[us] percutuntur et semper aspere tractantur: eodem plane modo vult Spiritus Sanctus, ut erga nostra nos geramus corpora: *cibaria, inquit, et omnis asino, panis et disciplina et opus serco*. Nihilominus mox cautelam addicit, dicens: *verum sine iudicio nihil facias grave* (Ecli. 33. 25); seu graves penitentias et mortificationes extraordinarias sine iudicio et imprudenter nunquam suscipient: sub tali cautela ac cautione sanctus Franciscus vitam et virtutem austeraam suscepit; verum quidem quod corpus suum, valut vile animad, ant sicut servum torserit; illud enim crebro flagellavit, illud cibavit raro, illudque innumeris mortificationibus cruciavit; iamne in his omnibus prudentissime se habuit, quia nil sine Dei inspiratione et majorum suorum iudicio molitus est; ideo fatidum virtutem ejus fuisse austeraam sine imprudentia. *Virtus autem ejus fuit etiam clara et gloriosa sine vanitate.*

## II PARS.

*S. Francisci virtus fuit clarissima sine vanitate.*

I. Licei virtutes nostras ex superbie motivo hominibus prolatare sit nefas, eas tamen manifestari et notas fieri exoptat Christus, ut qui eas auscultati fuerint, ad recte vivendum et

ad Deum laudandum moveantur; sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona et glorificant Patrem vestrum, qui in celis est (Matth. 5, 16). Omnia quidem hominum virtutes lucere oportet Christus, ac eorum praeceps, quos in Ordinum religiosorum institutores et patriarchas elegerit; eorum virtutes non sub medio ponit, at super candelabrum extollit vult, ut omnibus, qui in domo sunt, luceant, et sic praefulgentissimas Benedicti, Bernardi, Dominicci, Francisci Assisiatis et aliorum sanctorum institutorum virtutes esse curavit, et ne alio nostra declinet oratio, unum nunc intueor. S. Franciscus de Paula Ordinis Minimorum institutorem, cuius virtutes clarissimas et fulgentissimas extiterunt. Lux virtutum ejus coram omnibus luxit hominibus; luxit summa ejus paupertas, luxit virginica puritas, luxit caritas ardentissima, luxit portentosus ejus penitentia; omnes denique ejus mirabiliter eluxere virtutes; non solum fratribus, etiam principibus, prelatis et summis Pontificibus, non tantum in uno aut altero privato opidulo, verum etiam in omnibus totius orbis provinciis et regnis; non aliquibus tantum personis, verum et omnibus fere hominibus, qui tanti viri virtutes et merita contemplati ac admirari sunt. Unde sanctus hic patriarcha fuisse videtur portentosus quidam cometa, ad quem contempnendum et mentem et oculos quisque convertit, et cuius splendidas ac claras quisque admiratur virtutes; que clariores et fulgentiores apparuerunt per futura, que predixit, per mysteria profundissima, que explicavit, et in primis per innumera miracula, que operatus est. Moysi, Petro, Paulo et aliis multis sanctis viris dedit Deus potestatem miracula operandi, ut per ea virtutes illorum clariores, fulgentiores et coram hominibus mirabiliores redderent: fulgor miraculorum in virtutes illorum novum splendorem influebat et illas longe lateque coruscantes, ac coram populis clariores et gloriores praestabant. Jamvero quidquid aliorum sanctorum virtutes claras, spectatas et commendabiles reddidit, in uno reperiri videtur Franciscus, cuius tot miracula, quot opera extiterunt. Mirati sunt Iudaeani Moysen percutientem petram et aquas educentem. Eduxit aquam de petra et deduxit

tamquam flumina aquas (Ps. 77, 16). Franciscus vero, velut alter Moyses, ter baculo aridam perensit terram, et ex ea tres exiere fontes, qui aquam in abundantia dederunt. Ostupuerunt et demirati sunt rex Nabuchodonosor, ac regni ejus proceres Danielum cum sociis in accensa fornace commemorantes, nec aliquid ab igne detrimentum patientes; non minus autem mirabile censemur, Franciscum in accensam fornacem intrasse, in medio flammarum ambulasse, in iis tantum temporis quantum ad alias ruinas resarcendas necessarium erat, remansisse, et tamen nec unicum vestis ejus illum crematum fuisse. Mirati sunt populi sanctum Gregorium Thaumaturgum, qui potestate a Deo sibi tradita monte unum miraculose e loco suo movit; pariter ad Francisci preces recesserunt montes, quantum necesse fuit, ut darent spatium sufficiens ad magnum conventum construendum. Si aliqui sancti super undas ambulaverunt, Sicilia tretrum Franciscus, strato super fluctibus pallio, simul cum socio transiit. Si sanctorum alii caecos illuminarunt, paralyticos alii redintegrarunt et alii dæmones e corporibus ejecerunt, haec omnia operata est et Francisca. Si aliqui ex sanctis mortuos excitaverunt, plurimos a mortuis excisavi et Francisca: in uno tandem Francisco inveniuntur omnia, qua virtutes omnium aliorum sanctorum coram populis claras et gloriose exhibere. Illum propterea ut virum sanctissimum et clarissimis virtutibus praefulgentem venerari sunt summi Pontifex et Gallie rex, principes multi, prelati multi et populi multi; propter virtutes quibus praefulgit, eum venerari sunt omnes dum in hoc mundo viveret et propter easdem virtutes cum fideles omnes usque ad mundi finem venerabuntur. O virtute vere clarissimam! O virtutem sane admirandam, qua S. Franciscus praefulgit sine sanitate.

2. Inanis gloria, ut sit sanctus Basilius, est dulcis spiritualium opum spoliatrix, que mellis illata venena sua colorat (in const. Monast. 11); haec spoliatrix omnibus virtute prædictis insidijs parat, haec est fur, qui virtutibus et meritis omnes spoliare conatur et eos præsertim, quorum virtutes splendidius emicant; his quidem præcipue insidiatur; ideo ut

monet divus Augustinus, quo quis clarioribus virtutibus praeluet, eo solliciti vanitatis et superbiae vitium praecaveat oportet: *vitium inanis gloria vel maxime cavidum est perfectis* (in Ps. 7). Nec dicat quis, se magnis et solidis pollere virtutibus, quia ut ait sanctus Basilus, *vana gloria majoribus virtutibus gravius indicet bellum*, easque studiosius profligare et annihilare contendit. *Vana gloria virtutes ramis in colum usque licet expansa adornatas profigare ac deturbare contendit.* (Ubi sup.). O quam multi, qui virtutum thesauros coacer- varant, ab hoc fure spoliati et depredati fuere! quam multi, qui virtutibus suis usque ad colum jam videbantur sublimati, adveniente inanis gloria flatu, usque ad vitorum omnium abyssos fuere deturbati et precipitati. Sanctus Franciscus furi illius insidias declinavit et malitiam superaverit: quo enim coram hominibus majore honore dignus censebatur, eo magis se omni honore indignum profitebatur; et cum omnes eum ut Dei servum et ut virum sanctissimum venerabantur, ipse se veluti magnum peccatorem et ut hominem minimum inspiciebat et proclamabat. Unde si quis Franciscum interrogans, dixisset: *tu quis es?* mox respondit: *ego sum minimus.* Dicebat D. Paulus se apostolorum esse minimum: *ego sum minimus apostolorum;* respondisset simpliciter ei absolute Franciscus *ego sum minimus* (1), quoniam non istius aut illius,

(1) Non pretorundum etiam Apostolum de se dixisse: «Mibi omnium sanctorum minimo data est gratia»: ubi nomine sanctorum, prius mores tunc erat, omnes fideles intelligit. Ceterum in Sanctorum elogiis sedulo abentiendum a comparationibus saepe expiis erroreis ex quod de singulis merito dicatur: non est inventus similis illi. Praecipue vero abstinentiam a cibis quicunque sancti comparatione cum Apostoli, quibus aliquem, praeter B. V., S. Josephum, et S. Jo. Baptista, preponens non sinit Ecclesia ac temerarium dicit Doctor Angelicus, qui præterea sic docet (I. 2, 106, 4): non est exceptandum quod sit aliquis status futurus in quo perfectius gratis Sp. Sancti habebatur, quare haecensta habita fuerit et maxime ab Apostolis, qui primicias Spiritus acciperunt, iest et tempore gravis et ceteris abundantius (Gl. int. in Rom. 8).

omnium penitus hominum minimum se existimat, et ab omnibus minimus vocari et censeri percepatabat. O magnam humilitatem! Sicut aliora aedificia validioribus agitari solent ventis, ita qui sublimiora virtutum extruunt aedificia, importantis vanas gloria ventis fortius pulsari conseruerunt; non enim alicui superbiendi locus inest, cum bonum aliquod peragit, quod plerique faciunt; tunc molesti vanitatis insurgunt venti, cum quis singularia, insolita et gloriosa operatur. Unde S. Basilus viros pluribus et spectatis virtutibus claros assimilat mercatoribus, qui nayas multis meritis et opibus graves mari committunt; sicut enim hi variis agitari solent ventis, ita et vite spiritualis mercatores, quo virtutibus et meritis magis distent, eo superbis vento fortius cierunt: *simul atque inanis gloria animadverbit mercatorem virtutum mercibus navem complesse, procolla sua ocyus excitata, in eo omni conatu operam dat, ut illam evertat et aquis pessumdet* (Ubi sup.). O quam altum et sublime perfectionis aedificium construxerat S. Franciscus! o quam dives mercator erat! o quam magnis et ingentibus patientie, benignitatibus, abstinentie et aliarum virtutum thesauris erat onustus! tamen ad illud nequit accedit inanis gloria ventus; non enim virtuti operam dedit, ut ab hominibus videretur et laudaretur, verum ut Dei glorificaretur; hoc unum nempe Dei gloriam quasivit: cum altum vita spiritualis aedificium construere suscepit, cogitavit prius de fundamento humilitatis; haec fuit prima virtus, cui obtinenda vacavit et haec fuit socia inseparabilis omnium aliarum virtutum, quibus incubuit; si enim jejunalat, ibi erat humilitas, qua se indignum antumabat etiam pane arctissimo vesci. Si flagellis corpus suum cruciabat, ibi erat humilitas, qua se, ut reum, flagellis et ipsa morte dignum censebat. Cum patientie, mansuetudinis et aliarum virtutum operibus incububat, earum individua comes erat humilitas, qua se nihil, aut parum pro Dei gloria perficere arbitrabatur. Franciscus erat maximus, et se minimum reputabat: Franciscus maxima et mirabilia pro Dei gloria operabatur, et se nihil peragere credebat. O magnam humilitatem! ergo dicamus virtutes ejus fuisse clarissimas,

absque ulla vanitate. S. Francisci virtus *fuit etiam ferventissima sine inconstancia.*

## III PARS.

*S. Francisci virtus fuit fervens sine inconstancia.*

1. Tepidos et negligentes servos Deus evomit, his maledicit, eosque gravibus suppliciis plectit; eos Deus evomit: *quia tepidus es, et nec calidus, nec frigidus, incipiens te ecomere ex ore meo* (Apoc. 3); his maledicit: *maledictus qui facit opus Domini fraudulenter* (Jer. 48): eosque duris et eternis inferni adducit supplicis: *inutiliter servum ejicite in tenebras exteriores* (Matt. 25); propterea D. Pauli adherentes consilii, in via virtutis non tepidi et desides, immo solici et ferventes esse debemus: *solicitudine non pigri, spiritu ferventes* (Rom. 12). Jusserat Deus, ignem in altari suo semper ardore: *ignis autem in altari semper ardebit* (Levit. 6): Dei autem templum sumos nos et cor nostrum est altare; quod amoris divini igne indesinenter ardore debet, ut hoc igne subflammati, magno cum spiritu fervore omnium virtutum exercitio sedulo incubramus. In sacra Genesios historia legitur, Abraham Deum apparuisse, eique nasciturum illum promisso, janvero ut sacer adnotat textus, hunc Patriarchae non summo mane, nec vespere, ast *in ipso servore diei* (Gen. 8) Deus apparuit, ut deinceps intellegi, quomodo in via virtutis non sit tepescendum, verum sancto igne forvescere oporteat: *superne igne accensus animus non tepescat, sed ferreat et studeat semper ardore* (S. Ambr. epist. 84 *ad Demetr.*). Quot tamen in virtute et perfectionis studio tepescunt, et o quam pauci in eo perseverant ferventes! pauci ferent et plerique in via virtutis sponuntur, tepescunt et torpescunt; ut enim ait S. Hieronymus, *ferventissimi in terrenis, frigidissimi in coelestibus sumus, et summan in rebus parvis exhibentes alacritatem, ad majora torpescimus* (ep. 1 *ad Demetr.*). Sanctus Franciscus non tepidi-

tatis et negligentis vitio laboravit; jugiter in omnium virtutum exercitio ferventissimas fuit, cuius rei præsagium datum legitur in ejus nativitate; tunc enim supra paternæ domus tectum a compluribus vise sunt accensæ faces, coelestem flamman et divinum indicantes ardorem, quo puer illi foret inflammatus; reique veritatem probavit eventus: nam Franciscus toto vite sua tempore ita charitatis igne exarsit, ut omnia *ex charitate fecerit et ab aliis fieri optarit*. Similiter extitit sanctus illè vir spiritibus coelestibus, immo et ipsis Seraphim, qui continuo charitatis igne ardenter et solo charitatis ardore ad Deum feruntur; coeli enim et Seraphico charitatis igne indesinenter ardela, charitatis et nomen et flammæ os ejus continuè emittebat, sive oraret, sive manducaret, sive aliud quidquam ageret, omnia *ex charitate* operabatur et ut omnibus notum fieret quanta caritate, quantoque spiritus fervore ardaret, pro suis siue Ordinis insigniis, Deo inspirante, *charitatem habere voluit*; nec aliud verbum crebrius proferre et a fratribus suis profiteri studuit, quam *charitas, charitas*. In Libro Sapientie de quadam igne fit mentio, qui aliquo tempore mansuetabatur: *quodam tempore mansuetabatur ignis* (16, 18); ignis noster elementaris omni tempore respectu S. Francisci mansuetus erat et tractabilis; aliquando enim cum manibus attricabat, supra prunas aliquando nudis pedibus, veluti super rosas, incedebat; accessos carbones in manibus, veluti in caldario, nonnunquam deferebat et nonnunquam visus est in fornacem incensam intrare et aliquandiu iunctorari; quia unquam aliquod ab igne dannum, vel aliquam lesionem passus sit. Si autem hujus rei ratio inquireretur, ad laudem S. Francisci dici posset, quod de S. Laurentio dixit S. Leo, qui inquit, *prinus superpositus ab igne non cruciabatur, quia seignior fuit ignis qui foris usit, quam qui intus accendit* (ser. de S. Laur.). Similiter S. Franciscus ab igne quom tenet, supra quem ambulabat et quem manibus deferebat, non urebatur, quia igne charitatis interior exardescet; ardore autem externum ardore interno temperabat, ignemque igne supererat; maximo ergo astuauit ardore Franciscus, virtutesque ejus non e corde

tepidio, verum e corde fervente et Spiritus Sanctus igne accenso manarunt. Idque mirum est, in virtutum exercitio fervidum permansisse sine ulla inconstancia.

2. S. Joannes Evangelista angelo, seu episcopo Ecclesiae Ephesi scribens, de patientia in adversitatibus, de zelo quo aduersus peccatores ardebat, ac de aliis multis eum laudat; conqueritur autem, eumque arguit, quod a prima charitate et primae ferve descivit: *habeo aduersum te, quod charitatem tuam primam reliquisti* (Apoc. 2). O quot habentur hujusmodi reprehensione digni, quia a primo vito spiritualis proposito et a primae ferve declinant! in sine conversionis principio nihil eis ferventius; quadam elasto tempore, nihil eis tepidius; in juventute fervore magnum concipient et in proiecta etate tepiditatem parunt, et que magis proficiunt etate eo amplius in virtutum exercitio deficiunt. Hujusmodi inconstantiam adnotavit Dionysius Cartusianus dicens: *multi sunt, qui in initio conversionis sue in servitu Dei ferventes existunt, sed processu temporis tepescunt* (in c. 2 Apoc.). Et S. Bernardus miserorum statum deplorat quorundam senium, qui juvenibus videntur tepidiores et in via salutis negligenteres: *o quam multos senes et judices Israël turpiter citam negligentes rex Babylonis in terra captivitatis et confusione possidet! et quam multi juvenes spiritu ferventes Domino servientes, oim faciunt exculo, totisque viribus sibi diripiunt illud!* (in Sent.). Heu! quid miserius homine, qui via perfectionis non proficit, in quo delicit? quid infelicius viro, qui a prima devotione tepeccit quid vero felicis et mirabilis anima, que fervori novum semper addit fervorem: *felix anima, qua per singulos dies fervorem addit fervori* (Thom. a Kempis de disciplin. claustr. 15). Felix quidem et mirabilis haec in parte fuit S. Francisco, qui primam non raliquit charitatem, nec a primae unquam corruit fervore, ac constanter in eo perseveraverit et crevit. Ferventissimum fuit in domo paterna, dum adhuc esset puer; ferventior postmodum evasit, dum in eremo permansit; et deinceps eo factus est in virtute ferventior, quo factus est etate projector. Sciebat vir prudentissimus, Deum

non diligere stultos, qui ut luna mutantur: *stultus sicut luna mutatur* (Eccl. 17); non ignorabat, solos salvari constantes viros, qui usque ad mortem in virtutum exercitio perseverant: *qui autem perseveraverit usque in finem hic salvus erit* (Matt. 10); probe etiam noverat, non dari coronam nisi vigilantibus et constantibus, qui in Dei obsequio constanter remanent: *exto fidelis usque ad mortem, et dabo tibi coronam vita* (Apoc. 2); idcirco stultorum more, non est mutatus, non etiam, ut homo inconstans, a virtutis via aliquando defecit; in ea semper magis et magis proscit; denum in Dei servitio et primo fervore fidelis et constans stetit non solum per breve aliquod temporis spatiam, verum etiam *usque ad mortem*; abstinentia dirissime corpus suum afflxit *usque ad mortem*, flagellis, et ciliis carnem suam cruciavit *usque ad mortem*; patientiam, benignitatem, paupertatem et omnes virtutes alacriter sectatus est *usque ad mortem*; brevi, altissima perfectionis semitam eucurrit *usque ad mortem*; ut enim ait summus Pontifex in Bulla canonizationis ejus, *in pueritia, in adolescentia, juventute, senecta et decrepita etate, inter vigilias, labores, jejunia, abstinentias, innumerasque corporis macerationes, eundem pene viveundi modum seruavit*. O magnam sancti Iunii viri constantiam! Ecce sancti Francisci virtutes, quas esarrare et decantare suscepimus: *psallemus virtutes tuas; sectatus est virtutem austeraem, et tameo sine imprudentia: virtutem clarissimam, et tamen sine ulla vanitate: virtutem tandem ferventem, et tamen sine ulla inconstancia*. Jam henc quantum ab hoc Dei amico plerique hominum distant; ille etenim virtutis adhaesit; isti innumeris se coquinant peccatis, virtus ejus fuit *austera* sine imprudentia, et ipsi imprudenter et stulta blandis gula ac luxuria vitis se fodant; ille virtutem sectatus est *clarissimam* sine vanitate, et ipsi vitiis nefandis et notis se conspurcat, ac de his nonnunquam superbiunt; ille amplectatus est virtutem *ferventem* sine inconstancia, illi et totis affectibus se vitiis constanter dedunt et addicunt. O quantum homo ab homine differt! o quanta inter hominem hunc sanctum, et alios homines peccatores est differentia! cum

autem dispar eorum si vita, dispar etiam eorum erit sors in die iudicij; hic enim ad vitam vocabitur aeternam, et isti, terribili Christi sententia, in ignem mittentur sempiternum: *ibunt hi in supplicium eternum.* Tunc voluptuosi, qui nunc totis affectibus voluptati indulgent, Francisco austerior vixisse vellet; tunc peccatores publici, quos palam peccare non pudet, et qui de peccatis suis gloriariuntur, illo sancto sanctiores, et illo minimo minores fuisse optarent; tunc tepidi, qui negligenter et inconstanter virtuti vacant, Franciso in via virtutis ferventiores et constantiores exitissime cuperant. Tarda haec erit penitentia et iniuria haec erunt desideria; itaque solarter nunc quisque peragat quod tunc fecisse vellet. Scio, hominibus carnalibus nihil dulcissimum esse in hoc mundo, quam laetus adesse convivis, illicitis ardore amoribus et pravis carnis indulgere voluptibus; jamvero audiant D. Augustinum clamantem: *o infelix voluptas! que per dulcedinem transitoriam preparat amaritudinem sempiternam* (ser. 15 de temp.). Scio, his qui terrena sapient, nihil esse durius, quam humilitati, patientie et aliarum virtutum exercitii insistere; jamvero audiant eundem Augustinum dicentem: *felices vigilias, orationes, jejunia, que per angustias breves perducunt ad aeternas paradisi delicias.* Eligeat jam aut transitorias delicias, que ad sempiternas ducunt amaritudines, aut momentaneas virtutis penas, que ad aeternas perducunt paradisi delicias. Certe si recte sapitis, relicta laici, faciliter et suavi vitiiorum via, arctam cum S. Francisco virtutis semitan tenebitis, que recta vos ad paradi gaudia in eternum possidenda deducet. Amen.

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## DE SANCTO MARCO EVANGELISTA

## CONCIO UNICA.

*Marcum assume et adduc tecum: est enim mihi utilis in ministerium* (2 Tim. 4, 11) (1).

Quemadmodum non omnium corporum formae similes, ita nec omnium sanctorum eadem sunt virtutes et eadem perfectiones: alius enim alio sanctior, alius alio perfectior et alius alio majoribus virtutum dotibus et meritis illustrior esse perhibetur, ac ipsa probatur. Inter sanctos autem qui alios praefulerunt, non infinitum, immo nec mediocrem locum tenet Marcus, sancti Petri spiritualis filius, ejusque socius qui claves regni colorum accepit: divinorum mysteriorum concionator eximius neconon zelantissimus Ecclesiae Christi Antistes, qui Aegyptum illustravit et in illius regionis sacro throno primus sedis. Et auditus S. Petri predicationibus, divinaque voce invitatus, terram, que ipsi natala dedit, dereliquit; propinquorum amoram propulsavit, pro nihilo fecit generis homines ac splendorem, fluxaque ac caducae mundi facultates somnium quoddam illi visse sunt; despecta omni cognatione, relicta omni substantia, Christi se obsequio addixit, illum solum dilexit, eique tam firmiter et fideliter adhaesit, ut ejus prece, evangelista, ac martyr fieri meruerit. Dignissimus hic

(1) Ad integratatem servandam operis Lassalle, huc S. Pauli verba relicta sunt pro textu sive epigrapha hujus sermonis, quamvis Marca, de quo loquitur Paulus, sit Joannes cognomen Marcus conadbinus Barnabe (Act. 12-15), non autem S. Marcus Evangelista, comes S. Petri et ab eo Alexandrinus Aegypti episcopus constitutus.

autem dispar eorum si vita, dispar etiam eorum erit sors in die iudicij; hic enim ad vitam vocabitur aeternam, et isti, terribili Christi sententia, in ignem mittentur sempiternum: *ibunt hi in supplicium eternum.* Tunc voluptuosi, qui nunc totis affectibus voluptati indulgent, Francisco austerior vixisse vellet; tunc peccatores publici, quos palam peccare non pudet, et qui de peccatis suis gloriariuntur, illo sancto sanctiores, et illo minimo minores fuisse optarent; tunc tepidi, qui negligenter et inconstanter virtuti vacant, Franciso in via virtutis ferventiores et constantiores exitissime cuperant. Tarda haec erit penitentia et iniuria haec erunt desideria; itaque solarter nunc quisque peragat quod tunc fecisse vellet. Scio, hominibus carnalibus nihil dulcissimum esse in hoc mundo, quam laetus adesse convivis, illicitis ardore amoribus et pravis carnis indulgere voluptibus; jamvero audiant D. Augustinum clamantem: *o infelix voluptas! que per dulcedinem transitoriam preparat amaritudinem sempiternam* (ser. 15 de temp.). Scio, his qui terrena sapient, nihil esse durius, quam humilitati, patientie et aliarum virtutum exercitii insisteret; jamvero audiant eundem Augustinum dicentem: *felices vigilias, orationes, jejunia, que per angustias breves perducunt ad aeternas paradisi delicias.* Eligit jam aut transitorias delicias, que ad sempiternas ducunt amaritudines, aut momentaneas virtutis penas, que ad aeternas perducunt paradisi delicias. Certe si recte sapitis, relicta laici, faciliter et suavi vitiiorum via, arctam cum S. Francisco virtutis semitan tenebitis, que recta vos ad paradi gaudia in eternum possidenda deducet. Amen.

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## DE SANCTO MARCO EVANGELISTA

## CONCIO UNICA.

*Marcum assume et adduc tecum: est enim mihi utilis in ministerium* (2 Tim. 4, 11) (1).

Quemadmodum non omnium corporum formae similes, ita nec omnium sanctorum eadem sunt virtutes et eadem perfectiones: alius enim alio sanctior, alius alio perfectior et alius alio majoribus virtutum dotibus et meritis illustrior esse perhibetur, ac ipsa probatur. Inter sanctos autem qui alios praefulerunt, non infinitum, immo nec mediocrem locum tenet Marcus, sancti Petri spiritualis filius, ejusque socius qui claves regni colorum accepit: divinorum mysteriorum concionator eximius neconon zelantissimus Ecclesiae Christi Antistes, qui Aegyptum illustravit et in illius regionis sacro throno primus sedis. Et auditus S. Petri predicationibus, divinaque voce invitatus, terram, que ipsi natala dedit, dereliquit; propinquorum amoram propulsavit, pro nihilo fecit generis homines ac splendorem, fluxaque ac caducae mundi facultates somnium quoddam illi visse sunt; despecta omni cognatione, relicta omni substantia, Christi se obsequio addixit, illum solum dilexit, eique tam firmiter et fideliter adhaesit, ut ejus prece, evangelista, ac martyr fieri meruerit. Dignissimus hic

(1) Ad integratem servandam operis Lassalle, huc S. Pauli verba relicta sunt pro textu sive epigrapha hujus sermonis, quamvis Marca, de quo loquitur Paulus, sit Joannes cognomen Marcus conadbinus Barnabe (Act. 12-15), non autem S. Marcus Evangelista, comes S. Petri et ab eo Alexandrinus Aegypti episcopus constitutus.

Christi discipulus tot, tanta et tam portentosa ad magistri sui gloriam dixit, scripsit, fecit et passus est, ut jure merito temerarius judicarer, nisi Spiritus Sancti auxilio prius invoke, ea enarrare prasumerem. *Ace.*

Sanctus Marcus fuit episcopus, evangelista et martyr; fuit *episcopus*, quem Spiritus Sanctus ad hoc ministerium vocavit et S. Petras *Egyptiorum* regio destinavit; fuit *evangelista*, qui, roganibus fratribus, eodemque apostolorum primate Petro provocante et jubente, Evangelium dilacide conscripsit; fuit tandem *martyr*, qui fimbria et collo ligatis, media Alexandrinus tractus, fustibus, lapidibusque contusus, sacra et gratissima victima Deo factus est. Illustris hic Dei servus, *ut episcopus*, pro Christo mirabilia fecit in vita sua; *ut evangelista*, de Christo divina multa scriptis mandavit; *ut martyr*, gravissime pro Christo et pro ejus fide perpessus est. Unde dicendum videatur sanctum Marcum fuisse Christi ministrum, secretarium et testimoniem; fuit ejus minister in sui episcopatus munere; ejus secretarius, in Evangelio, quod scripsit, et ejus testis, in martyrio quod pro ejus gloria pertulit. Consideremus nunc sanctissimum illum Antistitem, divinum illum Evangelistam et gloriosum hunc martyrem; attente perpendamus quid fecerit, quid scripsit et quid passus sit. Videamus I. quid fecit, *ut episcopus*; 2. quid scripsit, *ut evangelista*; 3. quid passus est, *ut martyr*.

## I PARS.

*Quid fecit Sanctus Marcus, ut episcopus.*

Sancius Marcus natione fuit Hebreus, ex tribu Levi, qui Petrum meruit et audire predicanterem et habere baptismum; cumque sancto huic apostolorum principi adhesisset, ab eo missus est predictacum Alexandriam et ab eo fuit in episcopum consecratus. Unde a sancto Hieronymo vocatur *Alexandrina Ecclesiae primus Antistes* (*Præfat. in Matt.*); a Niceta divi-

*nissimus Antistes* dicitur (*in biblioth. Pat. concionat.*); et a Petro de Natalibus *proto-episcopus* nominatur. Episcopali autem dignitate auctus Alexandria advolavit, ubi multa et magna, ut episcopus, perfecit; nam Alexandrinam Ecclesiam 1. instituit et fundavit; 2. illustrem et venerabilem reddidit; 3. ad christiana perfectionis apicem perduxit et erexit.

1. Marcus doctus simul erat et sanctus; *doctus* quidem, nam apud Hebreos sacerdos fuisse creditur, eumque ita doctum consulit D. Petrus, ut illum dignum judicaverit, qui Christi Evangelium scriberet et qui episcopus Alexandriam mitteretur, que tunc totius terrarum orbis urbs post Romanam prima habebatur. *Sanctissimus* etiam erat; nam nihil illo erat humilius, nihil mitius, nihil ferventius, nihilque charitatis, patienties et aliarum virtutum donis ornatus. Igitur cum saero federe in eo conjungentur scientia et sanctitas, sapientia sua veribus, ut ait sanctus Hieronymus, et sanctitatis sua exemplis Alexandrinam instituit et fundavit Ecclesiam: *Marcus*, inquit, *perrexit in Egyptum, primus Alehandria Christum annuncians, constitutus Ecclesiam tanta doctrina et vita continet, ut omnes sectatores Christi ad exemplum sui cogeret.*

Sanctus Joannes Evangelista in extasi raptus, vidit *quatuor animalia plena oculis ante et retro* (Apoc. 4, 6); id est, ut explicat sanctus Bernardinus, quatuor Evangelistas, qui dicuntur pleni oculis *ante et retro*, quia perfectam habuere cognitionem de his, quae Deus fecit a mundi principio et quae facturus est usque ad mundi finem. Unum autem ex his animalibus habet *faciem quasi hominis*, et hic est S. Matthæus, qui Christi Dei et hominis opera perfecta describit et ab ejus genealogia suum Evangelium exordit. Aliud ex his animalibus est *simile aquila volanti* et hic est S. Joannes, qui veluti aquila, volat usque ad summum divinitatis, ut ibi contempletur Verbum aeternum: *in principio erat Verbum*. Aliud ex his animalibus est *simile citculo*, quo denotatur sanctus Lucas, qui a sacrificio, quod maxime fit de vitulo et a sacerdotio Zacharie suum inchoavit Evangelium. Aliud tandem animal est *simile leoni*, quo designatur sanctus Marcus; vel quia ipse

a sancti Joannis Baptista rugitu, suum incipit Evangelium; vel quia ipse Marcus, ut leo fortissimus, rugitu suo Alexandrinos cives a vitorum suorum sonno suscitavit et a morte peccati ad vitam christianam et spiritualem perduxit. Sicut enim leo alia rugitu suo territ animalia et leonculos, quos genuit, tertio post partam die, non quidem a morte, sed a gravi sonno excitat, ita et sanctus Antistes Marcus Alexandriam ingressus, rugitu et predicatione sua cives Alexandrinos idololatrias, profervos et animales perterrit, ac a sonno, imo et a morte peccati, in qua degabant, suscitavit et ex his ad Christum conversis, Alexandrinam fundavit Ecclesiam: *hoc itaque modo*, inquit Petrus Damiani, *Alexandrinam fundavit Ecclesiam, eamque non suo, sed Petri magistri sui nomine titulavit* (ser. de S. Marco). Alexandrinii cives habitabant in tenebris ignorantiae et in umbra mortis sedebant, a Dei iudicis non timebant et inferni supplicia non formidabant; insuper avibus, terre animalibus et idolis, veluti diis, incensa adolebant; post suas etiam libenter ibant concepciones et horrendis quibusque virtus indulgebant. Hanc sanctus episcopus Marcus Alexandriam ingressus, tamquam Leo mysticus et apostolicus, predicationibus, exhortationibus et increpationibus multis terribiliter rugit et rugitu suo idola subvertit, idololatras terruit, indurata eorum corda emolivit, civosque illos a mortifero eorum sonno excitavit; ac tot ex is ad Christi fidem convertit, ut Alexandriam, qua erat Ecclesia satanae, in fidelium Ecclesiam transmutarit. Et hic est modus, quo hanc instituit et fundavit Ecclesiam: *hoc itaque modo Alexandrinam fundavit Ecclesiam*. Quam etiam *illustrem et venerabilem effectit*.

2. Postquam Egyptiorum punitionem descrispsit Isaiae propheta, eorum conversionem delineat et unam ex Egypti civitatibus *solis civitatem vocandam esse predicti: civitas solis vocabitur una* (19, 13): haec *civitas solis* est Alexandria ab Alexandre Magno ejus fundatore sic dictam, que vocatur *civitas solis*, vel quia ibi sol ut Deus adorabatur, vel quia ipsa erat sol civitatum; verum ob aliam etiam rationem eam vo-

catam esse *civitatem solis*, dicit Lyrans, puta, quia S. Marcus, tamquam sol splendidissimus, suis predicationibus, miraculis et virtutibus eam illuminavit et illustravit; Lyrano assentitur Procopius, dicens: *Marcus, ad instar splendidissimi solis, humanas animas illustravit*. Idem author in praelato encomio quod in S. Marci laude compositus, eum in urbe Alexandrina et Nilo et soli similem fuisse asserit. Omnibus notum est, quod Nilus fluvius Alexandrinum solam et totam Aegyptum aqua suis irrigare et fecundare solet; ita, inquit Procopius, Alexandria, imo et tota Aegyptus, Marcum tamquam alterum quandam Nilum non corporeum, sed mysticum habet; sic spirituales Aegypti agros irrigant, quemadmodum frugiferus ille alter, qui oculis corporis cernitur, irrigare solet. Insuper Procopius Marcum cum sole confert: *ad instar splendidissimi solis, inquit, humanas animas illustravit*. Sicut enim sol tenebras dissipat, lucem mirabilem diffundit et universum terrarum orbem illustrat, ita et Marcus in pontificali Alexandriae throno sublimatus velut sol mysticus, terras ignorantie, erroris et idololatrie fugavit tenebras, mirabilem sapientiam, scientiam et virtutis sparsit lucem; et, sive per se, sive per discipulos, non solam Alexandriam, verum et totam Aegyptum illustravit. Non enim satis fuit B. Marco, quod pietatis et scientiae sua radios diffundaret; sed insuper Alexandriae instituit scholam christianam, ex qua innumeri illustres Doctores pontifices et martyres, non secus ac fulgenter quedam orbis lumina prodire. Huic sacrarum et divinarum literarum gymnasio presedit Panteus vir doctissimus; huic successit Clemens Alexandrinus; Clementi Origenes, cuius discipuli extitente S. Gregorius Thaumaturgus, et Athenagoras: ac postea in hoc glorio theatro apparere Athanasius, Basilus, Nazianzenus et alii multi, quibus Marcus Alexandriam ab ipso primus illustratam, illustrioram, totique orbi commendabilem fecit. S. Marcus a beato Petro Damiani velut fulgentissimum quedam sidus universum terrarum orbem illustrans proponitur: *Marcus, inquit, est velut sidus aureum toto orbe praeclarus* (Ubi sup.). Et vera Evangelio suo, neconon suis meritis tali effunxit orbi; duas

autem peregrinias civitates specialiter illustravit, videlicet Venetias et Alexandriam; *Venetias*, ubi corpus ejus religiose servatur, ubi sanctus hic Evangelista summa veneratione colitur et ubi presentiae et protectionis sue radiis enitescit; *Alexandriam*, ubi velut sol splendidissimus per se et per suos discipulos mirabiliter effulsi: *ad instar splendidissimi solis humanas animas illustravit*. Unde sanctus Marcus merito conferri potest cum angelo, de quo S. Joannes in Apocalysi (10, 2) ait, quod *habebat in manu sua libellum apertum, et posuit pedem suum dexterum super mare, sinistrum autem super terram*. Marcus enim angelus fuit ratione puritatis et vita sua angelica; habuit quoque libellum apertum, quia Evangelium suum, quod breve est, circumferre solebat; posuit tandem pedem unum super mare et alium super terram, quia duas praecepit civitates illustravit. *Venetias* scilicet que est in mari et *Alexandriam*, que in terra sita et fundata est. *Respublica Veneta* plurimum commendatur a potentia et a thesauris suis; verum a reliquo S. Marci eam commendabiliorem censem Petrus Damiani: *plurima, inquit, dicitur copia ex diversis in te mundi partibus conficitur; sed hoc gemma caelestis, qua in media tui positâ est, in excelsum te gloria conspicue dignitatis extollit; incomparabilis enim iste thesaurus vibrantium metallorum supergreditur genera, cuncta gemmarum coruscantium superat ornamenta* (Ubi sup.). *Alexandria* similiter, quae illustris erat a fundatore Alexandro, a pulchritudine edificiorum et a multitudine civium, illuc trior eravist S. Marci predicationibus et miraculis, quibus ita sublimata est, ut de ea dici posset,

*Regia solis erat sublimibus alta columnis.*

S. Marcus Alexandrinam Ecclesiam non solum fundavit et illustravit; etiam ad christiane perfectionis apicem eovexit et perduxit.

3. S. Marcus annis novendecim Alexandrinam sanctissime rexit Ecclesiam, tantaque, inquit Petrus Damiani, predicationis et exemplorum ejus erat efficacia, ut omnes qui tunc ad fidei

rudimenta confinebant, mox per continentiam ac totius sanctae conversationis instantiam, *languam ad monastice perfectionis fastigium percolarent* (Ubi sup.). Unde Philo disertissimus Iudeorum, cum de B. Marci apud Alexandrinam Ecclesiam primatu scriptit civium Alexandriorum domos, monasteria nuncupat: etenim tam pie et perfecte vivebant fideles in dominib[us] suis, ut qualib[et] eorum domus *monasterium* bene ordinatum videretur. Non censendum, primos Alexandriae fideli[es] a B. Marci ad fidem conversos et sub ejus regime constitutos fuisse christianos nomine tenus: erant prorsus et re et nomine christiani, imo moribus et vita perfecti videbantur religiosi; non enim superbia insolecebant, non luxurie facibus ardebant, nec avaritiae inextinguibili astabant sti; humilitatem sectabantur, paupertatem voluntariam libere amplexabantur, sobrietatem ac pudicitiam summe colebant, orationibus et jejuniis vigilabant, tempora[rum] bona inter se habebant communia, eorum erat cor unum et anima una; tanta denique virtute ac perfectione prestatabant, *ac si monastice perfectionis arduum arripissent institutum*. Crediderim, non omnes Alexandrinae Ecclesie alumnos a D. Marco ad Christianum conversos summam vitæ perfectionem attigisse; tamen pro certo habendum, quamplurimes ex ejus discipulis ita perfectos fuisse, ut *Esser[unt]*, id est, sancti et pii cognominarentur: tanta enim eorum erat puritas et sanctitas, ut universo orbi essent in admirationem, aliquis Ecclesie totius forent perfectionis exemplar et speculum. Unde S. Hieronymus D. Marcum vocat *principem et institutorem cenobitarum*: quia *Esser[unt]*, seu pii et sancti ejus discipuli in propriis domibus, velut in cenobis vivebant et ex his multi Alexandria egressi, totam Egyptum et Thebaidem sanctissimis reperirent monachorum agminibus, qui angelicam in terris vitam agebant et quorum portentosa sanctitas usque ad mundi finem ab authoribus enarrabitur et praedicabitur. Ecce quid sanctus Marcus in Alexandrina Ecclesia perfecit ut Episcopus: *videamus etiam quid scripsit ut Evangelista*.

## II PARS.

*Quid scripsit S. Marcus, ut Evangelista.*

Marcus post Christi mortem a S. Petro conversus et baptizatus fuit; ideo a baptismō, quem ab apostolorum principiū acceperat, ejus vocatur filius: *Marcus filius meus*. O vere dignum tanto patre filium! qui mirabilia quidem fecit; ut Antistes et qui ut Evangelista scripsit Evangelium, 1. quod a Petro acceperat; 2. quod a Spiritu Sancto didicerat; 3. quod ipse perfecte servabat.

1. Sanctus Marcus non solum Petri filius, ejus etiam discipulus fuit et interpres: *Marcus*, inquit Dionysius Carthusianus, *Principis apostolorum in baptismate filius, in doctrina christiana discipulus, in sermone interpres* (pref. in Mare.). S. Hieronymus similiter sancti Petri discipulū et interprētē vocat: *Marcus discipulus et interpres sancti Petri (de Script. Eccles.)*. Eum fuisse Petri discipulū fatetur omnes; quonodo autem ejus interpres fuerit, est dubium. Dici tamen potest, eum Petri fuisse interpres, quia Evangelium, quod a Petro audierat, interprētātus est et literis mandavit; cum enim fideles Petrum concionantem audirent, ejus admirabantur doctrinam; propterea Marcum ejus discipulum exire rogavint, ut quae apostolorum Princeps annunciassem, ad perpetuam eorum memoriam conservandam, scriptis mandaret; quorum votis et precibus ut annueret Marcus Evangelium scriptis, quod ut canonicum ab Ecclesia recipitur, et hoc sensu eum Petri interpres vocat D. Hieronymus, dicens: *Marcus discipulus et interpres Petri, quia iuxta quod Petrum referentem audierat, rogatus Roma a fratribus breve scripsit Evangelium*. Remque totam latius et clarius refert et explicat Clemens Alexandrinus his verbis: *Marcus Petri sectator, predicante Petro Evangelium palam Romam coram quibusdam Casarianis equitibus et multa Christi testimonia*.

profidente, petitus ab eis, ut possent, quæ dicebantur, memorie commendare, scripsit ex iis, quæ a Petro dicta sunt, *Evangelium*, quod secundum Marcum vocatur (in epist. 3 S. Petri). Non scripsit Marcus ineptas fabulas, non vana commenta, nec inventa poëtia, sacrum Evangelium literis mandavit quod a Petro predicante et docente audierat. Unde aliqui hoc Evangelium dicunt esse S. Petri: sicut enim sancti Luce Evangelio a multis sancto Paulo adscribuntur, ita et sancti Marci Evangelio sancto Petro a multis assignatur, non quod revera illud S. Petrus scripsisset, verum quia sanctus Marcus illud a S. Petro, velut magistro audivit: *Evangelium quod scripsit Marcus, Petri esse affirmatur, quia magistrorum esse videntur, quae discipuli promulgariunt* (Terbil. cont. Marcion). Scripsit ergo Marcus Evangelium, quod a sancto Petro acceperat; scripsit etiam Evangelium, quod a Spiritu Sancto didicerat.

2. Omnis Scriptura sacra Deum authorem habet; haec est liber Dei, seu Deo inspirante compositus et qualibet ejus capitula sunt veluti epistolæ a Deo ad homines missæ, ut suam eis manifestet voluntatem. Unde Sacra Scriptura a S. Dionysio Areopagita vocantur *eloquia divinitus tradita (de colest. Hierarch.)*, quia scilicet a Spiritu Sancto fueru inspirata. Scripsit Moyses, scripsit Salomon, scripsit Propheta regis, scripserunt et alii multi, dictante et inspirante Spiritu Sancto; ab hoc divina magistro omnes fueru edicti; eodemque docente et inspirante, suum sanctus Marcus scripsit Evangelium; quapropter ejus Evangelium *opus divinum* vocatur: *magnum certe hoc, Mare, tuum fuit et plane divinum opus* (Procop. ubi sup.). Verum quidem quod Petrum predicanter et narrantem Marcus audierat; atvero cum ipse calamo manum admovit, ut que audierat scriberet, alium habuit magistrum intus narrantem, predicanter et docentem, nempe Spiritum Sanctum, a quo illuminatus et eductus Evangelium suum conscripsit. Unde recte dicitur duos Marcum habuisse magistros, Spiritum Sanctum scilicet et Petrum. Petrus ejus fuit magister, quia illius Evangelium, ut ait S. Hieronymus, *Petro narrante et Marco*

scribente, compositum est (ep. 150 ad Heliod.); Spiritus Sanctus fuit etiam ejus magister, quia ut ait Nicetas, *Marcus scripsit Evangelium totus afflatus, totus servidus Spiritu Sancto*. Tertullianus Sacre Scripturae autores vocat viros spiritus divino inundatos (Apol. 18), quia nullum verbum, nulla syllaba, immo nec ullus apex in eorum apparebat libris, qui non a Spiritu Sancto eos inundante et intus inspirante defluit et manet. Ut enim ait S. Petrus, non a dæmoni docentes, non a mundo, non a philosophis profani, vel a poetis varia fingentibus, sed *Spiritu Sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines* (2 Pet. 1, 21). Unde qualibet eorum verba habenda quasi oracula de celo missa et ipsi tamquam Spiritus Sancti organa, quibus ipse summa nobis voluntatem patetfecit. Quid ergo sentierimus de S. Marci Evangelio, quod a D. Petro predicatum, visum, lectum et approbatum scimus? Quid de mirabili hoc Evangelio, quo innumeri populi ad Christi ovile vocantur? Quid de divino hoc opere, quod a sancta Ecclesia ut canonicum recipitur, quodque a sanctis Patribus laudatur atque ut divinum promulgatur? An dici licet hoc esse infirmi et ignari cuiusdam hominis opus? Certe non hominum, Dei opus censendum, quia illud, Deus dictante et docente, scripsit Marcus; scripsit Evangelium *totus afflatus, totus servidus Spiritu Sancto*. Ad haec S. Marcus scripsit Evangelium, quod a Spiritu Sancto didiceraut, *scripsitque Evangelium, quod ipse perfecte servabat*.

3. Dubitant autores, an S. Marcus unus ex septuaginta duobus Christi discipulis extiterit; et communiter creditur, quod Christum nonquam viderit et quod solum post ejus mortem ad fidem conversus et a S. Petro baptizatus fuerit. Tamen licet de septuaginta duorum discipulorum numero non fuerit, vere Christi discipulus extitit, quod sancti Evangelii observationem: haud enim minus exacte, quam primi Christi discipuli, juxta Evangelii leges vixit. De primis enim Christi discipulis legitur, quod summe pauperes, humiles, mansueti, patientes, ac casti fuerint, et de S. Marco eadem narrantur; tanta siquidem ejus extitit paupertas, ut terrena cuncta abdi-

carit, nec aliquid proprium unquam habere voluerit; tanta ejus humilitas, ut se sacerdotio indignum judicans, pollicem sibi amputaverit, qui miraculose ei restitutus est; tanta ejus mansuetudo, ut cum Iudeis et Gentilibus prædicaret, velut agnus inter lupos esse videretur; tanta patientia, ut cum sepe fuerit injurias lacessitus et opprobriis saturatus, nunquam maledicentibus maledixerit, omnia æquo et hilari animo sustinuerit; castitatem tandem et alias Evangelicas virtutes ita perfecte sectatus est, ut vita ejus fuerit quasi forma et representatio omnium Evangelicorum præceptorum et consiliorum, quæ in ejus Evangelio continentur. Unde discipuli ejus duabus dirigebantur regulis, Marci scilicet exemplo et Marci Evangelio. Prima eorum regula erat S. Marci exemplum, quia tota ejus vita erat Evangelica et Evangelii, expressa imago: secunda vero Marci Evangelium, in quo ea precepta et consilia legebant, que ab ipso Marco servari conspiciabant; ipse agebat quod docebat; docebaturque, quod agebat, dum Evangelium, quod scriperat, perfectissime servabat. Juxta divina Christi dogmata prius quisque ardore debet charitate et bonis operibus, quam aliis per suam doctrinam lucere. Sicut enim natura prius hominem format, quam ei loquela usum tribuat; ita et quisque se per opera bona formare debet, antequam aliis loqui, alesque docere suscipiat. Et revera cui bono, unum facere et aliud dicere? Cujus utilitatis, si quis aliis faciendo proponat quod ipse perficere renuit? Nullius equidem; nam, ut ait S. Hieronymus, non redificat, sed destruit, qui quod aliis dicit, ipse non facit (in c. 21 Mat.). Pharisei superbi et hypocritæ ambiebant vocari Rabbi; eorum quilibet magister appellari optabat; erant autem magistri, qui quæ dicebant, minime agebant, vel qui aliud verbis et aliud factis docebant; S. Marcus id prius fecit, quod in Evangelio suo faciendo docuit: antequam homines humiles *beatos* esse scriptaret, humilitatem apprime ipse colebat: priusquam inimicos diligendos evangelizaret, ardenter quosque, quantumvis sibi infensos, hostes amatabant: orabat pro persecutibus et calumniis suis, illis beneficiabat qui ipsum oderant et alia omnia perfectissime

servabat, que in Evangelio suo, Spiritu Sancto dictante, delineavit. O Evangelistam mirabilem, qui Evangelium scriptis, quod a S. Petro audierat, quod a Spiritu Sancto didicerat et quod ipse perfecte servabat! Ecce quid S. Marcus scriperit; ut Evangelista: *inquiramus nunc, quid passus sit, ut martyr.*

## III PARS.

*Quid passus est S. Marcus ut martyr.*

Multa et gravia a conversionis sua tempore passus est Marcus tum in itineribus quo suscepit; tum in mortificationis et omnium virtutum exercitio cui vacavit; tum a Gentilibus et Barbaris quibus predicavit; hodie ea solum inspicio, que, ut martyr tempore sui martyri pertulit et dico eum passum esse 1. injurias et ludibria; 2. vincula et carcere; 3. gravia supplicia et ipsam mortem.

1. Multi ex Alexandrinis civibus nondum ad catholicam fidem conversi, demoniaco in S. Marcom inardescentes furore, constituit interuersus adversum discipulum Domini, atque in ejus aedes irruentes, cum eum sacra faciente offendissent, injuriis et contumelias affecerunt: *injurias ac maledictis lacescitus, mansuete et a quo animo omnia perferebat* (Procop. nbi sup.). Inter multas autem quibus eum lacescebant, injurias, avertit Metaphrastes, quod illum *bubulum* vocaverint: *trahamus, inquinabam, bubulum in bubuli stabulum*. Eum vocant *bubulum*, qui lo erat generosissimus ad ardua queque suscipienda: vocant eum *bubulum*, qui vir erat sanctissimum ratione suorum virtutum: eum *bubulum* vocant, qui episcopus erat zelansissimus et Evangelista a Deo dilectus. Hanc quidem et alias injurias a quo et gratissimo animo pro Dei amore passus est Marcus; præterea maligni et barbari ejus inimici injurias et convicis plurima et gravia addiderunt ludibria: eum et animi ligatis et collo funibus, alii media Alexandria ludibrio, pro pudiosoque spectaculo ante trahebant; alii fustibus, lapidi-

*busque tundebant* (Nicetas ubi sup.). Tales fuere injuria, talique extitero ludibria, que invictissimum ille presul ab ingratis Alexandrinis civibus pertulit: eos ille verbis suavissimis ad Christi amorem perducere conatus erat et ipsi verbis contumeliosis eum exhortare contendunt: ille, ut eos ab infami daemonis servitute eriperet, ardentius et continua solicitudine laboraverat, et hi eum, veluti hominem villem et despicibilem, populorum ludibrio exponunt; interim S. Marcus *mansuete ei a quo animo omnia perferebat*. Innumera Judaeis beneficia Christus impedit; illis namque altissima fidei mysteria manifestavit; iis verbo et exemplo salutis et perfectionis viam patefecit; cecis insuper visum, surdis auditum, mutis loquela, paraliticis membrorum usum, aliasque multis agrotis sanitatem et mortuis vitam restituit. O Christe Salvator, tibi quid pro tantis impensis beneficiis retribuerunt Judæi? *Retribuerunt mili mala pro bonis*; non bona bona compensarunt, invero mala pro bonis retribuerunt: quippe qui illum Judæi vili preio vendiderunt, eum ligatum per Jerosolymitanæ urbis compita traxerunt, injuriis et contumeliis affecerunt, militum et satellitum ludibrio illum objecerunt, ad crandalem tandem et infandam mortem dannarunt. Ecce retributionem Christi; et ecce etiam retributionem Marci: ille namque Alexandrinos cives ad Christi fidem vocaverat, eos ad justitiae semitas direxerat, eis gravi cum labore sacram annunciarerat Evangelium, eorum multos agrotos sanaverat et quibusdam ex eorum mortis vitam restituerat; ipsi vero retribuerunt mala pro bonis; siquidem illum injurias et convicis onerarunt, eumque ludibrio totius civitatis, per quam raptatus est, expulerunt; neque solum injurias et ludibria passus est, *etiam vincula et carcere*.

2. Vinctus fuit Marcus, qui peccatorum vincula silvere solebat; vinctus fuit, qui complures a simulacrorum cultu et errore liberaverat; vinculis comprehensus ab inquis hominibus ille, qui multos a diabolou faciebus eripuerat. Sicut enim a Iudeis Christus, velut reus et infamis, vinctus et ligatus ad dominum Anas pontificis, ad praetorium Pilati judicis et ad Herodis regis curiam ductus est, ita Marcus funibus vinctus collo,

non manibus, velut bubulus tractus et raptatus fuit per vicos et plateas civitatis Alexandrinae, tanta vi, tantoque impetu, ut caro ejus contusa remanserit et pavimentum fuso ejus sanguine cruentatum fuerit. Postea ingrati et barbari illi cives sanctissimum hunc virum, sic suo perfusum et sauciatum sanguine et quasi exanimem ad carcere traxerunt et in eo recluserunt. O detestandum horum civium ingratitudinem! o gloriosum hujus sancti martyris certamen! Dicebat Paulus, quod bonum certamen certasset et quod gloriose pro Christo pugnasset: *bonum certamen certavi; que verba expontens S. Chrysostomus, ait, bonum et illustrē fuisse Pauli certamen, quia vincula et carcerae pro Christo passus erat: ubi carcer, ubi vincula, ibi certamen bonum, nil hoc certamine melius, nihil illustrius* (Hom. 9 in 2 Timot.). Illustrē autem et gloriosem illud certamen obī S. Marcus; ab Alexandrinis enim cibis, a quibus grande solatium et magna justa expectare poterat premia, fuit turpiter vincitus et in carcere conjectus. Non tamen hic eorum stetit malitia et pervicacia: ab eis postremo *passus est gracia supplicia et diram mortem.*

3. D. Ambrosius, ut consoletur insontes, qui carcerebus injuste occiduntur, ait, quod non debant tristari nec conturbari, quia a Deo in carcere visitantur: *non turbentur innocentes, cum oppressa justitia, traduntur in carcere: visitat Deus et in carcere suos; eos quidem omnes visitat internis consolacionibus, quibus corda eorum roboret, eorumque moerorem mitigat; ac insuper visitatio fuit in carcere Marcus ab ipso Christo Domino, qui ei visibiliter appars, eumque confortans dixit: paz tibi, Marce evangelista meus. Celesti illa consolatione recreatum, dum in carcere detineretur, infessissimi ejus hostes brevi illum inde extractum diris suppliciis affecrunt, vel potius omnibus eum tormentorum generibus prebarunt: omnium generum cruciatibus, inquit Procopius, velut aurum quoddam fuit probatus (Ubi sup.). Historici tandem, qui sancti hujus viri gesta et passiones referunt, non specificant, quae fuerint illa supplicia quae pertulit; dicunt solum, quod postquam e carcere fuit eductus, eum iterum, fune ad*

collum ligato, per saxa magno raptarunt impetu, quoque sanctissimam efflavit animam; sive rem totam evenisse narrat Metaphrases: *« cum dies illuxisset, venit illuc civitatis multitudo, quæ cum illum eduxisset de carcere, rursus in ejus collum funem injecerunt, eumque pertrahentes dicebant: trahamus bibulum in bibulci stabulum. At B. Marcus eo maiores gratias omnipotenti Domino Iesu Christo agabat, dicens: In manus tuas Domine commendō spiritum meum; eumque hoc dixisset, tradidit Deo spiritum ». Timotheum hortatur D. Paulus, ut opus faciat evangeliste: *opus fac evangelista*; quod est illud opus? respondet Doctor Seraphicus in sermone de S. Marco: *opus evangeliste est: primum in Christum credere; secundo, Christum praedicare; tertio praedicare in scripturam redigere; quartu seipsum in mortem pro Ecclasio tradere* (2 Tim. 4). O grande et arduum opus! quod perfecte adimplavit S. Marcus, qui in Christum firmiter credidit; qui Christum crucifixum predicavit alacriter; qui, que de Christo predicavit, scriptis mandavit; qui tandem acerbam passus est mortem, ut que de Christo predicaverat et scriperat, sanguine sus confirmaret. Ecce supplicia, ecce mortem et ecce quid passus sit S. Marcus, ut Christi martyr. Ut episcopus Ecclesiam Alexandrinam fundavit, illustravit et perfecit: ut evangelista, Evangelium scripsit, quod a Petro audierat, quod Spiritu Sancto doceante, didicerat et ipse exacte servabat: ut martyr passus est injurias et ludibriis, vincula et carcerae, gravia supplicia et mortem. Ecce quid fecit, quid scriptis et quid passus est Marcus in hoc saeculo, quibus omnibus meruit in celum sublimari et ad primarias paradisi sedes evehiri. Jam ibi eum contemplerum; miremur ejus gloriam, ejusque patrocinium imploremus. Quantam, o fratres dilectissimi, pensatis esse incola gloriam sanctissimi illius viri, qui tot et tanta pro Christi gloria fecit, scripsit et passus est? maxima quidem gloria ejus, quoniam, ut ait Nicetas, Marcus apostolis ut apostolus, evangelistis tamquam evangelista, patriarchis ut patriarcha, atque martyribus ut martyr est cooptatus; variaque proinde corona præfulgens ac eximie nitens, in celis a dexteris assi-*

sterne æterno Regi meruit. Demiremur eum tot donis radiantem, tolque pretiosissimum redimutum coronis; atque insuper ad ejus confugiamus patrocinium, ejusque auxilium imploramus. Respublica Veneta, duratione antiquissima, autoritate potentissima, nec non divitiiis, viribus et nobilitate famosissima, a multis seculis S. Marcum in patronum assumpsit; ideo sub ejus insignibus et protectione militat, pro siemmate leonem preferens et protessera haec summa Christi ad Marcum verba: *pax tibi, Marce euangelista meus.* Sub tali autem et tanto protectori felix et potens stat illustris haec res publica; sancti hujus intercessione innumera impetrat beneficia, ejusque patrocinio cuncta ei prospere et feliciter evenire videntur. Nec solis Venetis patrocinatur Marcus, verum et omnibus qui ejus devote et reverenter implorant auxilium. Ut enim perhelle ait S. Laurentius Justiniani: « invoca Marcum oppressum et levamen sentit; ejus implorat auxilium infirmos et sospitatem recipit; in mari, in solitudine, in periculis, inter latronum acies exercitatur et juxta fideliter poscentium vota sufragatur: offert enim Deo orationes ad se clamantium atque gementium, ut beneficia conferat. Intercedit et obtinet; compatit et sua interpellatione defendit. Sue nunquam frustratur voto, quoniam ardenter, quoniam recte, quoniam procurat humiliiter. Per illum Deus largitur veniam, manum porrigit, delinquentes sustinet, tribuit vitam. Felices dixerim, qui tanto propitiantur patrono ». Itaque sanctum hunc Antistitem in vita nostra patronum eligamus; hujus sanctissimi evangeliste protectionem humiliiter postulamus et tanti martyris patrocinium in omnibus necessitatibus nostris solite ac ardentius petamus; et ut illud impetrare valeamus, enixe eum rogenus cum Procopio, dicentes: O Marce euangelista, Deum nobis propitium reddere ne graveris; ab illi que molesta nobis accidunt et a quibus perturbamur, nos subleves; que in vita difficilia et gravia nobis sunt, ea facilia reddas; rumpas et chyrophram illud, in quo nostra crimina scripta sunt, erratorum des veniam: talem enim ab ipsius Domini lingua potestatem accipisti. Si ligaveris, id quod ligatur, solvi non poterit. Si ad commiserationem ac veniam

spectaveris, vinculum ipsum facile dissolvetur. Ne despicias nos propriorum peccatorum catenis constrictos, sed impera vinculis ipsis et illa effringentur. Denique fac, ut et nos bonorum contestum participes officiamur, gratia et benignitate Domini nostri Iesu Christi, cui gloria est et imperium, nunc et in secula seculorum. Amen.

## DE SANCTA CATHARINA SENENSI

## CONCIO UNICA.

*Ipse dabit tibi cor (Eccl. 6, 37).*

Spirituum et meritorum uniuscunusque solus ponderator est Dominus. Unde sicut illi soli cognitus est numerus electorum in superna civitate locandus, ita et ei soli innoscant gradus meritorum et premiorum, quae cuiilibet sancto specialiter competunt. Si tamen de sanctis per conjecturas, per presumptiones et per externa eorum gesta licet judicare, certe S. Catharina Senensis tot durioris penitentiae vacavit operibus, tot celestibus illustrata fuit visionibus, tam insolitis effusis miraculis, tam foudiariter cum Christo conversata est, tantaque charitate erga Deum et proximum exarsit, ut eam maximi extitisse meriti ac supereminente dictata fuisse sanctitatem, nemo sit qui ambigat: Quod vero in tota sancte illius virginis vita mirabilis apparet, est mira Christi erga eam dignatio, qua tanta fuit, ut ei proprium cor dare voluerit. Promiserat Deus se cor, seu amorem suum, daturum ei, qui ejus perfecte servaret precepta; *Ipse dabit tibi cor;* id nunquam melius et perfectius adimplatum fuisse videtur, quam in sancta Catharina, cui Christus revera cor suum dedit. Ipse etenim sacre hujus virginis cor

eripuit, in cuius locum cor rubicundum et ardentissimum, quod manu gestabat, reponens, dixit: *ecco filia mea, habes pro corde tuo cor meum* (Raymun. Capuan. *in vita ejus*), clausoque latere recessit; et ne putaretur inane hoc fuisse phantasma, illo in loco cicatrix permanxit, que a multis visa est. An autem cor summum Christus ei moraliter solum dederit, an vero realiter et physice, reproducendo scilicet proprium cor et illud intra sanctam illius virginis pectus introducendo, illius dumtaxat est judicare, qui novit abscondita cordium. Itaque in Seraphicas illius virginis laudem dicam tantum, ipsam habuisse cor maxime conforme et simile cordi Christi. *Ave.*

Peccatorum corda plena, frigida et abominabilia sunt. Eorum corda plena sunt ignorantia, iniquitate et dolo: *cor tuum plenum est dolo* (Eccl. I, 40): eorum etiam corda sunt frigida erga proximum, quem non amant et cui plerunque mala ex corde desiderant: *mala autem in cordibus eorum* (Ps. 27, 3): sunt tandem eorum corda ab omni bono elongata et abominabilia: *abominabile Domino cor praeum* (Prov. 11, 20). Christus Jesus totu[m] celo pccatis et a peccatoribus segregatus non habuit simul cum iis cor plenum, frigidum et abominabile; imvere habuit cor vacuum, ardens et consecratum; cor vacuum omni ignorantia, passione et imperfectione; cor ardens amore inimicorum, miserorum et omnium hominum; cor consecratum laboribus, doloribus et aeterni Patris amori. O cor venerandum! o cor omni admiratione dignum! et ecce cor, quod Christi simul fuit et S. Catharinae; ipsa namque cum Christo habuit 1. cor vacuum; 2. cor ardens; 3. cor consecratum. His tribus propositionibus Catharinam idem cum Christo cor habuisse patet: *ipse dabit tibi cor.*

## I PARS.

*Sancta Catharina simul cum Christo habuit cor vacuum,*

Voluit Deus in sui gloriam altare fieri, non solidum, sed vacum et intus vacuum: *ipsum altare erat intus vacuum* (Exod. 28, 7). Cor Christi extitit quidem altare, in quo ad Patris aeterni gloriam innumera interius sacrificia obtulit; et illud altare fuit vacuum, eo quod tamquam divinitatis thronus, ab omni quod imperfectionem redoleat, fuerit prorsus alienum et vacuum; cor autem ejus praecipue vacuum fuit omni ignorantia, immunditia et affectu terrenorum. Et quod hoc, cor S. Catharinae cordi Christi maxime apparuit conforme; ipsa etenim cum illo habuit cor vacuum ignorantia, immunditia et affectu terrenorum: hujus sancte virginis cor fuit 1. *vacuum ignorantia*, cum fuerit doctissima; 2. *vacuum immunditia*, cum fuerit purissima; 3. *vacuum affectu terrenorum*, cum fuerit paupertatis amantissima.

1. Cor Christi omni penitus ignorantia vacuum fuit, cum in eo cuncti scientiae Dei thesauri habentur reconditi: *in quo sunt omnes thesauri sapientie et scientie absconditi* (Colos. 2, 3). Nulla prorsus in divino illo corde esse poterat ignorantia nebula; cum noverit et ea que sunt et ea que non sunt; ac in essentia divina omnia præterita, praesentia et futura clare viderit. Sancta Catharina similiter non quidem ita perfecte ac Christus, asti suo modo habuit cor ignorantia vacuum; nam ipsa fuit doctissima et ab ignorantia tenebris remotissima. Magister ejus Christus per revelationem, per occultam inspirationem et aliquando per claram apparitionem ei loquebatur, *sicut homo loquitur homini* (S. Anton. 3 p. tit. 23, c. 14); ideo ipsa dicere poterat, non ab hominibus didic; Deus omnium artifex docuit me sapientiam (Sap. 7, 21). Sub tanto magistro Catharina ab infancia sua multas orationes, prima fidei rudimenta, et arcuatam rivendi formam, quam sancti

Patres in deserto tenuerant, perfecte dicit: paulo autem etate prosector facta, sub eodem preceptor tam altam fidem et theologie mysteriorum notitiam assedit est, ut queque abstruse penetraret, difficultas endaret et obscura elucidaret; unde praestantiores quique theologi eam in dubiis et difficultatibus suis tanquam oraculum consulcebant, doctissimasque ejus responsiones admirabantur. Nec mirum; etenim ipsa divinitus edicta secreta coelestia noverat, quae non licet homini loqui. Ipsa etiam, que lateris Christi vulnus deosculari et sugere meruerat, o sacro illo divini luminis fonte tantam hanserat sapientiam, ut confessari ejus, doctores omnes et plures ex summis Pontificibus audientes suspicierent et quasi in extasim raperentur. Coelestem autem hanc sapientiam eratavit praeceps S. Catharina, tum in libro de Providentia, in quo mirum in modum de solitudine cordis disserit; tum in variis epistolarum voluminibus, in quibus subhinc de Principiis et Ecclesiasticorum regimine docet; tum in sententiis, quas in extasim rapta sepe proferebat; tum in dubiis ipsi propositis, quae clare et doctissime explanabat. O superämentem hujus virginis scientiam! que magis adhuc enitet in hoc quod ipsa cognoscet abscondita quæque sive presentia sive futura. Procul dubio praesentia, quae sub sensu cadunt, a qualibet oculis habente videri et cognosci possunt; praesentia autem quæ latent, ut cordis arcana, a Deo solo et ab iis, quibus Deus dederat, innotescunt: Deus autem hanc cordium notitiam sanctæ Catharinae impertitus est; ipsa siquidem abscondita cordium scrutabatur, ac ita perfecte noverat, ut pluries pluribus, quæ in eorum cordibus latenter cogitationes, quis conscientia illorum esset status, quæ peccata confessariis manifestaverint et quæ celaverint, necnon alia multa declaraverint. Ipsa novit etiam abscondita mundum actu existentia, verum aliquando futura: erat enim in ea, inquit S. Antoninus, spiritus propheticus iam perfecte et frequenter, quod pene eam nil posset latere (Ubi sup.). Hoc propheticæ spiritu illustrata, confessarii suum de his quæ ei superventuri erant, quandoque præmonuit; futura schismata diu antequam evenirent prænun-

ciavit; imminentia Ecclesie mala summis Pontificibus indicavit; aliquibus Principibus varios eventus futuros prædicti; ipsa tandem in sua cella, velut in totius sapientiae gymnasio sedens, præterita, praesentia et futura, quantumvis abstrusa, penetrabat. Exinde certissime patet, cor Catharinae simul cum Christi corde fuisse ignorantia vacuum, cum ipsa fuerit doctissima: cor autem Catharinae, simul cum corde Christi, fuit etiam omni immunditia vacuum, cum ipsa fuerit purissima.

2. Cor Christi ita omni immunditia vacuum et alienum extitit, ut ad illud vel minima cuiuscumque peccati macula accedere nequiret. Non erat, quod diceret Patri: cor mundum crea in me Deus (Ps. 50); quia a principio ita mundum et parum creatum fuit ejus cor, ut nec levissima quaque peccati labo unquam fedari posset. O cor vere omni immunditia vacuum! similiter cor Catharinae extitit mundissimum; non quidem a venialibus peccatis totaliter immunis vixit, tamen paucissima usque ad cor ejus venerant, eaque tam cito lacrymis lavit et penitentis ita gravibus delevit, ut cor ejus mundissimum extitit constei. De ipsa fertur, quod, postquam adiuc septennis virginitatem vovit, a mundi pompa et ab elaborato corporis sui cultu maxime abhorruerit; nihilominus importuni sororis sus Bonaventure precibus vita, corporis ornatum aliquantulum indulit, in quo an etiam venialiter peccaverit, dubitat S. Antoninus: hanc tamen levitatem, inquit, ad se reversa multis lacrynis tersit, eamque confessa est proclamans, se inferno esse dignissimum (Ubi sup.). Heu! si levitatem, de qua jure ambigitur an fuerit peccatum veniale, tot lacrymis lavit, tantoque dolore delevit, quantam cordis ejus munditudinem fuisse censemus, non solum respectu gravium, verum etiam respectu levissimorum peccatorum? tantam quidem, ut nec verbis explicari valeat. Perbelli dixit Augustinus, quod cor justorum colum est (serm. 44). Cor nostrum parvum est, colum amplissimum; cor nostrum est animatum et vivit, colum vero est inanimatum et non vivit; quoniam ergo cor justi, quod est parvum et animatum, potest vocari colum, quod maximum est et inanimatum? Dicendum videtur, cor ju-

storum esse cœlum, quia sicut Deus visibiliter habitat in cœlo, ita et in anima justi vere per suam gratiam sanctificantem inhabitat. Vel etiam dici potest, cor justorum esse cœlum, quia sicut in cœlo nihil est immundum: *non intrabit in eum ali- quod coquinatum* (Apoc. 21, 27), sic cor justi ab omni prorsus peccati mortalis macula vacuum est et immune. Dupli- cili autem hoc sensu cor S. Catharinae vere et perfectissime cœlum extitit; cœlum fuit per gratiam sanctificantem et abundanter, qua Deus illud replevit; fuit etiam cœlum, quia non solum mortali quodam peccato nuncquam coquinatum, verum et levissimas quasque peccati maculas ab eo abegit; idcirco in ejus corde maiusssimo Christus virginus sponsus commo- rabatur et delectabatur. Christus *pascitur inter lilia* (Cant. 6), seu in cordibus instar liliorum dealbatis et mundis jucunde inhabitat; ipse est sapientia aeterna, qua non habitat in corpore subito peccatis (Sap. 1, 4); at in cordibus purissimis et a peccati macula alienis facile requiescit. Procul Christus a cordibus fodo avaritiae, luxuria, vindictae et aliorum vitiorum luto inquinatis et totidis; ibi non habitat hic puritatis amator; et contra in mundissimo S. Catharinae corde gratis- sime commoratur. De ipsa enim legitur, quadam die diacones ex Dei licentia temptationibus horrendis illam vexasse, objicentes intellectui ejus et coram ipsa patrantes quidquid anima puritatis sollicita magis horrescit. Horruit, et satana fortiter re- sistens, summopere turbata est virgo sacra; cui cum post tale certamen apparuisset Christus, ipsa ad sumnum afflita humili- liter dixit ei: ubi, Domine mihi fuisti, dum cor meum tot tur- pidinibus vexabatur? cui Dominus: *ego eram in corde tuo, latebam in medio cordis tui* (S. Anton. ubi sup.). Heu! si Christus in corde Catharinae erat et latebat, etiam cum tem- ptationibus ad turpia allicientibus vexabatur, quanta astimanda pretiosa et celestis illius cordis munditia? Cum Christus Do- minus in hunc mundum venit, voluit in loco totius mundi purissimo, videlicet in sinu Beatisissimæ Virginis Mariae habitare et quiescere; quantam ergo censemus cordis sanctæ Catharinae munditiam, in quo Christus fuit, latuit et commoratus est?

certe cor ejus purissimum et ab omni immunditia alienum reputandum. S. Catharina igitur simul cum Christo habuit cor vacuum omni immunditia: *habuit etiam cum eo cor vacuum ab affectu omnium terrenorum.*

3. Abhorret natura vacuum; unde cum cor gratia et cele- stibus bonis destituitur, terrenis impletur: et e contra, ut sit sanctus Bernardinus Senensis, cum cor terrenis evacuatur, celestibus bonis facile impletur: *terrenis vacui, celestibus impletur* (t. 23, ser. 9, 12). O quam plenum fuit Christi cor celestibus bonis, et o quam vacuum affectu omnium terreno- rum! o quam similiiter, plenum et vacuum fuit S. Catharinae cor! plenum celestibus divitiis: in ecclis enim semper con- versabatur et divitiis celestibus continua replebatur. Quis narrare posset, quot mirabiles visiones haberet, quot extases passa sit, quot celestibus consolationibus gavisa, quoque mirabilis in cœlo videre meruerit? ipsam gloriam Beatorum, imo et divinam essentiam vidisse, confessario suo fassa et testata est, dicens: *intellexit anima mea gloriam Beatorum; anima mea vidit divinam essentiam* (S. Anton. ubi sup.). O cor vere boni spiritualibus et celesti rore plenum! o cor vere vacuum affectu omnium bonorum terrestrium, que despitit, reliquit, ac paupertatis voto penitus abdicavit! Exinde quacun- que ipsi imperturbans, sive oleum, sive vimum, sive frumentum, sive vestes, ea pauperibus et aliquando ipsi Christo sub specie pauperis petenti erogabat. Fideles hortat D. Paulus ad celestia bona, non vero terrestria ambienda et inquirenda: *que sursum sunt querite, ubi Christus est in dextera Dei se- dens; que sursum sunt sapite, non que super terram* (Coloss. 3, 1). O quot e contra, posthabitis gratie et glorie bonis, terrenis solum ditari ambiant et satagunt! Vel ipsi sanctæ Catharinae consanguinei eam ad matrimonium inendunt et ad cor suum terrenis agglutinandum, variis modis inducere per- tentarunt; at haec sposa Christi, que se totaliter spiritua- libus addixerat, non acievit carni et sanguini; quin contra, soli Deo placere studens, que sursum sunt semper quassivit; cuncta terrena nihil pendit, ac veluti vilia spiritualis vite

impedimenta respxit et despexit. De sancta virgine Theresia fertur, quod quadam die post perceptum sacrosanctum Eucharistium sacramentum in extasim rapti, tantam inferius suavitatem et dulcedinem senserit, ut ab illo tempore terrena cuncta, non secus ac vile formicarum examen aspiceret: *omnia, inquit, mihi videbantur esse formicarum examen.* Heu! si S. Theresia post illam extasim ita terrena bona contempset, quid dicendum de S. Catharina, cui communiter contingebat, ut *communione accepta, rapereetur in extasim et per tres, vel quatuor horas rapti et alienata a sensibus manebat immota?* (S. Anton. ubi sup.). Quid sentimus de S. Catharina, que passim extases patiebatur, que rora coeli in oratione pasciebatur, que in meditatione gustabat assidue, quam suavis est Dominus, que celestium honorum magnitudinem noverat, et cuius anima essentiam divinam videre meruerat? Certe terrena omnia nea solum ut formicarum examina, verum ut iis viliora et affectu cordis humani indigniora despexit et abjecit. Ecce cor vere vacuum; dum autem S. Catharina simul cum Christo habuit cor vacuum, cum eo etiam habuit cor ardens amore hominum.

## II PARS.

*Sancta Catharina simul cum Christo habuit cor ardens.*

Christus Dominus tanto erga homines ardebat amore, ut tota ejus cura, totaqua doctrina ad hunc amorem tetendisse videoatur: *dilectio proximi est tota Creatoris disciplina* (Tertull. ado. Marc. 5, 14). Venerat igitur mittere in terram: *ignem veni mittere in terram;* ignem scilicet amoris Dei et proximi, quo cor ejus ita exarsit, ut pro omnibus penitu hominibus pati, crucifigi et mori voluerit: *Christus pro nobis mortuus est* (ad Rom. 5). Specialiter vero Christi enituisse videtur amor erga inimicos, erga infirmos et erga peccatores, quibus specialiora amoris sui signa dedit. Et in hoc magistrum

et sponsum suum Christum perfectissime imitata est Catharina, cuius cor sancto omnium hominum amore accensum specialius et ardenter amat. 1. *inimicos*, quibus injurias condonavit; 2. *infirmos*, quorum calamites sublevavit; 3. *peccatores*, quorum salutem optavit et pro viribus procuravit.

1. Christus Dominus, qui omnes penitus homines diligebat, suum erga inimicos specialius manifestavit amorem; iis enim injurias condonavit, multa iis beneficia impertivit et, et in cruce pendens pro iis enixe Patrem est deprecatus. O preclarum dilectionis inimicorum exemplar! cui quidem conformis exitit Catharina, qua cum omnes homines, nullo excepto, propter Deum amaret, suum specialiter erga inimicos patetit amorem; ei enim improperebant multi; propter pietatis ejus exercitum müssibant non pauci; aliqui murmurantes ex hoc quod seppissime sacrosancto refereretur Eucharistie sacramento, illam ex unico hoc cibo vivere dicebant; alii, ut de suspecto consortio illam incusarent, eam plus quam par esset confessarium aliqui ajebant; ei complures, tum ex invidia, tum ex falso zelo varie illudebant, multasque ei injurias infierabant; ipsa cum malediceretur, non maledicebat; mala malis non compensabat, quin contra orabat pro persecutibus, maledicentibus benedicebat, et erga infessissimos quosque hostes se beneficium exhibebat. Ad sancte illius virginis gloriam narratur, quod cum in civitate Seneana quedam degener infirma, leprosa ita enormiter corrupta, ut nec interveniret aliquis, qui ei subvivere vellet, Catharina, ubi hoc rescivit, ad eam accessit festinante, ardore charitatis succensa (S. Anton. ibi sup.), ei salutem dixit, contractavit eam, ejusque se obsequio propter Deum ita mancipavit, ut qualibet die eam pluries inviseret, eunela victui necessaria ei prepararet, magno affectu et diligentia ei in omnibus inserviret. Ingrata vero haec negra, diabolus suggestore, post percepta multa ardentissime charitatis officia, exopti ohjurgare ac contumelias afficere virginem; opprobriis et irrisoriis multis illam insecatubatur; ipsa vero talia benigne audiens, irrascentem verbis dulcissimis lonebat, maledicenti beneficiebat, omniaque ipsi necessaria quieto et

tranquillo animo suppeditabat. Quid simile de alia fertur infirma, cui propter putridum cancer fœtenti maximo charitatis studio opitulabatur S. Catharina, licet hæc ingrata mulier benefactrici sua crebro malediceret, eamque detractionibus suis denigrare conaretur. Alia multa ab authoribus recensentur charitatis testimonia, que inimicis suis praestitit hec virgo sacra; eos enim dilexit, fovi, protexit et beneficis multis replevit. Unde, si inimici parcere, cum iis nocere possumus, gloriosissimum censemus S. Ambrosius: *magna gloria est, si cui potuimus nocere, parcas;* maxima certe fuit gloria S. Catharinae, que, cum inimicis nocere posset, non solum iis peperit, verum et iis beneficit, multaque ardentesissime charitatis officia sedulo impedit. Habuit ergo S. Catharina cum Christo cor ardens amore erga inimicos, quibus beneficet: *habuit etiam cum Christo cor amore ardens erga infirmos, quorum calamitates sublevavit.*

2. Magna erga infirmos charitate ferebat Christus; unde passim cecos, surdos, mutos, paralyticos, aliisque infirmitatibus gravatas sanabat, neque solum per seipsum iis subveniebat, etiam per apostolos, quibus dedit potestatem, *ut curarent omnem languorem et omnem infirmitatem* (Matt. 10). Simili quoque charitate ardebat S. Catharina, que omnibus quidem miseri compatiscebat; ac præcipue ægrotis, quibus inseruendis assidue vacabat. De aliquibus jam locuti sumus, quibus maxima charitate et patientia ministravit; verum et aliis multis eadem charitatis officia praesitit; ab Ecclesiæ eum ad xenodochia properare solita erat, ubi iis qui lepra, putridis canceribus, fœtidi et invertebrati ulceribus et aliis morbis horrendis ac contagiosis laborabant, alacri animo opitulabatur. Quodam autem die, detecto agrotantis aliquipus ulcere, tantus ex eo fœtor exhalavit, ut virgo sacra usque ad vomitum commota fuerit, nec ideo a charitatis officio destitut; quin contra, ut de seipsa triumpharet, itisque fœtoribus assueficeret, os et nares horrendo et fœtidio huic ulceri admovit et suxit, donec horrorem et nauseam visum est sibi extinxisse. Alia vice, cum uicus cancerosum virgo detergeret, tantus similiter ejus

nares fœtor invasit, ut ejus omnia commota sint viscera; at illa, ut de naturali hoc horrore totaliter triumpharet, fœdi hujus ulceris loturam in scutella collegit et alacriter bibit. Quæ actio ita Christo ejus sponso accepta fuit, ut proxime sequenti nocte illi apparet, sacraque corporis sui vulnera ei patifecerit; cumque ad sumendum potum ex lateris sui vulnera eam invitasset, inclinavit Christus locum vulneris lateralis ad os ejus, ex quo potu per non parve more spatiū inexplicabilem hausti sapientiam tam avide, quod abunde satiata simul et sitibanda fuerit (S. Anton. ubi sup.). O ineffabilem Christi erga hanc virginem gratiam et favorem! O mirabile etiam hujus virginis erga infirmos charitatem! que enim major charitas, quam inter infirmos commorari, eos consolari, purulenta eorum ulcera lavare, sordes quasque hilari animo abstergere, fluentem saniem lambere, omnique ipsi necessaria sedulo præstare, nec aliqua adveniente tentatione ab his charitatis officiis cessare? Praeclare dixit S. Fulgentius, charitatem erga proximum, si vera sit, nunquam frigescere, imo inardescere semper et crescere: *proprium est charitatis proximi, ut in eo, qui eam erogat, crescat* (ep. 5 ad Egypp.). Quod verissimum in S. Catharina comprobatur; charitas enim qua erga ægrotos exarsit, nunquam refrixit; major semper et ardenter est effecta. Demonæ invidia tabescentes, ab his charitatis officiis eam avocare conabantur, tum provocando infirmos ad illi improphanum, tum horribiles in ulceribus infirmorum excitando fœstos; ejus etiam socie et amica timentes, ne ipsa ob fœtentia que attractabat ulcera, in gravem aliquem morbum incideret, ei suadere pertinetarunt, ut charitatis sue exercitia temperaret; ejus tandem parentes ægre ferentes delicatam hanc filiam nosocomia circuire, canceres tangere, ac infirmis plerumque ingratis viliora et abjectiora queque charitatis officia præstare, eam a pio hoc exercitu avertere sagerunt; jamvero nec dæmones, nec amici, nec parentes eam a proposito deterrere potuerunt; quin contra ardenter semper et officiosior effecta ejus charitas usque ad mortem in his charitatis exercitiis perseveravit. O cor vere

ardens charitate erga infirmos! *Ad hec cor ejus fuit etiam ardens charitate erga peccatores, quorum salutem vehementer optabat.* Inenarrabilis et incomprehensibilis est charitas, qua Christus peccatores prosecutus est: pro eorum enim salute de celo descendit, pro eis incarnatus, passus ac mortuus est; et quasi justorum oblitus fuisset, in hunc mundum non ut justos, tantum ut peccatores vocaret, se venisse ait: *non veni vocare justos, sed peccatores.* A Christo sponso ad Catharinam ejus sponsam transevo, illiusque erga peccatores charitatem demiror, quae tanta erat, ut omnium salutem ardenter desideraret et pro viribus procuraret; ut enim ait S. Antoninus, *quidam zelus animarum cordi ejus infusus commovebat eam, omnium zelans salutem* (Ubi sup.). Sponsa Cantico rum lilio assimilatur: *sicut lilyum inter spinas, sic amica mea inter filias* (Cant. 2). Legit Nyssenus: *sicut rosa inter spinas* (hom. 4 in Cant.); unde hec sponsa lilio assimilatur et rose. S. Catharina merito dicitor lilyum et rosa; *lilyum ratione puritatis virginalis qua fulsit; rosa ratione zeli et charitatis qua erga peccatores ardebat, que tanta erat, ut omnium salutem summo affectu desideraret.* Quapropter sanctos illos, qui pro hominum salute plurimum laboraverant, speciali cultu venerabantur et cum divinitus novisset, quod S. Dominicus fratrum predicatorum Ordinem ad procurandum hominum salutem instituisset, terram religiose osculabatur, quam transentes fratres predicatores pedibus calcarent. Nec hic haerebat ejus erga peccatores charitas; tantopere namque exeredit, ut pro cuiuslibet peccatoris salute mortem libenter passa esset: *tantis ejus era amor erga proximum, ut pro qualibet libenter sustinuissest mortem* (S. Antonin. ubi sup.). Non pro omnibus simul peccatoribus semel solum mortem sustinere voluisset, pro cuiuslibet peccatoris salute libenter mortem sustinuissest; unde pro salvandis decem peccatoribus, decies, et pro salvandis mille, millies mortem sustinere acceptasset. O magnam ejus erga peccatores charitatem! Quid autem mirabilis de Seraphica illa virgine narrat Lippohs dicens, tantum illius erga peccatores fuisse charitatem ut corpusculo suo os

inferni obstruere voluisset, ut in eum aliquis non intraret, ac optasset ipsa sola inferni supplicia pati, ut ab iis alii omnes liberarentur; sic enim Catharinam Christum deprecantem hic author inducit: *mi Domine, quonam modo ferre potero, ut qui ad imaginem tuam formati sunt, in eternum percant?* *an non in maioren glorie tua cumulum cederet, ut salva charitate, ego sola perirem, corporisque mei objectu aditam ad inferos obstruerem;* omniaque gehennae tormenta perferrem, quam ut tot animarum nullia a beatitudinis tuae consorio excluderentur? (*in vita ejus*). Mirabilis quidem extitit S. Pauli charitas, qui pro hominum salute a Christo anathema esse optavit: *optabam enim ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis* (Rom. 9, 3); quodammodo mirabilior et ferventer fuisse videtur. S. Catharinae charitas, quia non solum pro peccatorum salute a Christo anathema esse peroptavit; verum etiam a Dei visione privari, a paradise arceri, et in inferno cruciari, eternisque suppliciis pro eorum salute addici concepivit. Nec ejus amor erga peccatores in solis piis et ardentibus affectibus stetit; verum et omnibus modis, quibus potuit, eorum salutem procuravit, suis enim orationibus, consilis, exhortationibus et exemplis innumeris a diemonis laqueis liberavit, ab inferni fauciibus extraxit, ad mundi contemptum induxit, ac per justitias et virtutis semitas ad celum deduxit: *quis sufficiat narrare, quot sceleratos homines ab ipsis infernorum fauciibus extraxerit? quot obstinatos ad sui cogitationem adduxerit? quot mundo huic deditos, ad ejus contemptum induxerit? quot variis diversis temptationibus a satana laqueis liberaverit? quot collitus vocatos, per virtutis iter deduxerit?* (Raym. *in vita ejus*). Ecce quomodo sancta Catharina, simul cum Christo habuit cor ardens amore proximi; et simul cum eo habuit etiam cor consecratum.

## III PARS.

*S. Catharina simul cum Christo habuit cor consecratum.*

Divinum Christi cor omnium virtutum et bonorum operum exercitio fuit addictum et consecratum; et praecipue humiliati, mortificationi et aeterni Patris amoris. Catharina autem simul cum Christa habuit cor consecratum. **I. humilitati**, cui firmiter adhaesit: **2. mortificationi**, quam constanter sectata est: **3. amore Dei**, quo semper successa fuit.

1. Christi cor humilitati apprime fuit consecratum; annihilavit enim semetipsum, ac ita se humiliavit, ut opprobrium hominum, servum abjectum, et villem vermiculam se diceret: *ego autem sum vermis et non homo* (Ps. 21, 7). Sancta autem Catharina, Christi magistri et sponsi sui emula, cor etiam humiliatum et humiliati consecratum præferebat; humiliata enim de se sentiebat, humiliations et ludibria late suscepiebat animo, vilibus et contemptibilibus quibusque exercitis studiis incumbebat, gratias a Deo acceptas pro viribus occultabat: *tanta*, inquit sanctus Antonius, *in ea abundavit gratia plenitudo, quod quasi continue in actuali contemplatione occuparetur*; assiduitate orationum noctes pene omnes ducebat insomnes: in his autem orationibus sappissima anima ejus ab extensis rapiebat sensibus, quo tempore ei gratias et favores maximos Dous impertiebatur, quos ipse præ humiliati ab omnibus nesciri cupiebat et pro viribus celabat, ut videre est in insigni illo privilegio stigmatum, quae Christus corpori ejus imprimere dignatus est; sancta enim hec virgo in extasi rapsa Christum vidi crucifixum, magnoque lumine circumfusum, ex cuius quinque vulneribus quinque radii sanguinei ad eam fluebant, et ad manus, pedes et cor illius tendebant. Tunc ipsa, humiliata ergo, sic Christum deprecata est: *ah Domine Deus meus, non appareant cicatrices in corpore meo exterius: suffici enim interius* (S. Anton. ubi sup.); illaque adhuc loquente, ante-

quam dicti radii ad eam pervenissent, colorem sanguineum mutaverunt in splendidum et in forma pura lucis pervernerunt ad quinque loca corporis ejus, scilicet ad manus, pedes et latus sinistrum. O praeclaram Christi erga Catharinam favorem et dignationem! o maximam hujus virginis humilitatem! Certum est, quod ad conservandam humilitatem, Dei dona oculare oporteat, nec aliando sint manifestanda, nisi Dei gloria, aut proximi utilitas id exigat; ut enim docet sacer Textus: *sacramentum regis abscondere bonum est* (Tob. 12, 7). Omnia quidem specialia Dei dona sacramenta dici possunt, sacra præcipue Christi vulnera; hec sunt sacramentum sacramentorum, cum ex illis omnia sacramenta manarent; hujus autem sacramenti Catharinam particeps fecit Christus; quod Regis sui sacramentum ipsa humiliatis causa latere voluit, ardenter Deum rogans, ut exterius haec sacra signa non apparerent: *ah Domine Deus meus, non appareant cicatrices in corpore meo exterius*. Post completum Transfigurationis mysterium, prohibuit apostolis Christus, ne manifestarent, quod ipsum gloria radiante, faciemque ejus veluti solem rutilantem vidissent: *nemini diceritis visionem* (Matt. 17, 9). Cur Christus hanc visionem ita latere optat, ut nemini dicatur? Respondet Theophylactus, Christum hanc visionem manifestari noluisse ex humiliati: *proper humiliati denunciat nemini dicendum*. Opprobum, irrisione, dolores et omnia que passurus erat Christus, enarrare non prohibebat: narrant haec apostoli, quantum placuerit, de hoc non curat Christus; corporis sei gloriam et mirabilia, que in monte Thabor ipsi contigerunt, publicari non patitur ob profundam humilitatem, quam sectatur. Et eodem humiliatis motivo ducta S. Catharina, visiones, raptus, mentis excessus et omnes favores a Deo acceptos latere cupiebat. Igitur sancta hec virgo simul cum Christo habuit cor consecratum humiliati; *habuit etiam simul cum eo cor consecratum doloribus et mortificationibus*.

2. Sicut Christus in laboribus et doloribus fuit a juvenitate sua, nec aliud quidquam ardentius optavit, quam pati et crucem portare, ita Catharina doloribus, passionibus et labo-

ribus a juventute sua totaliter fuit addicta; corpus enim suum ita abstinentiis debilitavit, ut interdum mensibus integris sola sacra communione nutriretur, et plures annis integris solis herbis victaret. Carnis sue macerationis ita insistebat, ut catenam ferream, quae usque ad ossa penetrabat, deferre solet, et singulis diebus cum alia catena ferrea ter corpus suum et qualibet vice ad minus per unius horae spatum dire flagellaret. Somno gravata supra ligneas tabulas parcissime dormiebat; injuris et opprobriis affici illi erat dulce: a parentibus et aliis quibus benefecarat, vexari ei videbatur suave, quia nil tam optabat, quam pro Christi sponsi sui amore pati, ac passionibus ejus associari. Unde cum quadam die Christus ei apparuerit, coronam auream dextra et spineam sinistra gerens, eique dans potestatem, quam ex duabus volerit, eligendi, ipsa continuo spineam elegit, et magna vi capiti imposuit: *spineum diadema utraque manu de Salvatoris manibus accepit, capitique suo cum tanta violenter imposuit, quod spina caput ejus violenter undique perforaverint* (S. Anton. ubi sup.). O virgo sacra, cum aurea spineam prefers coronam? Quia ut sit S. Antoninus, *vult sacratissime Christi passioni conformari et penas quascunque propter eum amplecti*. Ferdinandus Portugalie rex pro stemmate duo corda unica sagitta transfixa gerebat, cum hac inscriptione: *cur non ambo? seu, si unum ex his cordibus est sagittatum, cur non ambo simuli sagitis confixa?* Hac Christo et Catharinae perfectissime convenient: illa etenim videns caput Christi spinis perforatum, dicebat intra se: cur et caput meum spinis non erit redimitum? Cum contemplabatur manus et pedes Christi clavis transfixos, dicebat interius: eur manus et pedes mei non similiter transfigentur? Cum meditabatur cor Christi passionibus et doloribus consecratum, dicebat intra se: cur cor meum doloribus et passionibus totaliter non consecrabitur? cur non utrumque? Ut ergo Christo conformaretur, dolores ambiebat, praeliegobat et libenter portabat: *vult sacratissime Christi passioni conformari et penas quascunque propter eum amplecti*. Demum sancta Catharina habuit etiam simul cum Christo cor consecratum amori.

3. Doctor Seraphicus virginem aliquam religiosam alloqueans, cor ejus Dei esse altare docet: *altare Dei est cor tuum (de perfect. vita) 6*). Certo quolibet ex nostris cordibus est altare, in quo quilibet Deo sacrificia offerre debet. Sicut autem praeceperat Deus ignem in altari suo semper ardere: *ignis in altari semper ardebit* (Lev. 6, 12), ita et in cordibus nostris ignis amoris divini semper ardore debet. Hoc quidem igne vere sufflammatum fuit cor Christi Salvatoris, qui omnibus notum esse voluit, se Patrem aeternum ardenter diligere: *ut cognoscat mundus quia diligo Patrem* (Joan. 14, 31). Eodem pariter igne exarsit cor Catharinae, quod fuit altare amoris Dei totaliter consecratum: non enim amatam divitias, delicias et alia quae mundus diligit, sed solum Deum; ob cuius amorem orabat, jejunabat, infrimos visibat et inde sine teneri virtutis operibus incumbiebat. Unde inter Christum et Catharinam spiritualem quoddam haberi videbatur amoris commercium; amatam Catharinam Deus et Catharina Deum redamabat: Deus in suis erga Catharinam amoris testimonium, eas colestibus visionibus recreabat, enī ea familiariter colloquebatur, abdissima fidei mysteria ei aperiebat, futura et cogitationes cordium illi revelabat; neconū morbos sanandi et alia multa miracula operandi potestatem illi dabant: Catharina vero, ut amorem amore, quantum illi fas erat compensaret, de Deo semper cogitabat, ejus magnalia predicabat, ad ejus obsequium homines alliebantur; propter eum regrotis, afflictis et misericorditer inserriebat; propriumque corporisculum propter Dei amorem jejunis, vigilis et omnibus austerioris penitentiae operibus cruciabat. O ardentem Catharinam erga Deum amorem! Abel et Cain Deo obtulerunt sacrificia hæc tamen differentia, quod non Cain, sed Abels sacrificia Deo grata et accepta forent: cur Abels et non Caini sacrificia approbat et acceptat Deus? Respondet Rupertus abbas, Caini Deo non placuisse sacrificia, quia Deo suas res tantum, non se ipsum offerebat: *cum Cain Deo offerebat sua, seipsum sibi retinebat* (in Gen. 4, 2); Abels autem sacrificia Deo fuisse placita ait, quia ei primo cor suum offerebat: *primo cor suum, deinde rem suam*. O quot christiani

Deo Caini sacrificia offerunt! quot voluptatibus illicitis, avaritiae, vel alicui creaturae et non Deo, cor suum consecrant! S. Catharina vere Abelis sacrificium Deo obtulit, dum cor suum non terrestri cuidam bono, non vili et contemptibili creature, verum Dei amori totaliter consecravit. Unde dicit potest, quod Deo sacrificium medullatum obtulerit: *holocausta medullata offeram tibi* (Ps. 65, 15). Sacrificium medullatum est sacrificium cordis, ut ait S. Augustinus; hoc autem sacrificium vere Deo obtulit sancta Catharina, cuius cor continuo divini amoris igne exarcat; sive enim oraret, sive quiesceret, sive laboraret, in omnibus ubique et semper ardentissime amat Deum. Ideo concludendum, Christum cor suum vere sancte Catharina dedisse: *ipse dabit tibi cor*; hac siquidem virgo simul cum Christo, habuit cor vacuum, ardens et consecratum. Cor Catharinae fuit vacuum *ignorantia*, cum fuerit doctissima; *inundatio*, cum fuerit purissima; et *affectu terrenorum*, cum fuerit paupertatis amantissima. Cor etiam eius simile cum corde Christi fuit ardens amore proximi, et praecipue *inimicorum*, quibus beneficit; *infirmorum*, quorum misericordias sublevavit; et *peccatorum*, quorum salutem invigilavit. Ipsa tandem simile cum Christo habuit cor consecratum *humilitati*, cui firmiter adhaesit; *mortificationi*, quam generose amplexata est; et *amori Dei*, quo semper exharsit. Ecce quale Christi et Catharinae cor fuerit; et ecce etiam qualia esse debent corda nostra: *effunde sicut aquam cor tuum*, (Thren. 2, 19), inquit Jeremias; corda nostra effundenda sunt, non sicut oleum, cuius aliquid in vase, in quo praexistebat, semper remanet; sunt effundenda sicut aqua, ita quod nil in eis ignorantiae, immunditiae et avaritiae remaneat. Corpus nostrum in medio corporis nostri situm est: ignorantiae autem, immunditiae et avaritiae, veluti dii alieni, in corde nostro habitare solent; hi dii de cordibus nostris sunt abiiciendi, donec iis penitus vacua remaneant: *abjicite deos alienos, qui sunt in medio vestri* (Gen. 36). Igitur exemplo Christi et Catharinae cor vacuum habere debemus; ac etiam cor ardens amore proximi: eum diligere debemus sicut nosmatispos:

*diliges proximum tuum sicut te ipsum* (Matt. 19, 19). Grandis quidem labor diligere homines, qui saepe nobis infensi sunt, ingrati et peccatores; hic autem labor, ut ait D. Augustinus, grandi praemio compensabitur in celo: *non parvus quidem labo est in hoc seculo; sed grande erit premium in futuro* (ser. 5 de S. Steph.). Postremo, simul cum Christo et Catharina habere debemus cor consecratum humiliati, mortificationi et amori Dei. Unusquisque sacerdos est, ut Deo cordis sui sacrificium offerat: *fecisti nos Deo nostro regnum et sacerdotes* (Apoc. 5, 10); offeramus ei sacrificium cordis humiliati, cordis mortificationibus attriti et cordis amore Dei ardentis. Hac sacrificia si Deo in hoc mundo obtulerimus, cum ipso in celo aeternum regnabimus. Amen.

### DE SANCTÆ CRUCIS INVENTIONE

#### CONCIO UNICA.

*Initiavit nobis viam novam* (Hebr. 10, 20).

Crucem invenit Christus, crucem invenit Helena et crucem inveniunt omnes electi. Crucem suam, seu lignum crucis Christus invenit veluti semitam, qua filii Adam ad paradisum pergera valeant: *Crucis semitam Verbum Patris invenit*. Crucem invenit etiam S. Helena, Constantini imperatoris mater, quae Christi Salvatoris eritatem jam a ducentis circiter annis demonis industria latenter, veluti margaritam pretiosissimam, quam Ecclesia perdidera, reperit et recuperavit: *inveni drachman, quam perdidera* (Luc. 15, 9). Crucem tandem inveniunt omnes electi, quia cruces, mortifications et tribulations sunt via, quam iniciavit Christus, quia omnes electi ad cele-

Deo Caini sacrificia offerunt! quot voluptatibus illicitis, avaritiae, vel alicui creaturae et non Deo, cor suum consecrant! S. Catharina vere Abelis sacrificium Deo obtulit, dum cor suum non terrestri cuidam bono, non vili et contemptibili creature, verum Dei amori totaliter consecravit. Unde dicit potest, quod Deo sacrificium medullatum obtulerit: *holocausta medullata offeram tibi* (Ps. 65, 15). Sacrificium medullatum est sacrificium cordis, ut ait S. Augustinus; hoc autem sacrificium vere Deo obtulit sancta Catharina, cuius cor continuo divini amoris igne exarcat; sive enim oraret, sive quiesceret, sive laboraret, in omnibus ubique et semper ardentissime amat Deum. Ideo concludendum, Christum cor suum vere sancte Catharina dedisse: *ipse dabit tibi cor*; hac siquidem virgo simul cum Christo, habuit cor vacuum, ardens et consecratum. Cor Catharinae fuit vacuum *ignorantia*, cum fuerit doctissima; *inundatio*, cum fuerit purissima; et *affectu terrenorum*, cum fuerit paupertatis amantissima. Cor etiam eius simile cum corde Christi fuit ardens amore proximi, et praecipue *inimicorum*, quibus beneficit; *infirmorum*, quorum misericordias sublevavit; et *peccatorum*, quorum salutem invigilavit. Ipsa tandem simile cum Christo habuit cor consecratum *humilitati*, cui firmiter adhaesit; *mortificationi*, quam generose amplexata est; et *amori Dei*, quo semper exharsit. Ecce quale Christi et Catharinae cor fuerit; et ecce etiam qualia esse debent corda nostra: *effunde sicut aquam cor tuum*, (Thren. 2, 19), inquit Jeremias; corda nostra effundenda sunt, non sicut oleum, cuius aliquid in vase, in quo praexistebat, semper remanet; sunt effundenda sicut aqua, ita quod nil in eis ignorantiae, immunditiae et avaritiae remaneat. Corpus nostrum in medio corporis nostri situm est: ignorantiae autem, immunditiae et avaritiae, veluti dii alieni, in corde nostro habitare solent; hi dii de cordibus nostris sunt abiiciendi, donec iis penitus vacua remaneant: *abjicite deos alienos, qui sunt in medio vestri* (Gen. 36). Igitur exemplo Christi et Catharinae cor vacuum habere debemus; ac etiam cor ardens amore proximi: eum diligere debemus sicut nosmatispos:

*diliges proximum tuum sicut te ipsum* (Matt. 19, 19). Grandis quidem labor diligere homines, qui saepe nobis infensi sunt, ingrati et peccatores; hic autem labor, ut ait D. Augustinus, grandi praemio compensabitur in celo: *non parvus quidem labo est in hoc seculo; sed grande erit premium in futuro* (ser. 5 de S. Steph.). Postremo, simul cum Christo et Catharina habere debemus cor consecratum humiliati, mortificationi et amori Dei. Unusquisque sacerdos est, ut Deo cordis sui sacrificium offerat: *fecisti nos Deo nostro regnum et sacerdotes* (Apoc. 5, 10); offeramus ei sacrificium cordis humiliati, cordis mortificationibus attriti et cordis amore Dei ardentis. Hac sacrificia si Deo in hoc mundo obtulerimus, cum ipso in celo aeternum regnabimus. Amen.

### DE SANCTÆ CRUCIS INVENTIONE

#### CONCIO UNICA.

*Initiavit nobis viam novam* (Hebr. 10, 20).

Crucem invenit Christus, crucem invenit Helena et crucem inveniunt omnes electi. Crucem suam, seu lignum crucis Christus invenit veluti semitam, qua filii Adam ad paradisum pergera valeant: *Crucis semitam Verbum Patris invenit*. Crucem invenit etiam S. Helena, Constantini imperatoris mater, quae Christi Salvatoris eritatem jam a ducentis circiter annis demonis industria latenter, veluti margaritam pretiosissimam, quam Ecclesia perdidera, reperit et recuperavit: *inveni drachman, quam perdidera* (Luc. 15, 9). Crucem tandem inveniunt omnes electi, quia cruces, mortifications et tribulations sunt via, quam iniciavit Christus, quia omnes electi ad cele-

stem patriam pergent: *initiavit nobis viam novam*. Docet nos Christus in Evangelio, duplum esse viam, spatiösam unam et arciam alteram: via spatiosa est via voluptatium et deliciarum seculi, et hec ducit ad infernum: *spatiosa via est, qua ducit ad perditionem* (Matth. 7, 13); arcta vero est via crucis, mortificationis et adversitatum, qua tamquam via regia iter ad celum: *quam angusta porta et arcta via est, qua ducit ad celum*. Hæc est via, quam initivavit Christus, hæc est via, qua incedere debemus; hæc est via cœli, ut tota hac concione constabit. *Ace.*

Viator ad patriam maxime optatam pergens, longas, periculosas et inutiles semitas vitare solet; si enim iter sit longum, ei se committere renuit; si sit periculosum, illud sumere pertimescit; et si sit inutile, illo ire non curat. Patria autem nostra paradisus est, et quondam in hoc mundo vivimus, viatores sumus qui ad illam patriam pergimus: semita vero qua incedere debemus, ut ad illam patriam aliquando perveniamus, est via crucis: *cruce, inquit S. Bernardus, est via regni*. Hanc viam pauci tenent, eo quod ab ea abhorreant tamquam nimis longam, periculosam et inutiliem; jamvero ut ad hanc viam tenendam omnes moveantur, velim scient, viam crucis non esse longam, periculosam et inutiliem; crux enim est via ad celum non quidem longa, immo brevisima: non periculosa, verum securissima: non inutilis, at maxime necessaria. Crux est *via brevis, via secura et via necessaria*, ut paradisum adeamus. En tres orationes hujus partes.

## I PARS.

*Cruix est brevis ad celum via.*

Sicut linea recta est, qua brevior habetur inter duo puncta; et recta ad celum via est, qua brevius ad illud perducit. Justi autem et electi via recta ad celum proferant: *semita iusti recta est* (Is. 26, 7): hi recta crucis via incedunt, tam-

quam brevissima, compendiaria et compendiosa via, qua iter ad celum: *compendiosa est via crucis* (S. Bern.). Ita quidem brevis et compendiaria est via crucis, ut qui hanc tenuere viam, ad paradisum pervenerint 1. vix uno die; 2. uno tempore puncto; 3. ipsa hora qua crucem suscepunt.

1. Vix concepi potest, quantum a terra distet celum empyreum, et ut taceam, quid de hac distantia varii dicant authores, unius Simonis Majoli astrologi præclarri sententiam et verba adducam, quia sic se habent: *si a condito orbe per seculam a nona sphera fixorum aliquem recta linea capisse descendere versus terram, si virginis tantum millaria quotidie conficerit, hodie nondum venisset (in metheor. coll.)*. O portentosum cœli a terra distantiam! quantumlibet tamquam celum a terra distet, crux, si pro Dei amore feratur, est via brevissima, quia unius diei tempore totum hoc iter peragitur. In cojus rei probationem, unicam adducam beati Latronis exemplum, qui licet latrecinia multa perpetrasset, eodem tamen die paradisum adit, quo contritus et humiliatus in cruce expiravit. Duo latrones simul cum Christo in Calvarie monte pendebant crucifixi, unus a dextris et alter a sinistris; unus autem ex his latronibus Christum blasphemabat, pro illo pati nolebat, atque a cruce liberari petebat, et hic infeliciter perit; alius vero latro in Christum credidit, se cruce dignum confessus est, necnon contritus in cruce est mortuus, et iste meruit obtinere paradisum, non centum, vel virginis annorum penitentia, eadem die, qua in cruce animam effavit: dixit enim ei Christus: *hodie mecum eris in paradiſo* (Luc. 23): sed, ut explicat divus Augustinus, *hodie mecum eris in beatitudine cœlesti*, quia eodem die quo in cruce spiritum emisit, beatitudine cœlesti potitus est. Hunc latronem felicissimum proclamant sancti Patres. Felix fuit, inquit sanctus Athanasius, qui crucifixus ut latro, mox in cruce factus est Evangelista et predicator, qui alteri latroni con crucifixo prædicavit: *tamquam latro crucifixus es, et repente Ecceglæsta evasisti?* (ser. in Parasc.). Felix fuit, ait S. Chrysostomus, quia in cruce stans, cœlesti furatus est regnum: *neque in cruce artis sue obliviscitur, sed per ipsam*

*confessionem prædatur regnum* (ibid.). Felix fuit, inquit S. Athanasius Sinaïta, quia velut avis a cruce in colum volavit: *ut magna aquila per aërem colavit in paradisum* (lib. 5 Hexam.). O magnam hujus latronis felicitatem! quam alii verbis explicat Petrus Damiani, dicens: *Felix ille latro, qui brevi ponte crucis de patibulo ad regnum, de supplicio ad paradisum translatus est* (ser. 69). Maxima quidem fuit hujus latronis felicitas, quod crucis patibulo translatus sit in paradisum; jamvero inquiramus quomodo crux fuerit pons et brevis pons, quo translatus est: *brevi ponte crucis!* Scimus crucem esse lignum salutis, colli scalam, et clavem paradisi, quoniam autem dici potest pons, quo latro colum adivit? Anne necessarius pons? Anne fluvius quidam transmeandus, ut in colum eamus? non solum fluvius, etiam mare magnum est transvadandum; mundus enim est amarum mare, in quo omnia vita inundant: *maledictum et mendacium, homicidium et furtum et adulterium inundaverunt* (Osee 4, 2); in hoc autem mare non mergi, ast illud traiecte debemus, ut ad colum eamus; crux fuit pons et brevis pons, quo illud mare pertransiit latro et ad colum pervenit: *brevi ponte crucis de patibulo ad regnum, de supplicio ad paradisum translatus est.* Et quantum, queso, temporis insumpsiit latro, ut brevi illo ponte ad colum iret? *hodie mecum eris in paradyso;* intra unum diem per hunc pontem et per illam viam ivit in paradisum. O quam brevis via crucis! est autem adhuc brevior, *quia qui crucis tenent viam, uno tempore puncto ad cœlum pervenient.*

2. Viros qui carnis spiritu ducentur, sic secum colloquentes introducit Sapiens: *venite ergo et fruamur bonis que sunt; vino pretioso et unguentis nos impleamus et non pretereat nos flos temporis. Coronemus nos rosis, antequam marcescant, nullum pratum sit, quod non pertransirent luxuria nostra* (Sap. 2, 6). Heujusmodi homines non bonis spiritualibus frui, potius deliciis temporalibus et carnalibus satiari optant; non aqua pura sitiū extinguere, sed vino pretioso et exquisito repleri desiderant; iis displicant jajunia, appetunt lauta

et opipara convivia; non spinarum, imo rosarum et violarum coronas intexunt: non desertas adeunt solitudines, verum florida prata, in quibus instar pecorum pascuntur et omni illestitarum deliciarum genere perfrauntur. Hi sunt, de quibus Job dixit: *ducunt in bonis dies suos* (21, 13); o infelicissimam horum hominum sortem! quia a transitoris hujus mundi voluptatibus uno momento ad æternâ tartari supplicia transeunt: *ducunt in bonis dies suos, et in punto ad inferna descendunt.* Sicut autem qui illicitis indulgent voluptatibus, in instanti ad infernum descendunt, ita etiam qui crucem bajulant, et in pio mortificationis exercitio usque ad mortem perseverant, in momento ad cœlum ascendunt: *de novissimo gradu ad primum gradum in uno momento ascendere mereruntur.* Crux, ut ait S. Bernardus, est *scala colli*; hec est scala, qua brevissimo tempore iter ad colum perficitur, quia, ut ait idem Bernardus, martyres et alii qui hac scala transeunt, in uno momento a novissimo illius scalæ gradu, usque ad cœlum ascendunt: *de novissimo gradu ad primum gradum in uno momento ascendere mereruntur.* Quod ne sine gravi fundamento dictum credatur, alvertendum, crucem et tribulationes esse fornacem auream, qua in hoc mundo reliqua peccatorum purgantur: *anima purgatur*, inquit Chrysostomus, *cum propter Deum tribulatur* (hom. 66 ad pop.). Sicut enim in auro per ignem materia terrea et quidquid est sordium secernitur; ita et per tribulationem anima a sordibus, seu a peccatorum reliquis purgatur, et penitus emundatur: *sicut artifex,* ut ait idem Chrysostomus, *domez aurum bene purgatum cederit, de conflatorio non extrahit, ita et Deus tribulationem non abducit, donec nos penitus emundaverit* (Hom. 4 ad pop.). Cum ergo quis in morte per crucis et mortificationes ita purgatus inventior, ut nihil amplius purgandum supersit, hic non moratur in purgatorio; ipso obitus momento in cœlum ascendit et evolat: *de novissimo gradu ad primum gradum in uno momento ascendere mereruntur.* O quam brevis est via crucis, quam qui tenent, brevissimo momento ad paradisum pervenient. Adhuc autem brevior crucis via *censenda ex eo* quod

*qui illam tenent, ipsa hora qua pro Dei amore crucem suscipiunt, paradisum obtinent.*

3. Ad quod probandum, velim audiat S. Laurentius, qui craticula superpositus, et acerbiissimis cruciatus suppliciis clamat: *gratias tibi ago, Domine, quia januas tuas ingredi merui.* Cum invictus ille martyr torquebatur, et pro Christo dira patiebatur, non dixit se post aliquod tempus, seu immediate post mortem ingressuram paradisum; gratias egit Deo, quod jam in paradisum intrasset: *gratias tibi ago, Domine, quia januas tuas ingredi merui.* Quid simile in D. Paulo intuer; ipse etenim infirmitates, contumelias, necessitates et quascunque tribulationes sibi placere declarat: *placito mihi in infirmitatibus meis, in contumelias, in necessitatibus, in persecutibus, in angustiis pro Christo* (2 Cor. 8); quale est istud D. Pauli gaudium? Qualis haec est letitia, qua in mediis tribulationibus afficitur apostolus? Ita gaudebat, inquit S. Chrysostomus, ac si in medio paradise extisset: *Paulus cum videret tentationes quotidie ingravescere, ita gaudebat, gestiebatque, non aliter quam si in medio paradisi cibisset* (Hom. I in op. ad Cor.). Miramini Pauphium et Laurentium, qui dum torturantur, beatantur, et quibus crux ita brevis videtur ad paradisum via, ut cum cricem portant, paradisum possident. Eos Christus beatos dixit, qui persecutionem propter justitiam patiuntur: *beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam* (Matth. 5). Certum est, non esse beatos omnes, qui tribulantur et qui persecutionem patiuntur; non enim beati sunt heretici, malefici, latrones et alii qui propter sceleria plectuntur; non etiam beati sunt impii, qui infirmitatibus gravantur, qui a rodente conscientiae verme devorantur, et qui passionibus multis agitantur et turbantur; si dimitxas dicendi beati, qui propter justitiam ac propter Deum persecutionem patiuntur: *beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam.* Quae est illa beatitudo, qua in his tribulationibus fruuntur? Hi sunt ita beati, ut jam regni coelestis sint possessores et domini; *quoniam ipsorum est regnum celorum.* Tribulatio enim istam brevis ad celum aperit viam, ut in mediis tribulationibus

celum possident; non enim dixit Christus, quod ipsorum erit, sed quod *ipsorum est regnum celorum.* Regnum celorum, inquit Hugo Cardinalis, ipsorum est *ratione emptionis*, quia laboribus suis meruerunt illud; et ipsum est etiam *per dispersionem*, quia regnum celorum *cum patitur et violenti rapitur illud.* O quam brevis haec est ad celum via! o quam longa e converso via, qua incidunt peccatores! ut enim ait Psalmographus: *in circuitu impi ambulant* (Ps. 11); hi non recte celum audeant; circulariter a voluptate in voluptatem, et a vita in vitum volvuntur: hi circulariter tenent viam, que est omnium longissima, qua ad celum nunquam pervenient. O fratres, a longa hac declinante via et brevissima crucis via incide. Audite Christum docentem vos viam brevem, qua pervenitur ad regnum: *si quis vult post me venire, inquit, abneget semetipsum et tollat crucem suam quotidie et sequatur me* (Luc. 9, 23). O Christiane, cum aliqui tibi in lege Dei et Ecclesie occurrant difficultia, ecce crucem tuam, quam tollere debes: *tollat crucem suam.* O anima fidelis, cum multa tibi, Deo permittente, advenient tribulationes, tum a demone tentante, tum ab hominibus tibi infensa, ecce crucem, a te humiliter ferendam: *tollat crucem suam.* O homo, qualisunque conditionis existas, cum plurima in statu in quo vivis, adsint dura, tuisque inordinatis propensionibus contraria, ecce crucem, quam pro Dei amore tollere et suspere oportet: *tollat crucem suam.* \* Ille, inquit cardinalis Bellarminus, morbo aliquo vexatur: ferat aquo animo et gratias agat Deo et tollat crucem suam. Alius uxorem habet morosam, difficilem, iracundam: ferat aquo animo, gratias agat Deo et tollat crucem suam. Alius pro admonitione convicuum, pro beneficio injuriam accipit: ferat aquo animo, gratias agat Deo et tollat crucem suam. Alius nemini obesse, et multis prodesse statet: tamen ei magnam honorum partem fure diripiunt: ferat aquo animo et gratias agat Deo et tollat crucem suam. Alii vel uxori, vel filii moriuntur, vel ipse in carcere traditur et in exilium mittitur: ferat aquo animo, gratias agat Deo et tollat crucem suam (serm. de Ascens.) ». Ecce crucem, qua ferenda est; ecce

brevem ad celum viam: *ad hoc crux est etiam secura ad celum via.*

## II PARS.

*Cruix est secura ad celum via.*

*Non est parvum quid perdere, aut lucrari regnum Dei,* inquit Thomas a Kempis; ne ergo regnum Dei amittamus, et ut ad illud pervenire valeamus, securior sectaria via, que utique est via crucis, ut ait praefatus author: *ambula, inquit, ubi vis: quere quodcumque volueris et non invenies altioram viam supra, nec securiorem viam infra, nisi viam sancte crucis* (de init. Chr. 2, 12). Via voluntatis est pericloriosissima et via crucis secura 1. quia Christus hanc viam elegit, ut iret in celum; 2. quia sancti omnes hac via transierunt, ut obtinerent celum; 3. quia qui hac via non incedant, ad celum minime pervenient.

1. Tota Christi vita crux acerba et perennis extitit: *cruce non fuit unius diei*, inquit S. Bernardus, *sed tota illius vita crux fuit et martyrum* (de pass., 35). Quapropter cum Isaías (9) ejus nativitatem praedixit his verbis: *parvulus datus est nobis, et filius natus est nobis, statim subdit: et factus est principatus super humerum ejus*. Quod S. Bernardus interpretatur de cruce, quia scilicet vix natus, ab ipsis infantia crucem portavit, totoque vite sua tempore crucis viam tenuit; *tota illius vita crux fuit*. Christum in lectulo quiescivit sponsa sacra et non invenit, quia quandiu in hoc mundo virxit, requiem non quiescivit, sed laborem et dolorem; a juventute enim ab hominibus expugnari et gravia pati coepit: *sæpe expugnaverunt me a juventute mea* (Ps. 128). Licet titulo hæreditatis ei deberetur gloria aeterna, illam tamen vi assequi et per viam crucis ad illam pervenire voluit: *oportuit pati Christum et ita intrare in gloriam suam* (Luc. 24, 26). Poterat non pati; atvero oportuit pati Christum,

quia id prædixerant prophete: *oportuit*, quia ita decreverat Deus Pater ab aeterno; *oportuit*, ut copiosius esset hominum redemptio; *oportuit* tandem, quia ipse voluit et quia pati prælegit; proposuerat enim ei Pater aeternus et crucem et mundi gaudia, ita quod in potestate haberet eligere quod plauerit; idecirco poterat, aut licitis in hoc mundo frui gaudiis temporibus, aut crucem portare; ipso loco gaudi quo frui poterat, crucem elegit: *proposito sibi gaudio sustinuit crucem* (Hebr. 12). Posit autem, quod Christus viam crucis elegerit et tenuerit, quis dubitet, illam esse securiorem ad celum viam? Non fallitur Christus, qui est sapientia aeterna; ideo cum, ablegatis omnibus mundi voluptatibus, per crucis viam incesserit, hec haud dubie censenda securissima via, qua iter ad celum. *Cruix est etiam secura ad celum via, quia sancti omnes hac via transierunt.*

2. Omnes sancti et electi tum veteris tum novi Testamenti, aspera crucis via transierunt, ut ad celum properarent. De prioribus habetur ad Hebreos (11). *Alii distenti sunt; ali libidina et verbera experti, insuper et vincula et carceres, lapidati sunt, secuti sunt, tentati sunt, in occasione gladii mortui sunt, circumserunt in metatos, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti.* De posterioribus legitur (2. Timoth. 3): *Omnes, qui propter vinere in Christo Iesu, persecutio- nem patientur; que verba exponens Chrysostomus, ait: omnes sanctos Deus per tribulationes et angustias agitat* (hom. 66 ad pop.). Non omnes, qui tribulanter, sunt sancti; omnes autem sancti tribulanter, gravia patiuntur et crucis via ad celum condescendunt, neq; est aliquis sanctus, qui hac via non incedat; et ut ait S. Chrysostomus, *non potes dicere, quia justus est aliquis, qui expers tribulationis existat* (hom. 29 in ep. ad Hebr.). Sic ut Christus crucis et passionibus suis paradisi gloriæ assuetus est, ita et vult omnes sanctos et predestinatos, salem adulitos, in hoc mundo flagellari et pati: *flagellat omnem filium, quem recipit* (Heb. 12). Non omnes qui flagellantur inter filios recensentur; quia *multa flagella peccatoris* (Ps. 31); omnes autem filii et flagellantur et crucem

portant: non dicit: omnis qui flagellatur, filius est, sed omnis filius flagellatur: semper et ubique filium verberat et castigat (Chrysost. ubi sup.). Et revera haec est arcta via qua transierunt omnes sancti, ut ad paradisum pervenirent: arcta est via, quia ducit ad vitam (Matt. 17), inquit Christus: haec via arcta est via crucis et tribulationum, qua via incesserunt omnes sancti: certum est, subdit Chrysostomus, quod per angustam hanc viam omnes illi transierunt, quotquot ad vitam perduti sunt semperitam. Propterea cum hac via transierint omnes sancti, hanc esse securam ad celum viam, nullus ambigandi locus. Omnes sancti ideo crucem portarunt et gravia passi sunt tormenta, quia hanc securam ad celum viam esse novarent; cruci et mortificationibus firmiter adheserunt, ut cum securitate ad paradisi gloriam perveniret valerent: omnes sancti quanta passi sunt tormenta, ut securi pervenirent ad palam martyrii (in Off. pl. MM.). Crux ergo est secura ad celum via cum hac via transierint omnes sancti; est etiam secura ad celum via, quia qui haec via non incedunt, ad celum nunquam pervenient.

3. De aliquibus crucis Christi inimicis loquitur D. Paulus: *inimicos crucis Christi* (ad Philip. 4). Qui autem sint hi crucis inimici, explicat Theophylactus, dicens: *illi qui dedidit delicias sunt et vita presentis otio quietiori addicti, crucis sunt hostes et infensi Christo.* Et D. Chrysostomus prefata apostoli verba exponus, ait: *isti vita et corporis amantes, profecto crucis Christi sunt inimici et quisquis deliciarum mundaneae prosperitatis amator est, inimicus est crucis.* Ecce qui sint crucis inimici; jamvero quid de his crucis inimici flet? Ibuntne in vitam aeternam? Nequaquam: qui enim sunt inimici crucis et qui crucis via non incedunt, nunquam salvabuntur; in eternum peribunt, ut asserit divus Paulus: *inimicos crucis Christi*, inquit, *quorum finis interitus.* Unum ex crucis inimicis, divitum scilicet epulonem, velim jam contemplum. Hie crucis hostis infensissimus *induebatur purpura et byssos*; *epulabatur quotidie splendide* (Luc. 16), sicutque vitam inter divitias et delicias transigebat, et post mortem repulsa a

coelo in infernum ivit: *sepultus est in inferno.* Maximum inter hunc divitum et Lazarum pauperem fuit discrimen, quod egregie, ut solet, describit Chrysologus, dicens: *induebatur dives purpura, pauper livore; dives byssos, pauper squallore, auri dices, pauper fletore.* Dives plumbeo decumbebat in syrmate, jacebat durissima pauper in terra; dives ructabat epulas, sanie pauper anhelabat; fundebat vina dives, pauper lacrymas; exsatiatus dives projiciebat panes, micas pauper esuriens non habebat; pascebat oblatentes canes dives ferulam, pauper canes divitis suis vulneribus satiabantur. Ecce utrinque in fortuna disparitatem, et ecce disparem etiam utrinque sortem in alio mundo: de Lazarо enim dicitur, quod factum est, *ut portaretur ab angelis in sinum Abrahа;* de divite vero asseritur, quod *sepultus est in inferno.* Cur in sinum Abrahа portatur mendicus? Quia crucem in hoc mundo portavit, et ut ait D. Chrysostomus: *Lazarо bona dantur, eo quod hic infinitas passus esset molestias* (hom. 6 ad pop.). O quam felix Lazarus, qui per viam crucis ivit in paradisum! Ecce dives sepultus est in inferno? Ratio in prompta est, et in Evangelio adducitur; dicit enim divitus pater Abraham, quod torqueretur in inferno, quia dum viveret in seculo, crucis inimici et deliciarum amicus fuerat: *recordare, quia receipisti bona in vita tua;* hec est tota damnationis ejus causa, ut ait D. Bernardus his verbis: *hac cruciatum causa tota, quod in hoc seculo bona recepit.* Quod autem de divita epulone diximus, de omnibus aliis crucis inimicis dicendum; hi enim non salvantur, verum damnantur: *inimicos crucis Christi quorum finis interitus;* et ratio est, quia, ut ait D. Hieronymus, *impossibile est, ut presentibus et futuris quis fruatur bonis,* ut de deliciis transiret ad delicias (in 7 Ezech.). Cum ergo non salvantur crucis inimici et salvantur qui via crucis incedunt, faciendum, crucem et mortificationes securam esse ad celum viam, imo et dicendum prater viam crucis nullam reperi securiores: *non invenies altiorem viam supra, nec securiorem viam infra, nisi viam sancte crucis.* Itaque cum via crucis sit certa et secura, haec tenenda: tene

*certum et dimitte incertum* (S. Aug.). Nullus mercator, nullus peregrinus, nullusque homo viam sacuram dimittit, ut via periculosa se committat; cum ergo via voluptatum et deliciarum saeculi sit periculosa et perniciosa, ac e contrario via crucis sit secura, a periculosa voluptatum via declinata et secura crucis via incedite: dimittite viam incertam et periculosam, ut certam et securam tenatis: *tene certum et dimitte incertum.* Consequenter crux qua est via secura, est etiam via necessaria.

ALERE FLAMMAM  
VERITATIS

### III PARS.

*Cruz est necessaria ad eculum via.*

Paradisi est merces, corona et regnum: est quidam merces maxima, quam Deus electi sui impertitur: *merces vestra copiosa est in celis* (Matt. 25): est corona pretiosissima, quam Deus dat titulo iustitiae: *reposita est mihi corona iustitiae* (2. Tim. 4): et est regnum gloriosum, quod Deus fidelibus suis ab origine mundi preparavit: *venite, benedicet Patri mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi* (Matt. 25). Crux autem est via necessaria et qua necessario transaudum 1. ut obtineatur haec merces; 2. ut percipiatur hec corona; 3. ut possideatur hoc regnum.

1. *Merces sanctorum*, inquit Hugo a S. Victore, *multa est, magna est, pretiosa est, diuturna est. Tam multa est, quod non potest dimumperari; tam magna est, quod non potest comprehendendi; tam pretiosa est, quod non potest estimari; tam diuturna est, quod non potest finiri* (de alleg. sup. Matt. 2, 1). Cum ergo tanta sit haec merces, hanc omnes concepunt, et nullus est, qui non eam obtinere peropet; atvero haec merces non datur viris desidiosis et voluptatis deditis. Omnis enim merces supponit laborem et meritum ex parte ejus cui datur; est autem tam sublimis cœli merces, ut dum degeneratur iis, qui crucem fugiant et qui illicitis mundi deliciis sedent, iis tantum tribuitur, qui pro Christo laborant et patiuntur.

*tur: unusquisque*, inquit D. Paulus, *propriam mercedem accipiet secundum suum laborem* (1 Cor. 3, 8). Unusquisque mercedem accipiet in celo, non secundum voluptates vetitas, quibus in hoc mundo adhaesit, at secundum laborem. Unde si quis Dei gratia adjutus multum laboraverit et gravia pro Christo passus sit, maxima ejus erit merces: *quanto labor in ponis est major, tanto et merces sublimior* (S. Bonav., serm. de plurib. Martyr.); si e contra pro Christo quis laboraret, et que in via salutis reperientur difficultas, pati recusaverit, nulla ejus erit merces in celo, quia ut obtineatur haec merces, laborare et pati necessarium est. In parabola patrisfamilias, qui conduxit operarios in vineam suam, habetur, quod, *cum sero factum esset, dicit dominus vineæ procuratori suo: voca operarios et rede illis mercedem* (Matt. 20). Per hunc patremfamilias intelligitur Deus, qui, ut at Theophylactus, *unumquemque conduit, ut operetur vineam, hoc est, suam animam*. Hic autem patremfamilias non otiosos et desides vocat, ut illi aeterna mercedem impetratiatur, verum operarios, qui portaverunt pondus diei et testus. Et ut advertit Hugo cardinalis, dicitur in sacro textu, *Deum iis dare mercedem, non manu, sed cum sero factum esset*, quia Deus aeterna hereditatis mercedem non dat manus, seu antequam quis laboraverit; dat sero, seu post exaltatos labores, qui in via virtutis occurruunt. Quod confirmat praefatus Hugo exemplo Luciferi, qui mane voluit habere mercedem, antequam laborasset et eam non habuit, quia antequam aeterna obtemperat merces, vigilando est, laborandum est et cruci inherendum. Crux ergo est via necessaria, ut obtineatur merces aeterna, et est etiam via necessaria, ut percipiatur corona glorie.

2. *Beatus vir qui suffert tentationem*, inquit S. Jacobus apostolus (1, 2), *quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ*. Coronam recipiet, cum per tribulationes probatus fuerit et non anteas, quia ut quis adulitus aeternam percipere mereatur coronam, probari tentationibus, tribulationibus concuti et crucis via incedare debet. Verum est, celestem coronam esse coronam misericordie, quia, ut ait Propheta Regius, Deus

coronat nos *in misericordia et miserationibus* (Ps. 102); sed est etiam corona justitiae: *reposita est mihi corona justitiae* (2 Tim. 3). Ideo dicendum, celestem coronam, tum a misericordia, tum a justitia fabricari; a misericordia quidem et gratia fabricatur, quia sine Dei misericordia et gratia illam mereri et assequi non valemus; a justitia quoque fabricatur, quia posita gratia gratis data et Dei promissione, operari, pati et tribulationibus nos probari necessarium est, ut illam coronam mereamur et assequamur: *beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probabatur fuerit, accipiet coronam vite.* Hanc coronam Christus Dominus per passiones et tribulationes comparare voluit; ut enim sit D. Paulus, *videmus Iesum propter passionem mortis, gloriam et honorem coronatum* (Heb. 2, 6). Heu! si Christus, cui jure hereditarie et ratione unionis hypostaticae debebatur celestia corona, via crucis et dolorum transire voluit, ut illam mereretur et assequeretur; quis illam sine labore et certamine obtinebit? Nullus quidem, quia, ut asserit idem Paulus, *non coronabitur, nisi qui legitime certaverit* (ad Timot. 2). Quae verba exponens S. Bernardinus, ait: *legitime quidem certat, qui in tribulatione perseverat et triumphat; ergo sine tribulatione triumpfare non potest, sed nec tribulationem habere valet sine contrarietate et adversitate; ergo ad acquirendam sempiterna gloria coronam, tribulatio et adversitas ac contrarietas necessaria sunt* (ser. 65, ar. 2, 21). Sic ratiocinatur S. Bernardinus, ex quo patet necessaria via crucis et mortificationum esse incedendum, ut obtineamus coronam glorie: *ac etiam ut intramus in regnum celorum.*

3. *Regnum celorum vim patitur et violenti rapiunt illud* (Matt. 11, 12); illud regnum *cum patitur*, seu, ut veritatem Vatablus, *vi invaditur*, vi occupatur et ad illud vi tenditur, quia ut aliquis regnum illud obtineat, sibi et suis inordinatis pensionibus vim inferre debet per penitentiam et mortificationem. Quid intelligendum est de omnibus adultis, qui omnes sibi vim facere debent, ut illud regnum consequantur, quia soli violenti rapiunt illud seu illi, qui sibi vim inferunt et vi-

illed invadunt. Viam ad regnum celorum nobis paravit Christus, et si quis hanc viam ediscere cupiat, audiat illum dicentem: *ego disposui vobis, sicut disposuit mihi Pater meus regnum* (Luc. 22, 29): quasi dicat, sicut Pater meus colestis per humilitatem et crucem, perque multis labores et dolores aeternum mihi paravit regnum, ita et ego dispono ac decerno, ut per crucem, labores et dolores regnum celorum assequamini. Haec est via quam paravi vobis, haec est lex quam sancivi; quod scilicet si mecum in celo regnare valitis, mecum et crucem prius perforatis. Haec est lex nobis posita, inquit D. Paulus, *si sustinebimus et conregnabimus* (2 Tim. 2, 11). Multi sunt viri delicati, qui in hoc mundo gaudere et in alio regnare amarent. *Delicatus est qui, et hic vult gaudere cum saeculo, et postea regnare cum Christo* (S. Hier., ep. 1); verum hujusmodi homines nunquam in celo cum Christo regnabunt, quia statutum est, non regnaturum cum Christo, qui prius cum illo crucem non portaverit: *si sustinebimus et conregnabimus.* Quae verba explicans Rupertus abbas ait: *hoc jus legale est apud coelestem regem, ut sic ut ipsi Pater, ita nobis ipse disponat in regno precium, ita quod si sustineamus, conregnemus* (in Apoc. 1): ecce legem positam. Quam legem perfecte noverat D. Paulus, dicens, *quod per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei* (Act. 14): non per voluntates saeculi, immo per multas tribulationes; nee ait D. Paulus, quod ita fieri congruat, sed quod oportet, quod verbum necessitatem importat. Necessarium autem, ut ait Aristoteles, est *quod non contingit aliter se habere*; cum ergo necesse sit, nos per multas tribulationes in regnum Dei intrare, quicumque in hoc mundo vivit sine tribulationibus multis, in regnum Dei non intrabit; nec aliter res se habebit. Haec est illatio D. Hieronymi, dicentis: *per multas tribulationes quibusdam aperitur aditus ad regnum Dei: illis utique clauditur, qui nolunt sustinere vel paucia* (ep. ad Oceaan.). Ecce veram collimam, viam quidem brevem et securam, at viam etiam necessariam et qua necessaria transmundum est. Non est nobis liberum relinquitor, aut via deliciarum saeculi, aut via crucis ince-

dere, ut ad celum camus; necessario sectanda ostenditur via crucis et mortificationum. Itaque, o fratres, a lata, spatiosa et periculosa voluptatum mundi via declinata, ut Christi crucem amplectamini; hanc viam tenete, hac via incedite. Et ut vos non deterreas labores, aut tribulationes, quae in via salutis occurrit, attendite terminum hujus vite, respicite celum, quod tribulationibus acquiritur, et omnis evanescet pavor, omnisque tepidas auferat, quia cuncte hujus mundi passiones quasi nihil censendo sunt respectu regni coelestis, quod iis acquiritur: *non sunt condigne passiones hujus temporis ad futuram gloriam, que revelabitur in nobis* (Rom. 8). Jejunia, vigilie, corporis mortifications, imo et omnia Martyrum supplicia tamquam nihil existimanda sunt intuitu coeli, quod illis comparatur: *non enim inquit S. Bernardus, condigne sunt passiones hujus temporis ad praeteritam culpam, que remittitur; non ad presentem consolationis gratiam, que immittitur; non ad futuram gloriam, que promittitur nobis* (de con. ad Cler. 21). Crucis erga et mortificationi insistite, crucis et penitentiae via incedite, quidquid in lege Dei durum et grave occurrit, generose portate, ut regnum aeternum obfitatis. Amen.

## UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE SANCTO BERNARDINO

### CONCIO UNICA.

*Requiescat super eum Spiritus Domini* (Isaiæ 11, 2).

Centurionis fidem, Magdalene dilectionem, Israeliticam Nathanaelis sinceritatem et alias quorundam sanctorum virtutes laudavit Christus; tamen S. Joannis Baptiste laudibus incombere

potissimum oblectabatur: *quotiescumque se offerebat occasio sermonis, laudibus Joannis delectabatur immorari* (Galfrid. apud Titelman.). Non absimiliter sanctorum omnium encomia mihi plurimum delineare placet; ut autem verum fatetur, sancti Bernardini, viri sanctissimi, Deo et hominibus amabilis, predicatoris celeberrimi, verbo et opere potenter, necnon omni ex parte mirabilis, encomiasticum sermonem majore quadam propensione et nescio qua animi delectatione instituere et perficere suscipio. Natione Italus, patria Senensis et sanguine clarus, in primis vita sue annis utroque parente orbiatus, a matre pie fuit educatus; major factus Fratrum Minorum Ordinem est ingressus, ubi predicatione, miraculis et omni virtutum genere ita coruscavit, ut spiritu divino afflatus et vivificatus cunctis visus sit. Hie fuit Italia decus, Orbis christiani splendor, corrupti seculi restaurator et magnus dux in militia franciscana, super quem Christi spiritum requieuisse tota hac concione constabit: *requiescat super eum spiritus Domini.* Aee.

Multiplex super Christum requievit spiritus, avero super eum requievisse spiritum fortitudinis, scientiarum et pietatis (Is. 11) specialiter commemorat Isaías propheta. Super eum requievit spiritus fortitudinis, quo munitus ac corroboratus tartarea debellavit potestates, gravissima constanter passus est tormenta et mirabilia multa operatus est. Item super eum requievit spiritus scientie, quo futura pradixit, cordis intime penetravit et abstrusa quaeque serutatus est. In eo tandem eluxit spiritus pietatis non solum respectu parentum, sed Josephi et Marie, quos humiliter coluit, verum etiam respectu Dei; quo pietas a Doctore Angelico omnium potissima vocatur: *percipe, inquit, quod preferenda sit pietas, qua Deo tenemur, amori parentum* (in c. 9 Luc.). Fatoe, sanctorum, qui nunc in celo triumphant, alios spiritu pietatis, spiritu scientie alios et alios spiritu fortitudinis fuisse ditatos; imo et nonnullos reperiere est triplicis hujus spiritus participes; quos inter specialiore et mirabiliore quadam modo S. Bernardinus effulsiisse videtur; in eo enim fuit pietas ardentissima, scientia utilissima et fortitudo maxima, quod

patebit, cum 1. spiritum pietatis; 2. spiritum scientiae; 3. spiritum fortitudinis super eum requievisse probaverimus: *requiescat super eum spiritus Domini.*

## I PARS.

*In S. Bernardino requieavit spiritus pietatis.*

Pietatem tanti faciebat sanctus Ambrosius, ut eam totius vita christiana summam vocaret: *omnis summa discipline christiana in misericordia et pietate est* (cit. a D. Th. in 1 Tim. 4). Mirabilis autem hac virtute, que omnium virtutum summa, perfectio et complementum videtur, repletus perhibetur S. Bernardinus; fuit enim piissimus erga Deum, erga beatam Virginem et erga pauperes: 1. erga Deum, cuius obsequio se totaliter mancipavit; 2. erga beatam Virginem, quam summo cordis affectu coluit; 3. erga pauperes, quibus liberalissime beneficij et studiosissime inserviuit.

1. Quoniam pietas stricte sumpta sit virtus ad honorem parentibus impendendum inclinans, primus quidem et potissimum Pater noster est Deus: *tam plus nemo, tam pater nemo* (Tertulli); illi ergo in primis pri et devoti dicendi, qui sincero et ardenti cultu Deum venerantur, vel qui studio interne devotionis excitati Deum pure et fidelier colunt: *prima pietas est in Deum* (S. Ambr. de Offic. 1, 27). Hanc pietatem verum Dei cultum vocat Augustinus: *pietas est verae veri Dei cultus* (ep. 52), et ad hujusmodi pietatem sectandam, utpote ad omnia utilem, Timotheum hortabitur D. Paulus: *exerce te ipsum ad pietatem; pietas enim ad omni utili est* (1 Tim. 4). Hac autem erga Deum pietate toto vita sua tempore refusil S. Bernardinus, qui non qua mundi, sed qua Dei sunt, magno semper affectu quiescivit, summaque cum pietate peregit. A teneris annis hoc pietatis spiritu ita cor ejus accendebat, ut ablegatis puerilibus quibusque negotiis, Ecclesias frequens visitaret, missas attentus audiret, orationi indesinenter vacaret,

segue totum et totaliter divino cultui manciparet. Quia pietatis exercitia, quibus a pueritia adhescerat, cum adolevit, perfectius adimplevit, totoque vite sua tempore ivit de virtute in virtutem, si qui ab infante erga Deum pius erat, in hac pietate semper magis profecit. Ratione hujus pietatis S. Bernardinus Christi bonus odor extitit: *Christi bonus odor sumus* (2 Cor. 15). Sicut enim qui suavissimum spirant odorem, circumstantes ad se allicere solent, qui hunc odorem odoratur currunt, *curremus in odorem unguentorum tuorum* (Cant. 1, 3), ita et qui magna peregrinatio pietatis exempla praeferunt, illis, veluti fragrantissimi odoribus, spectantes ad Deum laudandum et colendum alliciunt. Sanctus autem Bernardinus Christi bonus odor fuit per continua altissima pietatis exercitia, quibus incubuit; que tantopere evasere efficacia, ut innumeros ad valedicendum peccatis et ad Deo devoto inserviendum attraxerit. Bonum hanc pietatis odorem spargebat, dum esset juvenis, quo respersi et attracti ejus condiscipuli, ipso presente, corpora, verba et opera via recte componebant, dicentes: *Bernardinus adest*. Hunc pietatis erga Deum odorem potissimum sparsit S. Bernardinus, postquam Frater Minor factus est; tunc enim mirandis omnium virtutum exemplis ac pietatis sue odore, innumeros, teste Vincentio, ad Dei cultum et ad religionis ingressum attraxit: quis, inquit, certum possit inire numerum, partim nobilium et præclariorum adolescentium, partim matura etetate et barbarorum virorum, qui se in monasteria receperunt, vitam sectari religionis, ut Deo fideliores possent exhibere famulatum? Fuit ergo S. Bernardinus erga Deum pietas magna et odorifera; fuit etiam piissimus erga beatissimam Virginem Mariam.

2. Tot a Deo pro suis devotis obtinet gratias beatissima Virgo Maria, ut qui illam pie colant, perire non posse videantur: *fieri non potest, ut unquam pereat, qui Mariæ sedulus et humilis cultor fuerit* (Blosius in can. vir. spir. 18). Unde S. Bernardus omnes penitus homines ad pie et religiose colendum B. Virginem hortatur, sollicitat, dicens: *Mariam cogita, Mariam invoca, non recedat a corde, non recedat ab ore: nam ipsam cogitans, non erras; ipsam rogans, non desperas;*

*ipsum sequens, non devius; ipsa tenente, non corrui; ipsa protegente, non metuis; ipsa duce, non fatigari; ipsa propria, pervenis (ser. 2 super missus).* Bernardi consilii adhuc Bernardinus, qui a teneris annis beatam Virginem eximio cum affectu et magna cum reverentia coluit. Eum adhuc parvulum ante Virginis imaginem lacrymantem et angelicam salutationem genuflexum amores quadam suspiri et vocis emissione exprimentem plures nutrix ejus observavat. Hujus devotione inflammatu*s*, in tenera etate subato jejunans, laudabili cursu usque ad mortem in pio hoc exercitio perseruavit. Cum adhuc esset adolescentis, extra civitatis Semensis portam singulis diebus mane properabat, ubi praeclara beatae Virginis Marie visibatur imago, qua coram nudis et flexis ad terram genibus dicit orationi vacabat; cumque ab eo quidam petisset, quo tam frequenter se conferret, respondit, se quandam suam amicam visitare, scilicet B. Virginem, quam summopere amat et venerabatur. Rare refrigerescit, imo magis et magis inardescere solet pietas erga B. Virginem; huc devoto veluti fume ac sitis quedam spiritualis, semper augetur; ut enim de B. Virgine loquitur S. Scriptura: *qui edunt me, adhuc esurient; et qui bibunt me, adhuc sicuti* (Eccl. 24, 29). Quod quam verum sit, patet in S. Bernardino, in quo crevit semper fervens hinc et ignita devo*tio*, qua erga B. Virginem ferrebatur et praecepit cum in ejus laudem sermones haberet ad populos; tunc enim, ut testatur S. Joannes Capistranus, tanto accendebatur ferore, ut facies ejus, tamquam alterius Seraphim, solari videretur irradiari fulgere. Addit praefatus author: Certe ego ipse, concessionem illo habente Senis de B. Virgine anno 1427 in die Nativitatis Virginis ita audiui eum dicentem: ego Frater Bernardinus semper fui devotus B. Virginis. In die Nativitatis ejus ego natus sum, eodem die baptizatus sum, illo ipso die monasticum habitum indui. Itemque eodem professus sum, et eodem etiam die primum sacrificium obtuli Deo: eodem die, meritis et intercessione Deiparorum, spero me hac vita exiturum et aeternam beatitudinem assecuturum. O virum erga B. Virginem vere pium; ipsique maxima devotus! *Præterea maxima etiam fuit S. Bernardini pietas erga pauperes, quibus beneficit.*

3. Pietas nonnunquam sumitur pro beneficentia et misericordia in proximum: *pietas est affectus erga proximum, quo ei subvenitur, vel saltem condeletur* (Hugo Car. prol. in Apoc.). Unde Tertullianus eleemosynas quas olim christiani pauperibus erogandas in arca deponebant, vocat *deposita pietatis* (Apol. 39); et hi omnes operibus pietatis vocare dicuntur, qui erga pauperes misericordia opera exercent. Si autem pietas hoc sensu sumatur, piissimus sane extitit S. Bernardinus; ejus namque maxima fuit in pauperes misericordia; ut enim de eo legitur, tanta erga pauperes officiebat pietate adhuc puerulus, ut nibil sibi gratius videretur, quam potentibus pro amore Dei et ejus Genitricis manu propria eleemosynas porrigeret, et si quando accidisset, nutririem, deficiente pane in domo, eleemosynam pauperi denegare, tristis effectus gratiosus puer, demus, ajet, pauperi quod mihi in cena præstaretur, optans sibi potius subtrahi, quam Christo in paupere denegari. Hec erga pauperes et miseros pietas, quæ in Bernardino adhuc puer erat maxima, simul cum eo incrementum sumpsit; unde dicens poterat: *crevit mecum misericordia*. Ipse enim major factus, largiores pauperibus eleemosynas erogat; aviam nonnunquam, deshilem et cacum magna cum sollicitudine ducebatur; et infirmis quibusque etiam peste laborantibus summo affectu inserviebat. Quo charitatis et pietatis munere preclare functus est, quando Creator Senas peste affixit; tunc mori non timuit, paratam sibi coelestem coronam videns: *ne vereamur occidi*, quos constat, quando occidimur coronari (S. Cypr.). Spiritus Sancti igne sufflammatu*s*, visus est, inquit Sabellius, circuire agrotomat domos, languentes et graviter afflictos consolari, egestate laborantibus subvenire, sepelireque defunctos, paratus omnes subre casus, quos atra illa lues se temere ingeneribus importare potuisset. O peregriniam Bernardini erga pauperes pietatem! quæ magis adhuc eluxit in toto orbe christiano celebri hospitali B. V. M. Senis erecto; in quo cum trium mensis spatio, singulis diebus plus quam duodecim infirmi, peste vel alii infirmitatibus decederent, inter quos reconsentabant plus quam sexaginta, qui pauperum ministerio

fuerant destinati, unde vix reperiri poterat, qui quantumvis magna proposita mercede illic inservire vellet; Bernardinus, vigesimum tunc aetatis annum agens, solo pietatis et charitatis spiritu ductus, in illa domo agrotorum et pauperum ministerium generose suscepit. Ecce virum spiritu pietatis vero accensum: o utiuam eodem spiritu omnes penitus sufflamarentur homines! hou! tamen quam multi, inquebat S. Antonius abbas, induerunt indumenta pietatis, virtutem vero negaverunt! (Ep. 4 ad Plat.). Toto terrarum orbis repletur hypocritis, qui speciem pietatis praeseferunt; paucissimi reperiuntur, qui veram pietatem sectentur; multi pii vocari et censer ciambiant, et intrinsecus impii innumeris replentur criminibus. Jamvero regnum colorum non datur iis qui pietatis solum specie fulgent; Deum eos non salvat qui solam pietatis formam habent: *firmamentum salutis est habere virtutem pietatis, non formam solam* (S. Aug. tract. 2 sup. ep. Joan.). Quapropter non apparentem, sed veram pietatem sectemini, exerceite vos ad pistatem, estoite pii cum S. Bernardino, non solum respectu Dei et B. Virginis, etiam respectu pauperum. Eius igitur in S. Bernardino requievit spiritus pietatis; *in eo etiam requievit spiritus scientiae*.

## II PARS.

*In S. Bernardino requievit spiritus scientiae.*

Sanctus Bernardinus, qui acutissimi et perspicacissimi erat ingenii, studio et orationi plurimum vacans, in Philosophia, Theologia, sacra Scriptura et Iure Canonicō doctissimus evasit. Hec ejus scientia in duobus magnis et praelaris concionum suarum voluminibus mirifice eminet. Verum et aliam a Deo data, utilē, efficacem et salubre habuit scientiam, qua seivit 1. peccatores ab iniunctitate sua avertire; 2. tepidos amore Dei inflammare; 3. inumeros utriusque sexus ad altioris et perfectioris vite institutum adducere.

1. Magna scientia, arsque omnium maxima et Deo gratissima est scire peccatores a pessime peccati via avocare; haec est scientia practica et salutifera, quam a concionatoribus Deus exigit: *si, inquit, non annunciareris ei, neque locutus fueris, ut avertatur a via sua impia et civat; ipse impius in iniunctitate sua morietur, sanguinem autem ejus de manu tua requiram* (Ezech. 3, 18). Multi quidem ex predicatoribus conciones perfecte concinnare sciunt, gestus recie componere sciunt, peccatores autem ab iniunctatis semita averttere nesciunt. Sanctus Bernardinus praelarias conciones elaborare, aliaque perfecti concionatoris munera obire novit et insuper inumeros peccatores a viis suis pessimis avocare scivit. De ipso dici potest quod de Basilio Nazianzenus: scilicet, quod *tonitra erat oratio ejus, fulgur vita* (ep. ad Basil.); verbis enim suis tonabat et indurata glosaque peccatores terrebant: erat quippe predicator a Deo missus, cujus verba cordium intima penetrabant, indurata quoniamvis hominum corda emolliebant et inumeros a peccatis suis avertiebant. Cum concionaretur S. Bernardino, *vidisses antiquatas iniurias penitus extingui, usuras totaliter deleri, res injuste ablatas dominis suis restituiri, personas ludo deditas, omnium ludorum vetitum instrumenta abligere, mulieres impudicas castimoniam amplexari, et superbias a foco, vestiūisque luxu abstinere* (Capistr.). Erat S. Bernardino quasi apostolus a Deo delegatus, qui ob auditorum copiosam multitudinem, in plateis concionari cogebatur, ejusque prædicationibus ita ad derelinquenda peccata alliciebantur ejus auditores, ut contractas inique fabricatos, larvas, taxillos, specula, lusorias chartulas et alia voluptatis, vanitatis et iniunctatis instrumenta deferrent; ex quibus plures in foro struē fecit, quam supposito igne combussit. O quam utilis et efficax fuit scientia S. Bernardini, qui scivit peccatores ab iniunctitate sua avertire; *ac etiam scioit tepidos amore Dei inflammare*.

2. In linguis igneis super apostolos descendit Spiritus Sanctus, ut manifestaret, quod viri apostolici, qui predicatoris funguntur officio, ardenter et igneam scientiam habere de-

beant, qua non solum peccatores a peccatis avertant, verum et tepilos quoque virtutis amore et igne charitatis accendant: *linguas igneas Doctores habent*, inquit S. Gregorius, *quia dum Deum amandum prudcant, corda audientium inflammant* (ho. 3 in *Evang.*); et raver, ut subdit idem S. Gregorius, inutiliter et otiosi predicaret qui suis concionibus auditorum corda non accenderet: *nam et otiosus est sermo Doctoris, si prebore non valet incendium amoris.* Otiosi autem et inutilis non fuere S. Bernardini sermones; ignea enim scientia, tanquam devotionis fervore ipse replebatur, ut auditores quoque quantumvis tepidos, imo et frigidos devotionis et charitatis igne sufflammaret. Sanctus Bernardinus, ut alter Joannes Baptista, erat *lucerna lucens et ardens*; non enim solum lucebat sublimis scientia radiis, quos effundebat, verum etiam divino Spiritu Sancti igne ita exardebat, ut auditorum quorunvis corda ad Dei amorem accenderet. Unde sicut postquam discessit Christus a discipulis, cum quibus castellum Emmaus adierat, ipsi invicem dicebant: *nomen eorum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via et aperiret scripturas* (Luc. 24, 32), ita et plerique charitatis igne accendebantur, cum Bernardinum audirent in cathedra loquenter et aperientem scripturas; ejus voces quasi ignite faces audienciarum corda incendebant, et ad Deum amandum allicebant. O praeclarum concionatores, qui tepidos amore Dei inflammaro novit: *ac etiam innumeris utrinque sexus ad perfectioris vita institutum adducere scioit.*

3. S. Bernardino apprime congruent hec Nazianzeni verba: *una vox tua de omnibus triumphans*; una enim Bernardini concionantis vox de piratis et latronibus, de usurariis et infidelibus, de Insoribus et meretriciis ac de omnibus pene auditoribus triumphavit. Tantique fuere illius triumphi, ut non solum auditores ad penitentiam, etiam innumerous ad statum religiosum et ad perfectioris vita institutum alliceret: *multi viri et feminae, contempto mundo et fallacie eius, abjetisque non parois facultatibus suis, crux penitentia complectabantur in paupertate et diversis monasticis insti-*

*tutis, Domino servientes* (Vincent.). Sciebat S. Bernardinus, quod monasterium *velut portus quietis et quasi paradisi est* (S. Caesar. Arelat. hom. 36); ideo non solum impios et quoconque peccatores ad penitentiam vocabat, nec solum etiam tepidos ad Deum amandum excitabat, verum et inumeros ad paradisi portum, seu ad monasteria adduebat, ut ibi perfectissime Domino inservirent. Multa nova extrahebant monasteria, collapsa instaurabant: reges, principes et alii potentes viri tot in toto orbe monasteria exaedificari curarunt, ut quot constructa fuerint, difficile explicari queat et difficilis esset recensere, quot utrinque sexus persone ad haec monasteria se contulerint; dicam solum quod auditio S. Bernardino concionante, *multi viri et feminae crucem penitentiae complectebantur, in diversis monasticis institutis Domino servientes.* Ecce quis, quam utilis et quam efficax fuerit S. Bernardini scientia; si enim, ut ait S. Anselmus, *scientiam ad finem charitatis adhibita, multum est utilis* (ep. 119), utilissima quidem dicenda S. Bernardini scientia tota ad peccatorum conversionem et ad hominum salutem procurandam adhibita. Hie sanctus prouersus dissentit a Lucifero, qui scientia sua utitur, ut homines a Christi obsequiis avertat; ille cum apostolis et viris apostolicis omnem insumpsi scientiam, ut animas Christo lucraretur; nilque magis, aut pretiosius in hoc mundo censuit, quam perditan animam Christo lucrari: *quod magis lucrum esse potest, aut quid pretiosius, quam si humanam animam quis lucretur* (S. Aug., tract. 10 in Joan.). O minam ad eundem finem scientia sua utercentur omnes predicatores, et solum animarum lucrum in suis concionibus sibi proponereut! E contra heu! quot habentur, inquit S. Gregorius, qui laudes transitorias de verbi predicatione requirunt; videci volunt, testimoni volunt, et de animarum salute non curant. Vera scientia, addit idem Pontifex, et specialis predicatorum virtus in hoc consistit, quod animas Christo lucrari sciunt: *manifestatur virtus predictantium, ubi surgit seques animarum.* O utinam hanc scientiam calllerent omnes concionatores instar sancti Bernardini, in quo requievit spiritus scientie, *ac etiam spiritus fortitudinis.*

## III PARS.

*In S. Bernardino requievit spiritus fortitudinis.*

Fortitudo late sumpta est quedam animi firmitas in abstinentia a molo, vel in faciendo bonum et in hoc sensu fortitudo est virtus generalis, vel potius conditio cuiilibet virtutis necessaria, quia, ut ait Aristoteles, *ad virtutem requiritur firmiter et immobiliter agere* (2 Eth.). Hanc autem fortitudinem seu animi firmitatem in omnibus suis actionibus et virtutibus manifestavit S. Bernardinus, ac prescipe 1. in servanda castitate; 2. in pugnando pro nominis Jesu honore; 3. in portandis vita austera oneribus.

1. Totus in Bernardinum insurrexit infernus, cogitavique qualiter formosam juvenem ad venereas voluptates alliceret qui tamen in periculis castitatis prædileximus semper fortiter prægnavit et vitor evasit. Quia de re unum pro multis afferam exemplum, quo quanta sancti hujus viri in castitate servanda fuerit fortitude, nemo non videbit. Bernardinus adhuc juvenis et in religione franciscana non a multo tempore professus, quadam die elemosynas petendae causa, dominum mulieris eundam juvenis et formosae ingressus est, quia ejus amore astuans cum scurrilibus verbis, impudicus aspectibus et gestibus irreconciliis ad libidinem alliceret conabatur: quibus omnibus fortiter restituit Bernardinus, et cum fuga pro armis uti cogitaret, invetercunda mulier, lascivendi flamma exardescens, impudenter ei dixit: meis protinus assentire votis, desiderio meo praestas faves: si enim voluntati meæ assentiri rennas, mox coram omnibus clamabo, te mihi vim-inferre voluisse. Heu! ad quales tunc Bernardinus redactus est angustias; tunc vere dicere poterat: *Angustiae sunt mihi unicae* (Dan. 13, 22); si enim hoc egero, mors animæ mihi est; si non egero, mea, fratrunque meorum fama peribit. Inter has angustias, oculis in colum elevavit, divinum postulavit auxilium Bernardinus, moxque

## Concio de S. Bernardino

193

coelesti irradiatus lumine, Virginisque Mariæ patrona sua visione recreatus, impudicos dixit mulieri: ut tuum adimplreas desiderium, vestibus exui et lecto prius decumbere debes; quod cum ipsa quam cito fecisset, Bernardinus motu divino impulsus, extracta disciplina, eam dire flagellavit. Nec ideo clamare ausa est, ne si advententes eam nudam et cubili decumbentem invenissemus, non ipsi Bernardinum, sed ipsam Bernardino vim inferre voluisse crederent. Miramini sanctum hunc juvenem, qui intra illam domum quasi intra fornacem babyloniam existens ab igne luxurie nullo modo comburitur. Miramini etiam hujus juvenis fortitudinem, qui hujus mulieris artem arte delusus, quique omnibus ejus blanditiis et solicitationibus fortiter restituit. Joseph Ägyptiacus, qui erat *pulchra facie et decorus aspectu* (Gén. 39, 6), a domina sua ad turpia solicitatus, *relicto in manu ejus pallio, fugit et egressus est foras*. Hanc Josephi fortitudinem admiratus Chrysostomus, ait: *quis non admiretur beatum illum, qui in ipso flore utatis existens, quando maxime fornax concupiscentiarum acceditur, cum videret dominam suam in se inadvertentem et inservientem in se, tantum ostendit fortitudinem, et ita ad castitatem ageres se exercuit, ut ab interperato illa muliere nudus quidem castibus profugeret, castitatis autem indumentum servaret* (he. 44 in Gen.). O mirabilem hujus juvenis fortitudinem; major tamen fuisse videtur Bernardini fortitudo, quia ipse non secus ac Joseph, juvenis erat et decornis: ipse etiam non secus ac Joseph a muliere impudica lasciviente et in ipsum insanicente, ad turpia solicitatus. Verum quod magis esse videtur, S. Bernardinus, ut de hac muliere triumpharet, non fugit sicut Joseph, at exemplo non imitando, in campo certaminis remanens, de propria carne, ac de demonis et mulieris hujus artibus gloriose triumphavit. Itaque S. Bernardinus habuit spiritum fortitudinis in servanda castitate: *habuit etiam spiritum fortitudinis in pugnando pro nominis Jesu honore*.

2. Michael Archangelus vocatur *fortitudo Dei*, eo quod fortiter et generose contra Luciferum, ejusque sectatores decraterit. Nature humanae invidebat superbus ille angelus, eo

quod eam, relicta angelica, Verbum divinum hypostaticum assumptum esset; ideo prae vanitate et invidia, Christo, seu Verbo divino natura humanae unito subesse renuit: *suo recusavit subesse Creator* (S. Aug. de civ. Dei 11, 13); Michael autem pro Christo stetit, ejusque infensissimum hostem Luciferum cum sectatoribus suis fortiter debellavit et a celo expulit, neque locus inventus est eorum amplius in celo (Apoc. 12). Quid simile in sancto Bernardino intueror; agre enim ferabat ardentissimum nomen hic Christi amator, quod nomen ejus ab innumeris peccatoribus blasphemaretur et despiceretur; idcirco pro Christo stans, ut omnes ad ejus cultum et venerationem alicerent, solebat sub finem concionum suarum tabellam spectandam proponere, idque in primis religiose ac pie, in qua pictum erat dulcissimum nomen Jesu literis aureis, solaribus radiis undique cinctum; porro populus id sacratissimum nomen flexis genibus devotissime adorabat, aliqui peccatores verbi et sancta divi Bernardini arte ad Christi, ejusque nominis venerationem adducebantur; alii vero praedicationibus ejus peiores et deteriores fiebant, quorum notissimus et quasi alter Lucifer fuit Manfredus Vercellensis, qui cum sectatoribus suis S. Bernardinum mendaciter et calumnioso apud summum Pontificem heresos accusavit, eo quod prefatam tabellam adorandam proponeret. Accessit Bernardinus, Romanum se contulit, ut se, sanctaque nominis Jesu gloriari tueretur, quod ita fortiter et efficaciter praestit, ut summus Pontifex, agnitus accusatorum malitia, necnon S. Bernardini zelo et innocentia, amplius et fecerit copiam libere undeque praedicandi verbum Dei, dulcissimumque Jesu nomen populis ostentandi. Insuper, ut Bernardini repararet fama, quam calumnias suis aliquo modo defagraverat, Manfredus, jussit Pontifex, ut in urbe Roma, in honorem sacratissimi nominis publice totius cleri fieret supplicatio, erecto vexillo, depictis ejusdem sanctissimi nominis characteribus. Ex quo tempore Templorum foribus, domorum frontibus et postibus oceps affigi, crevitque ubique erga sanctissimum nomen veneratio (Wading., an. 1426). Ecce magnam Bernardini fortitudinem in propugnando pro nominis Jesu ho-

nora; ad hoc habuit spiritum fortitudinis in portandis austerioris vita honeribus.

3. Fortitudo christiana ad duriora quaque propter Dei amorem gratissimo animo sustinenda inclinat: *fortitudo est amor omnia propter Deum facie sustiens* (S. Aug. de mor. Eccles. 15). Hac fortitudine etiam dum in saeculo viveret, praeditus erat S. Bernardinus; tunc enim gravi abstinentia corpus suum vexabat: tunc vigiliis, orationibus, disciplinis, alisque multis penitentia exercitiis carnem suam domabat. Hac autem fortitudine potissimum datus fuit, postquam minoritiae militis nomine dedit; tunc etiam penitentia et mortificationis operibus se totum addixit; tunc tanta oculorum ejus extitit mortificatio ut nullum unquam mulierem asperxerit; tunc orebriora et duriora ejus fuere jejunita; tunc tantus illius labor extitit in predicationibus, in vita regularis exercitiis et aliis extraordinariis, quibus se dedicavit, mortificationis oneribus, ut in hoc maxime Seraphico patri assimilaretur: *Francisci Assisinatis abstinentia et laboris non minus onerulus, quam professionis cultor* (Marulus). Fortitudinem suam ostentarunt gentiles, ut ad hominum videretur et laudarentur; christiani vero fortes et in laboribus perferendis constantes extitire, ut Deo placarent, eique amoris sui testimonia darent: *fortitudinem gentilium mundana facit cupiditas; fortitudinem autem christianorum Dei cupiditas facit* (S. Aug. de ver. innoc., 25). Hac autem Dei charitate sufflannatus Bernardinus fortiter et hilariter dira quaque patiebatur. Tres episcopatus, Senensem silicet, Urbanensem et Ferrarensem ab Eugenio quarto summo Pontifice ipsi oblatos recusavit, ut religiose et laboriosa vita exercitiis adhaereret. Consilii paruit sapientissimi Seneca, ajeantis quod qui virtutem sectari ambit, proprium patrimonium, honores mundi et alia fortuna mendacia abrogare debet: *ponat patrimonium, ponat honores et alia fortunae mendacia*; ipse enim et patrimonio et oblatis abrenunciavit honoribus, ut vitam austeraam et duram sectaretur. Ejus austertatem mirabantur fratres; licet enim maxima fulgeret vita innocentia, jejuniis tamen, vigiliis, disciplinis, itineribus et

gravibus quibusvis dura punitie exercitiis, tamquam fortis athleta, fortiter et hilariter corpus suum affligebat. In carne ambulans, non secundum carnem, imo contra carnis concepcionis militabat: *in carne enim ambulantes non secundum carnem militamus* (2 Cor. 10, 3). Nec contra carnem suam usque ad mortem militare unquam constituit; usque ad ultimum vita sue momentum fortitudinem suam in laboribus et mortificationibus manifestavit et custodivit: *fortitudinem meam ad te custodiad* (Ps. 58, 10). O virum fortissimum, in quo pietatis simili et scientia, puriterque fortitudinis spiritus requievit! O utinam eodem fortitudine spiritu omnes accenderentur! Quia heu! multi non pro Dei gloria, potius adversus Deum fortis habentur, multi adversus Deum tendunt manum suam et contra Omnipotentem roborantur: *letendit adversus Deum manus suam et contra Omnipotentem roborat* est (Job. 15, 25). Jam vix his qui fortes sunt, ut faciant malum, et ut Deo injuriam inferant; *vix qui potentes estis ad bibendum vinum, vix fortes ad miscendam ebrietatem*, inquit Isaías propheta (5, 22); dicamus etiam: *vix iis qui fortes sunt ad blasphemandum, ad luxuriantium et ad peccata quevis perpetranda;* haec enim fortitudo infirmitas est, malitia est, et magna damnatio est. Quapropter eam a vobis procul abhiciet, et S. Bernardini fortitudinem imitantes, estote fortes in servanda castitate, in propagando pro Christi honore, et in portandis austere vita oneribus. Hac fortitudine de Deo triumphabit, qui magnam in hoc mundo gratiarum copiam et eternam in celo beatitudinem vobis largietur. Amen.

DIRECCIÓN GENERAL DE INVESTIGACIONES

## DE ASCENSIONE CHRISTI

## CONCIO UNICA.

*Ascendo ad Patrem meum (Joan. 20, 17).*

Christii Ascensio est quasi sigillum, consummatio et clausula omnium mysteriorum Salvatoris; *felix clausula totius itinerarii Filii Dei* (S. Bern. ser. 2 de Ascens.). Hoc est festorum decus, et ut ait S. Bernardinus, *Ascensio Christi est festum festorum et solemnitas omnium solemnitatum*, quia ipsa sola sumnum obtinet principatum (Did.). Unde S. Epiphanius Ascensionem inter dominica festa fastigium tenere asserit: *Celebramus Christi Domini secundum carnem ascensum, quod sane festum inter dominica fastigium obtinet: ut enim caput totam corporis constitutionem exornat, ita hodierna solemnitas divinae economie pulchritudinem, quasi colophonem illi imponens, mirifice illustrat (orat. de Ascens.).* Magnum quidem fuit, Deum hominem fieri et in praesepio nasci; magnum fuit illum circumcidere et a Magis adorari; magnum fuit, illum crucifigi et a mortuis resurgere; haec omnia mysteria magna et mirabilia sunt; nil tamen Christo gloriosius, quod hodie propria virtute ad celos ascendat, quod triumphali pompa in celo recipiat et ad thronum Deo dignum exaltetur. Hoc est sigillum mysteriorum Christi, haec est solemnitas solemnitatum et festum festorum, de quo sermo habendus. *Ave.* Dicetah in corde suo Lucifer, quod in celum ascenderet, in celum intraret, in celo sedereret. Superbus ille Angelus in celum propria virtute ascendere ambiabat: *in celum ascendam* (Isa. 14); in celum etiam intrare, ibique solium suum exaltare statuerat: *super astra coli exaltabo solium meum: in celo tandem sedere et regnare presumebat: sedebo in monte te-*

gravibus quibusvis dura punitie exercitiis, tamquam fortis athleta, fortiter et hilariter corpus suum affligebat. In carne ambulans, non secundum carnem, imo contra carnis concepcionis militabat: *in carne enim ambulantes non secundum carnem militamus* (2 Cor. 10, 3). Nec contra carnem suam usque ad mortem militare unquam constituit; usque ad ultimum vita sue momentum fortitudinem suam in laboribus et mortificationibus manifestavit et custodivit: *fortitudinem meam ad te custodiad* (Ps. 58, 10). O virum fortissimum, in quo pietatis simili et scientia, puriterque fortitudinis spiritus requievit! O utinam eodem fortitudine spiritu omnes accenderentur! Quia heu! multi non pro Dei gloria, potius adversus Deum fortis habentur, multi adversus Deum tendunt manum suam et contra Omnipotentem roborantur: *letendit adversus Deum manus suam et contra Omnipotentem roborat* est (Job. 15, 25). Jam vix his qui fortes sunt, ut faciant malum, et ut Deo injuriam inferant; *vix qui potentes estis ad bibendum vinum, vix fortes ad miscendam ebrietatem*, inquit Isaías propheta (5, 22); dicamus etiam: *vix iis qui fortes sunt ad blasphemandum, ad luxuriantium et ad peccata quevis perpetranda;* haec enim fortitudo infirmitas est, malitia est, et magna damnatio est. Quapropter eam a vobis procul abhiciet, et S. Bernardini fortitudinem imitantes, estote fortes in servanda castitate, in propagando pro Christi honore, et in portandis austere vita oneribus. Hac fortitudine de Deo triumphabit, qui magnam in hoc mundo gratiarum copiam et eternam in celo beatitudinem vobis largietur. Amen.

DIRECCIÓN GENERAL DE INVESTIGACIONES

## DE ASCENSIONE CHRISTI

## CONCIO UNICA.

*Ascendo ad Patrem meum (Joan. 20, 17).*

Christii Ascensio est quasi sigillum, consummatio et clausula omnium mysteriorum Salvatoris; *felix clausula totius itinerarii Filii Dei* (S. Bern. ser. 2 de Ascens.). Hoc est festorum decus, et ut ait S. Bernardinus, *Ascensio Christi est festum festorum et solemnitas omnium solemnitatum*, quia ipsa sola sumnum obtinet principatum (Did.). Unde S. Epiphanius Ascensionem inter dominica festa fastigium tenere asserit: *Celebramus Christi Domini secundum carnem ascensum, quod sane festum inter dominica fastigium obtinet: ut enim caput totam corporis constitutionem exornat, ita hodierna solemnitas divinae economie pulchritudinem, quasi colophonem illi imponens, mirifice illustrat (orat. de Ascens.).* Magnum quidem fuit, Deum hominem fieri et in praesepio nasci; magnum fuit illum circumcidere et a Magis adorari; magnum fuit, illum crucifigi et a mortuis resurgere; haec omnia mysteria magna et mirabilia sunt; nil tamen Christo gloriosius, quod hodie propria virtute ad celos ascendat, quod triumphali pompa in celo recipiat et ad thronum Deo dignum exaltetur. Hoc est sigillum mysteriorum Christi, haec est solemnitas solemnitatum et festum festorum, de quo sermo habendus. *Ave.* Dicetah in corde suo Lucifer, quod in celum ascenderet, in celum intraret, in celo sedereret. Superbus ille Angelus in celum propria virtute ascendere ambiabat: *in celum ascendam* (Isa. 14); in celum etiam intrare, ibique solium suum exaltare statuerat: *super astra coli exaltabo solium meum: in celo tandem sedere et regnare presumebat: sedebo in monte te-*

*stamenti.* Jamvero omnia præpostere Lucifero acciderunt; qui enim in celum ascendere ambebat, de celo cecidit; qui in celum intrare decreverat, in infernum precipitatus est; et qui in celo sedere presuebat, in inferno æternum torquebitur. Ecce sortem superbi Luciferi; Christus autem humilis hoc obtinuit, quod ambiverat Lucifer; in celum enim ascendit, in celum intravit et in celo sedet. Apostoli illum ascendentem admirati sunt; Angeli ei in celum intranti occurrerunt; et omnes Sancti illum in colesti throno sedentem et regnante contemplantur. Ut autem de aliissimo Ascensionis Christi mysterio late disseramus, videlamus 1. quomodo in celum Christus ascendat; 2. quomodo in celum intret; 3. quomodo in celo sedeat. Perpendamus quomodo in celum ascendat, et timeamus; quomodo in celo intret, et admiremur; quomodo in celo sedeat, et desideremus. Tribus his questionibus Ascensionis Christi mysterium explicabimus.

## I PARS.

*Quomodo Christus in celum ascendit.*

Cum Christus post resurrectionem vitam immortalem inchoaverit, non decut eum in terris manere: propterea in celum ascendit non secundum naturam divinam, qua nunquam exulum deseruit, verum secundum naturam humanam, qua virtute divinitatis ad celum elevata est; *natura divina propria usus virtute, carnem celo intulit* (S. Cyp. de Ascens.). Ascendit autem in celum Christus, 1. impress in terra vestigiis: 2. videntibus apostolis; 3. nube involutus.

1. Tempore Ascensionis imminente, recumbentibus undecim discipulis, apparuit illis Jesus (Marc. 16), et exprobata eorum incredulitate, illos pro ascensu suo ad Patrem benigne consolatus est ostendens, quam congruum esset, ut peractis mysteriis pro quibus venerat, ad celum ascenderet. Qua oratione finita, ad montem Oliveti simul cum Apostolis se con-

tulit, ibique in eorum et aliorum multorum discipulorum conspectu, celum ascendit, calcata prius terra, cui pedum suorum vestigia impressa reliquit. De his impressis a Christo ascendeiente vestigia mentionem faciunt authores plurimi, qui sacram huic locum nunquam marmore, aut alio pavimento tegi potuisse referunt: quia que manus humana ad ornatum apponere conabatur, solum respebat, vel potius divina manus executiebat. Qua de re sic scribit D. Hieronymus: *mons Oliveti ad Orientem Jerosolymæ est, interfluenta torrente Cedron: ubi ultima vestigia Domini humi impressa hodieque monstrantur. Cumque terra eadem quotidie a credentibus hauriatur, nihilominus tamen eadem sancta vestigia pristinum statum continuo recipiunt (de loc. Heb.).* Paulus Orosius et Gregorius Turonensis scribunt, « sulcos quos rotas curram Egyptiorum Hebreos persequentium in mari rubro fecerant, in mari permanere, et quantum actes oculorum videri potest, in profundo cerni; quos si modicum commotio mari obexterit, illo quiescente, rursus divinitus renovari, ut fuerant ». Hoc prodigium in aqua factum mirentur qui voluerint: nos serio perpendamus miraculum, quod Christo in celum ascenda in terra factum est, et quod adhuc perseverat: non enim sine mysterio Salvator terram calcare, eique vestigia impressa reliquere voluit. Et si ejus mentem penetrare licet, dicam, quod hinc hand dubie nos docere voluit, quod ut ad celum ascendamus, terram et omnia mundi bona calcare et contempnere debeamus; nam, ut ait S. Augustinus, ut haec bona ad celum nos elevant, calcanda et sub pedibus ponenda sunt: *elevabunt nos, si fuerint infra nos* (Ser. 176 de temp.). Hec bona avares et ambitiosos ad celum non extollunt, qui non ea sub pedibus, at in corde habent; non ea religiose contemnunt, ino inotitane desiderant: ergo ut ad celum nos elevant, parvipendamus et calcemus ea instar Christi, qui in celum ascendit, impressis pedum vestigis, ac etiam videntibus apostolis.

2. In celum ascendit Christus non gradieus, aut pedem post pedem movens, sed statu corporis recte, pauplatum in ce-

lum tendens, et hoc coram apostolis et aliis qui cum ipsis in monte Oliveti aderant: *videntibus illis, elevatus est* (Act. 1). Translatus est Enoch, raptus Elias in paradisum terrestrem absque multis testibus (Gen. 5); Christus ascendit multis testibus presentibus et videntibus: *non subito raptus est*, inquit S. Bernardinus, *non furtim sublatus, sed videntibus illis elevatus est* (*de grad. humil.* 1). Cum D. Paulus ad tertium celum raptus est, nullus, vix enim vel seipsum, ut ita dicam, testem habuit; cum enim de illo rapti loquerit, ait: *nescio, Deus scit* (2 Cor. 12); Christus Ascensionis sue spectatores et testes multos habere voluit, *videntibus illis, elevatus est*. Christi Ascensio non in instanti, aut momento, verum aliquo temporis intervallo contigit; eum etenim discipuli per aeris regionem euentem viderunt, et fidei oculis intuiunt sunt, sive Christus videri voluit propter triplicem rationem, inquit S. Bernardinus (*ser. de Ascens. art. 2, c. 1*): *prima*, ut Ascensionis eius tamquam ab eis patenter vise firmiores essent teste: *secunda*, ut coelestis patria et gloria fides et spes et desiderium firmius eis imprimeretur, et ut desiderium venienti ad eum excitaretur in ipsis: *tertia*, ut mystice innuator, quod qui non videt Christum ascendentem, seu qui mentis oculo non contemplatur eius ascensionem, minime habetur aptus et dispositus ad redundantium spiritus eius recipiendam. Sicut enim Eliseo petenti duplice spiritu, dixit Elias: *Si videris me, quando tollar a te, erit tibi quod petisti: si autem non videris, non erit* (IV Reg. 2), ita ut Christi spiritum et gratiam recipiantur, Christum in celum euentem intueri, ejusque ascensionem contemplari debentur. Illud mysterium non leviter transiendum, at serio meditandum, Christusque saltem mentis et cordis oculis a nobis est inspicendum: *si recte*, inquit S. Augustinus, *si fideliter, si pie Ascensionem Domini celebramus, ascendamus cum illo et sursum corda habeamus*: mente videamus Christum, qui in celum ascendit videntibus discipulis, *ac etiam nube involutus*.

3. D. Augustinus libro octavo de civitate Dei refert, senatorum Romanos optantes urbis sua fundatorem Romulum ut

Dum coli, subornasse Proculum quendam, ut populo asseveraret, se illum vidisse ad colos evolantem et deorum numero jam ascriptum; jamvero ut advertit Tertullianus, Romulus non nisi *scalis mendaci* ad celum ascendit. Christus et contra multos, eosque sanctissimos sue Ascensionis adhibuit testes, qui eum ascendentem viderunt et coram quibus nube a celo missa involutus est: *nubes suscepit eum ab oculis eorum*. Hec nubes, ut ait Doctor Angelicus, non praebuit adminiculum Christo per modum vehiculi; apparuit in signum divinitatis, fuitque quasi thronus ejus regius, non ad sustentaculum, sed ad ornatum: *thronus meus in columna nobis* (Ecli. 24). Praedixerat regius propheta, Christum nube circumdatum, ad celum ascensum: *qui ponis nubem ascensem tuum* (Ps. 103). Christus ascendit, non penitus, aut alia arte fabricatis, ut Dædalus, aut Neptunus; non cereis, ut Icarus; non arte magica, ut Simon Magus; non scalis mendaci, ut Romulus; non solumentis extasi, ut D. Paulus, Ezechiel et multi alii prophetæ, sed in nube: *qui ponis nubem ascensem tuum*. Non quod haec nubes ei necessaria esset, ut eum veheret, vel sustinetaret; ut enim ait Sanctus Bernardus, haec nubes *ne cessum juoit aut pigrum impulit, aut cadentem sustinuit* (*de grad. humil.* 1); tamen nube circumdati voluit ad ornatum et pompa glorioissime sue Ascensionis: *nubes suscepit eum ab oculis eorum*. Ecce quomodo Christus ad celum ascendit; ecce modum Ascensionis ejus, quem si recte perpendamus, magna nobis inest timendi ratio; quia hoc ascendendi modo indicatur nobis modus, quo in die judicii Christus homines judicaturus adveniet: apostolis enim dixerunt angeli, Christum eodem modo venturum in judicio, quo ad celos ascendit: *hic Jesus, qui assumptus est a nobis in celum, sic veniet, quemadmodum vidiistis eum euentem in column* (Act. 1). Sicut enim hodie in celum ascendens, terram calcat, ita et in die judicii terram fremens conculebit et adstantium cordibus terrorum inueniet: *in fremitu conculeabis terram, in furore obstupefacies gentes* (Habac. 3, 12). Sicut hodie celum ascendit, videntibus apostolis, ita et in die judicii

eam videbunt descendenter: *egredietur de loco suo et descendet* (Mich. 1). Sic ut hodie in celum ascendit nube involutus, ita et in die iudicii videbunt eum *venientem in rubibus ecclie*. In hac ergo solemnitate gaudendum simul et timendum; gaudendum quidem, quia Christus ad Patrem vadit, ut glorificetur et pro nobis intercedat; timendum, qui hic Jesus, qui hodie ascendit in celum, in die iudicii descendet cum potestate magna et maiestate, ut iudicet mundum: *veniet in eadem gloria et maiestate, cum eadem anima et corpore*, inquit Beda (in Act.). *Veniet iudeus cum eisdem vulnerum et plagarum in latere, manibus, pedibusque impressis vestigiis*, inquit Cyprianus (serm. de Ascens.). Veniet iustis in amore, impensis in tremore, inquit S. Augustinus (s. 180 de temp.). Igitur recognitantes quomodo Christus in celum ascenderat, timere debemus. *Videamus nunc quomodo in celum intret et admiremur.*

## II PARS.

*Quomodo Christus in celum intret.*

Christus nube lacida circumdatus in celum ascendens, universam aëris regionem pertransivit, per ignis spherae iter confecit, Luna, Mercurii, Martis, Solis et aliorum orbium celestium sphaeras penetravit, donec ad coeli empyrei portas elevatus in illis 1. *intravit ablatis januis*; 2. *intravit pluribus sanctis comitatus*; 3. *intravit jubilante tota celesti curia*.

1. Christo ad coeli empyrei atrium adventante, factus est quidam dialogus inter angelos Christum comitantes et angelos in celo existentes: angelii enim qui Christum comitabantur, ad illos, qui eo in celo empyreo summo honore excepturi expectabant, clamaverunt dicens: *attollite portas, principes, vestras et elevamini portae aeternales, et introibit Rex gloria* (Ps. 23). Angelii vero intra celum existentes, non quod ignorarent quis esset Christus, ast gloriam et maiestatem qua in-

cedebat, demirati dixerunt: *quis est iste rex glorie?* Quibus alii responderunt: *Iste est Dominus fortis et potens: Dominus potens in prælio;* ideo proutius attollite portas, principes, vestras et elevamini portae aeternales; et introibit Rex gloria: seu ut veritatem Tertullianus: *auferte portas, principes, vestras et sublevantur portae aeternales, et intrabit Rex gloria.* Cur clamant angeli, non quod aperiantur, verum quod attollantur et auferantur coeli janus? Nomen ad Christi ingressum sufficiebat, colestis Jerusalem portas reserari et aperiri? Cum Christus baptizatus est, non contracta, nec ablata, sed aperta sunt coeli portæ: *aperti sunt ei coeli.* Cur ergo jam coeli portas non solum aperiri, verum et auferri petunt angeli: *auferte portas principes, vestras?* Respondet Chrysostomus, quod videntes angeli, celos non amplius fore claudendos, quia justi in limbo non amplius erant destinandi, autunmarunt minime jam necessarias coeli portas et ideo non clamant: *aperite portas,* que jam in Christi baptismo fuerant aperte; clamant: attollite et *auferte portas, principes, vestras,* quia haec portæ impostorum non erunt necessarie. Attamen ad propositum nostrum convenientius respondere videtur Genebrardus dicens, ablatas esse coeli portas, *ut glorifice introeat Rex gloriissimus* (in Ps. 23). Sic ut enim rege in aliquam ditionis suæ civitatem intrante, non nunquam ad majorem pompa, non solum aperiantur, etiam tolluntur civitatis janus, ita et Christus ad majorem pompam et magnificientiam in celestem civitatem intravit ablatis januis; ac etiam in eam *intravit pluribus sanctis comitatus*.

2. Post protoparentis peccatum, generali quodam interdictio omnibus hominibus in celum ingredi prohibitum est. Sicut enim post illud peccatum Deus *colebat ante paradisum volatiles Cherubim, et flammeum gladium atque versatilem ad custodiendam viam ligni vitæ* (Gen. 3), ita et post idem peccatum generali interdictio omnibus hominibus, vel sanctissimis, prohibitum fuit in celum intrare ante Christum. Illud autem interdictum hodie sustulit Christus Sanctorum multorum animas, quas ex limbo eduxerat, celo inferens, hisque comitantibus

in celum ingredientes. Unde clamant angeli: *attollite portas, principes, vestras et elecamini portae eternales et introibit Rex gloria;* quasi dicant, ablatum est interdictum; protinus ergo attollite portas, ut comitabitus patriarchis, aliquis sanctis viris, Rex glorie ingrediatur. Et ideo D. Paulus Christum in celum intrantem, *pontificem* vocat: *habentes ergo Pontificem magnum, qui penetravit celos Iesum Filium Dei* (Heb. 4, 14). Intravit enim ut pontifex Magnus, quis subito interdicto ingressus est celum, comitabitus illum plurimi sancti viri, quos a captivitate, seu a lymbo eduxerat: *Dominum euntem ad celos comitatur gloria captivitas* (S. Amb. s. 2 Pentec.). Magnus ille Jacob de seipso ait: *in baculo meo transiit Jordanem istum et nunc cum duabus turmis regredior* (Gen. 32, 10). Quod de seipso narravit Jacob, de Christo in celum intrante apposite dicitur: ipse solus enim descendit de celo, ipse solus Jordani passionis baculo crucis iuxta traxerit; *torcular, inquit, calcavi solus* (Isa. 63). Ipse autem non solus ad celum regressus est; nam, ut ait Hugo cardinalis, ipse turmis duabus, una angelorum et altera hominum comitatus celum ingressus est: *Christus, inquit, transiit Jordani mortis et cum duabus turmis in celum regreditur, comitatus scilicet turma angelorum et turma hominum* (in c. 4 ep. ad Eph.). Quale gaudium fuit his sanctis patribus et a lymbo erni et simul cum Christo in paradiso ingredi! Quam vero Christus in celum empyreum intraverit pluribus sanctis comitatus, in illud etiam intravit, jubilante tota coelesti curia.

3. Quod verissimum esse consensit quicunque judicio pollet; si enim uno peccatore per penitentiam portas celum ingredientie, tota coelestis curia exultat; *gaudium erit in celo super uno peccatore penitentiam agente* (Luc. 5, 7); quanta coelestem civum fuerit jubila, cum Creatorem et Dominum suum paradi portas introeuntem viderunt? Si etiam, cum Christus in hunc mundum sublunarem venit, cruentum cum hostibus certamen initurus, prae nimio gaudie coelestis spiritus in antrum Bethlehemicum se contulerunt, ingenti jubilo canentes; *gloria*

*in altissimis Deo et in terra pax hominibus bone voluntatis* (Luc. 2, 14); quanta, queso, eorum censenda letitia, quanta jubilatio, cum iam exacto conflictu, ipsum victorem et triumphantem in celo ingredi conspiciunt? Certe, inquit S. Bernardinus, tanta tunc coelestis curia fuit exultatio, tan-taque jubilatio, ut vix explicari valeat. De ea tamen sic loquitur: «Quis enarrare sufficiat, quanta letitiae exultatione repleta fuit illa civitas beatorum in adventu Regis eorum et illorum sanctorum patrum? Cantant et jubilant omnes angeli et in introitu paradisi digni vocibus laudent, dicentes: *gloria laus et honor tibi sit, Rex Christe Redemptor.* Nunc tibi pandimus, ecce melos: *benedictus es, Domine, qui ambulas super pennas ventorum; benedictus es, qui sedes super Cherubim et intueris abyssos.* Benedicte te celo, terra, mare et omnia que in eis sunt; quia iudicasti nationes, implevisti ruinas, conquassasti capita mortis, diemonum et inferni». Has et alias laudes ad Christi in celum intrantis gloriam ab angelis decantatas congerit S. Bernardinus (ser. 1 de Ascen.). Alii nonnulli autores ut coelestis curiae in Christi introitu jubilationem explicit, illum omnes angelorum chorus successive lustrasse et quemlibet chororum speciale hymnum ad ejus laudem decantasse tradunt. Cujuis opinionis extitisse videtur S. Damascenus, dicens: *interim in toto illo decursu, ab empyre introitu usque ad summos angelorum ordines, o Christe, sine ulla intermissione laudes tuas celebrant* (de Ascen.). Omnia tamen curiae coelestis jubila clarius concepi nequeant, quam per conjecturas et illationes. Duas jam nunc addulximus, que si non sufficient, tertia assumi potest ex magna letitiae et jubilatione, qua in domo paterna acceptus est filius prodigus. De eo dicitur, quod dissipavit substantiam suam vivendo luxuriose; ubi vero ad patris domum rediit, atque iste ei obviavat, cecidit super collum ejus, osculatus est eum, stolam primam et annulum dedit ei, convivium parati, symphoniam audiri, ac alia magna laetitia et jubilationis signa edи voluit. O magnum hujs patris amorem in filium! Jam heu si tanta sunt jubila, cum filius prodigus in paterna domo reci-

pitur, quanta Patria aeterni, beatissime Virginis (1), ac totius curie colestis fuere jubila, cum unicus Dei Filius Jesus Christus, mundi Creator et Redemptor, in colum empyreum triumphans ingressus est? Magna quidem et maxima extitere; verum inefabilia, ac mente humana prorsus incomprehensibilia. Ecce quomodo Christus in colum intraverit; ecce modum ingressus ejus, qui quidem mirabilis et omni admiratione dignus extitit. Si cum solemnes Romanorum triumphos demilati sunt antiqui, quanto omni admiratione, omnique stupore dignior censeretur Christi in colum intrantis triumphus, in quo non creatura, sed Creator, non purus homo, sed Deus homo; non intra urbis parietes, sed intra incenia colestis Jerusalem gloriouse recipitur? Postquam Christus in colum ascendit, apostoli mirantes et quasi in extasim rapti, sursum aspiciebant; *quid aspicitis in colum?* hodie et nos in colum aspiciamus; contempliemur quomodo in illud ingrediatur Christus et admirerum. In colum empyreum intrat Christus alatis januis, o rem mirabilem! intrat Christus sanctis Patrius illum comitantibus: quis non miretur! intrat Christus, jubilante tota coeli curia: *quid mirabilius?* Miremur ergo Christum in colum intrantem, *ac etiam in celo sedentem.*

## III PARS.

*Quomodo Christus in celo sedent.*

Licet non habeamus testes, qui videant, quomodo Christus in celo sedeat, docet tamen S. Scriptura, illum sedere supra

(1) Etiam sanctos allige in terris degentes de Christi Ascensione jubilasse merito creditur, in primis autem Beatisima Virgo; quamvis non sine merore ipsorum fecit exultatio, cum omnes ingemiscantes summo ardore exspectent et expectant dissolvi et esse cum Christo; quod si huiusmodi desiderium sanctos terpescat, quid dicendum de B. Virgine hic evulnante a dilectissimo Unigenito?

N. E.

omnes colos, supra omnes angelos et ad dexteram Patris: 1. sedet supra omnes colos, qui de celis descenderat; 2. se det super omnes angelos, qui se angelis minorum fecerat; 3. sedet ad dexteram Patris, qui Patris mandatis obtemperaverat.

1. Christus, ut Verbum, ante Incarnationem in celis habebat, ibi regnabat, ibi angelos subditos habebat, ibique beatitudine ineffabili et imperturbata fruebatur; cum venit plenitudo temporis, propter nos homines et propter nostram salutem descendit de celis, in praesepio natus est, ab hominibus despactus et in cruce mortuus est. O miram Christi humilitatem, que hodie congruo praevio compensatur! etenim qui in Incarnatione descendit de celis, in die Ascensionis super omnes celos ascendit, prout docet D. Paulus: *qui descendit, ipse est et qui ascendit super omnes celos* (Ephes. 4, 12). Quidam habentur proprio inter descensum et ascensum Christi: sicut enim a summo celo descenderat: *a summo celo egressio ejus;* ita et ad summum colum et supra omnes celos ascendit et iis excelsior elevatur: *excelsior celis factus* (Hebr. 7). Propheta regius Christum non supra colos, at in celo sedere docet: *Dominus in celo sedes ejus* (Ps. 10). Non tamen inde inferendum, cum non sedere supra omnes celos; sicut ille in domo esse dicitur, qui supra tectum domus manet, sic et in Christus in celo sedere dicitur, quia super omnes colos ita sistit ut pedum plantis convexam coli empyrei superficiem atttingat: *Christus,* inquit Liranus, *sedet supra extremitatem coli empyrei quod est excelsius super omnes colos* (in Ps. 67). Doctor Angelicus praefata Psalmographi verba explicans ait, *quod sedes Dei dicitur esse in celo, non sicut in continente, sed magis sicut in contento* (3 p. q. 75, art. 4), quia sedes Christi est supra omnes colos et quasi continent celos. Et ideo Tertullianus assertit, Christum, qui ad inferiores terra partes descenderat, hodie ascendisse non intra celos, verum ad superiores celorum partes et supra omnes colos: *Filius ascendit in superiora celorum, qui et descendit in inferiora terrae* (advers. Prax.). Monet Christus, non primas

ambiantibus esse sodes: cum, inquit, *invitatus fueris ad nuptias, non discubas in primo loco* (Luc. 14). Ubi ergo sedendum? *recumbe in novissimo loco*, inquit, *ut cum veneris, qui te invitavit, dicat tibi: amice, ascende superius*. Christus hic in terris, non in primo, sed in novissimo loco se collocavit; ut eum testatur Isaías, ipse novissimum virorum estimari voluit: *vidimus eum respectum et novissimum virorum* (Is. 53, 3). Pater aeteraus in die Ascensionis Christo dixit: *amice, ascende superius*. Cospit ille, videntibus apostolis, sursum ascendere et primo quidem grada in aëris regionem concendit, et continuo audiuit Patrem clamantem: *amice, ascende superius*. Lucidissimam deinde ignis sphaeram transgressus est; ibique audiuit iterum Patrem dicentem: *amice, ascende superius*. Ascendit ipse in Luna, Mercurii et aliorum planetarum celos; ac iterum Pater ait: *amice, ascende superius*, numquid ascendere fecit super omnes celos. Qui descendit, *ipse est et qui ascendit super omnes celos*. Non solum autem sedet super omnes celos, qui de celis descendat; *etiam sedet supra omnes angelos, qui se angelis minorem fecerat*.

2. Christus, quod divinitatem, angelis minor non fuit, nec esse potuit; angelis minor factus est, cum naturam humana assumpsit, que angelica inferior est: Dei Filius, inquit Tertullianus, *est infra angelos diminutus, dum homo fit de carne*. Chr. 14). Et hoc sensu dixit Psalmista, Christum ab eterno Patre modicum quid infra angelos fuisse minoratum: *ministrasti eum paulo minus ab angelis* (Ps. 8). O magnum Creatoris dignitatem, quod creatura sua se minorem reddere voluerit! jamvero qui modico ab angelis minoravit in Incarnatione, in die Ascensionis super omnes angelos ascenxit et constitutus est: *constitutus ad dexteram suam in colestibus supra omnem principatum et potestatem et dominationem* (Ephes. 1, 21). « Licit corpus Christi, inquit D. Thomas (3, p. q. 57, art. 5), considerando conditiones nature corporeae, sit infra spirituales substantias, considerando tamen dignitatem unionis, qua est personaliter Deo conjunctum, excellit dignitatem omnium spi-

ritualium substantiarum. Et ideo secundum predicta congruitate rationem debetur ei locus altior ultra omnem creaturam, etiam spiritualem ». Itaque hodie elevatur et constitutus supra omnes angelos, *ad dexteram suam in colestibus, supra omnem principatum et potestatem et dominationem*. Doctorem Seraphicum secutus docet S. Bernardinus (*de Ascens. ser. 2*) « quod hi beati, qui decedunt cum proprio merito, ad aliquem novem ordinum angelorum secundum eorum merita assumentur. Unde sicut sunt novem ordines angelorum, sic erunt novem ordines hominum beatorum. Qui ergo habebunt merita Seraphorum, sicut B. Franciscus, in illo ordine collocabuntur et sic de aliis ». Paucis interjectis, subdit Bernardinus, Deiparam Virginem supra omnes hos angelicos choros constituti; Iesu Christi autem thronum supra omnes angelos et homines elevari iuxta illa D. Pauli verba: *constitutus ad dexteram suam in colestibus; supra omnem principatum et potestatem et virtutem et dominationem; et juxta haec D. Patri: projectus in celum, subiectus sibi angelis et potestibus et virtutibus* (I Pet. 3). Qui autem in celo sedet supra omnes angelos, eo quod se angelis minorem efficit, *sedet quoqua ad dexteram Patris, qui Patris mandatis obtemperaverat*.

3. Christus, qui, ut Verbum, per omnia equalis est Patri, minor illo factus ratione humanitatis assumpta Patris obtemperavit mandatis: *sicut, inquit, mandatum dedit mihi Pater, sic facio* (Jo. 14). Ita illi obtemperavit, ut factus sit obediens usque ad mortem: *factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis*. O magnam Christi obedientiam. Qui igitur tota vita sua tempore Patri obtemperaverat, in Ascensione ad Patris solium sublimatus, ibique ad ejus dexteram collocatur. *Dominus Jesus*, inquit Evangelista Marcus, *assumptus est in celum et sedet a dexteris Dei* (Marc. 16, 19); atque ut ait D. Paulus, Christus *sedet ad dexteram maiestatis in excelsis* (Heb. 1, 3). Quod quidem sensu metaphorico intelligendum est; Deus enim neque dexteram habet, neque sinistram, quia spiritualis est; ideo, inquit S. Petrus Chrysologus, *sic a dexteris sedet Filius, ut Pater non sedeat a sinistris* (ser. 58). Christus

ergo ut homo dicitur a dexteris Patris æterni sedere, non vere, sed metaphoricæ, ut indicetur illum in præstatiōne et honoratiōne loco sedere. Sicut inter homines illæ dicitur in præcellentiōre loco sedere, qui ad regis dexteram sedet, ita et Christus in celis ad dexteram sedere dicitur, ut eum ibi in præcellentiōm loco sedere indicetur. Alio modo metaphoram hanc sessionem explicat sanctus Bernardinus, dicens, « quod per dexteram Dei Patris duo intelliguntur; *primum* est equalitas majestatis, ad quam Christus sedet secundum Divinitatem: unde (Heb. 8) dicitur: *habemus pontificem, qui consedit in dextera sedis magnitudinis in celis:* secundum autem, quod per dexteram intelliguntur, sunt potiora gloria bona, in quibus Christus sedet secundum humanitatem; qui collatum est ei quidquid conferri potuit. Et hoc modo Christus *sedet ad dextram majestatis in excelso* (Heb. 1, 3). » Miremus Christum supra omnes celos, supra omnes angelos et ad dexteram Patris sedentem. Ac itidem cum illo in celum ascendere desideremus, ac ardenter ambiamus. *Si recte*, inquit sanctus Augustinus, *si fideliter, si devote Ascensionem Domini celebremus, ascendamus cum illo, ascendamus corde* (ser. 2 de Ascens.), seu desiderio et piis ad celum ascendendi affectibus. Ipse, sicut grandis aquila, ad colorum sublimia nidum et solium suum posuit, haec autem aquila nos, quasi pullos nos, ad volandum provocat; ipse nos ad ascendeendum in celum invitat: quare efficaci desiderio ad celum ascendere peroptemus. Hoc desiderio ad coquum ascendebat divus Paulus: *desiderium habens dissolvi et esse cum Christo* (Ad Philip. 1, 32): eodem et nos ardeamus desiderio: ubi Christus est, ibi nostra fixa sint corda et ad illum totæ corde, totisque affectibus ascendere peroptemus. Verum talia nostra sint desideria, ut nos ad omnia penitus eliminanda peccata moveant, quia cum iis nullus ad Christum ascendere valet: *nullum vitium nostrum ascendit cum medico nostro.* Et ideo si post medicum desideramus ascendere, debemus vita et peccata nostra deponere (S. Aug. ubi sup.); ac precipue superbiam, avaritiam et luxuriam, quæ in celum ascendere nequeunt:

*non ascendit superbia, non avaritia, non luxuria* (id. ubi sup.). Superbi quorum ingenium est altum sapere, omnibus aliis preminere, super astra cum duce suo Lucifero elevari appetunt: illuc *non ascendit superbia*. Avari, qui sunt di fortis terra, intrare in potentias Domini, ac in celo, sicut et in terra dominari cuperent: ast in celum *non ascendit avaritia*. Luxuriosi tandem, qui in voluptatum suarum como se voluntate solent, ab hujus seculi voluptatibus ad paradisi voluptates se transiituros sperant: *at non ascendit luxuria*. Haec omnia, fratres, attente perpendite, haec animis vestris serio revolvite, hodierna haec sit meditatio vestra: *cum Christo non ascendit superbia, non avaritia, non luxuria*. Et si in celum non ascendant superbii, estote humiles; si non ascendant avari, estote misericordes; si non ascendant libidinosi, estote mundi corde et corpore. Estote humiles et in celum exaltabit vos Deus: et exaltabit humiles. Estote misericordes et divinam misericordiam obtinebitis: *beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur*. Estote tandem puri et mudi et in celo Dominum videbitis: *beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt*. Amen.

## DE SANCTO ANTONIO PADUANO

CONCIO UNICA.

Quodam quidem posuit Deus in Ecclesia,  
primum Apostolos, secundum Prophetas, tertio Doctores  
(1 Cor. 12, 28).

A prædicatoribus, qui elaborandis sanctorum elogis incumbunt, vix inventur medium quod tenere debent, ut nec plus,

nec minus quam par est, eos laudent pro quibus loquuntur. Verum est, inquit Seneca, quod laudatori naturale est per excessum potius, quam per defectum peccare: *natura jubet au gere laudanda; nemo non gloriam ultra verum tulit.* Nullus tamen est jam pertimescendi locus, quod sanctum Antonium a Patario, cuius encomia contexere suscipio, supra merita extollam, cum tot fecerit miracula, tanti effusserit virtutibus, tantisque a Deo dictatis fuerit gratias, ut vix eas verbis facundus orator attingere valeat. Natus est in Portugalia ex parentibus non minus virtute, quam pietate fulgentibus, a quibus christiana et pia vita prima didicit elementa, quibus illustratus, ac abundantia divina gratias auxilio perfusus, in juvenili et petulantia astate ad minimi umbram viiiii pavit, levissimi criminis nevum declinavit et virtutem ardentissime coluit. Quindecim annos natu, factus canonicus regularis S. Augustini, sub ejus regula religiosissime vixit, donec publico sermone didicit, Bernardum, Accursium et alios quedam Seraphici Francisci filios apud Marrochium, Mausitanie urbem martyres oculibus. Tunc enim martyrii et perfectioris vite desiderio accensus, religionem illam, que in ipsis constitutionis sui primordiis martyres pepererat, astinavit, amavit et ambiit. Itaque a S. Augustini instituto descensens, Franciscanae religioni nomen dedit, in qua ita floruit, ut Apostolorum, Prophetarum ac Doctorum merita et gloriam quadammodo assertus sit, ut hodie nobis probandum subest. Ave.

Gratias suas Deus, siveque favores hominibus ita distribuere solet, ut aliquos ad unam et alios ad alteram dignitatem evexit: omnibus enim notum est, quod aliquos ad apostolatum vocet, ut beatos Petrum et Paulum: *quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia, primum apostolos; quod alias prophetae dono illustret; ut Isajam et Jeremiam: secundo prophetas; et alias Doctorum titulo insigniri velit: tertio Doctores.* Unde patet, quod secundum communem et usitatum divine providentiae ordinem, *divisiones gratiarum sunt* (1 Cor. 12), adeo ut non uni omnes, sed uni unam et alteri alteram Deus largiri soleant. Quae autem in aliis dispersa habentur, in uno Antonio Deus

collegit et conjunxit; non enim eum solum ad apostolica munia vocavit, nec eum tantum vel Doctorem, vel Prophetam esse voluit; Antonius fuit simul Apostolus, Doctor et Propheta (1). Fuit 1. *Apostolus* cum *Apostolis*; 2. *Doctor* cum *Doctoribus*; 3. *Propheta* cum *Prophetis*.

## I PARS.

*Sanctus Antonius fuit Apostolus cum Apostolis.*

Ut sue Christus Ecclesiae fundamenta poneret, atque eam dilataret, duodecim ministros elegit, quos *Apostolos* vocavit, eosque in universum terrarum orbem misit; illi profecti pradicaverunt ubique, *Domino cooperante et sermone confirmante sequentibus signis* (Marc. 16). Ibi duodecim, quodam clapsu tempore, adjuncti fuere Mathias et Paulus, qui apostolatus gratiam accepere: *accipinus gratiam et apostolatum* (Rom. 1). Et interduum, diversis temporibus, viros aliquos ad apostolica munia oeubenda vocavit Christus, qui vere Apostoli appellari possunt; inter quos iure recensendius sanctus Antonius, qui in vocatione, in praedicatione, in miraculorum operatione, in populorum conversione, ac in aliis multis vir apostolicus et vere Apostolus extitit. Apostolos vocavit et misit Christus; eos vocavit: *venite post me* (Math. 4); et eos misit: *ite, prædicate Evangelium omni creature* (Marc. 16). Per hanc vocationem et hanc missionem charactere Apostolatus insigniti fuere Apostoli; unde eos sagittas electas vocat propheta: *sicut sagittæ in manu potentis, ita filii excussorum*.

(1) Lat. sensu hoc sunt intelligenda; prout de pluribus sanctis, qui maiores pro Ecclesia exertarunt labores, sacerdoti potest quodammodo Apostolorum, Prophetarum, Doctorumque virtutes et merita fuisse annulata, quin tamen proprie ad horum sanctorum ordines perlungant. Quod autem hecmodi lande et companiones vide notam appositam Concioni de S. Francisco a Paula, p. 126.

(Ps. 126). Sicut enim sagittarius ad se funem trahit, ut areum suum tendat et deinde sagittam mittit et vibrat, ita Christus Apostolos ad se traxit per vocationem; et deinde quasi sagittas illos vibravit per missionem. Quod autem respectu primorum Apostolorum fecit Christus, hoc et egit respectu Antonii; hunc enim ad vitam apostolicam vocavit et hunc ab apostolica munia obedenda misit. Vocavit Antonium Christus, eum eum ad apostolicum Francisci institutum allexit; eum vocavit voce interna illi inspirante, ut apostolico fungeretur munere; eum etiam vocavit per Superioris ejus, modo quodam mirabili; cum enim quadam die ad fratres concio esset habenda, Superior, instigante Spiritu Dei, Antonio, de cuius eruditione nihil comperti habebat, et quem de sacris Scripturis nil scire putabat, praecepit, ut pulpitiu[m] concenteret, ibique diceret quidquid spiritu Dei s[ecundu]m gereret; cui obtemperans humilis Antonius, tanto verborum splendore, tantaque mysticarum sententiarum altitudine usus est, ut omnes novum hunc concionatorem audientes, attoniti et mirantes, illum non ad solitariam, verum ad apostolicam vitam vocatum censerint. Quapropter agnitus ejus vocatione, missus est, non in universum mundum, sed ad multis multarum nationum populos et ubique predicanvit sequentibus signis. Unde dicere potuit se a Deo missum esse, ut sagittam electam: *postul me sicut sagittam electam* (Is. 49). Imperavit Apostolis Christus, ut Evangelium omni creature predicanter: *predicate Evangelium omni creature*; omni autem creature predicarunt, cum homini predicarunt, quis omnis creatura nomine intelligitur homo, qui aliquid de omni creatura participat; habet enim esse cum creaturis inanimatis, vivere cum sensitivis et ratiocinari cum angelis. S. Antonius predicavit omni creatura modo quodam speciale; nam cum omnis creatura sit rationalis, vel irrationalis, ipse predicavit nonnunquam creaturis non rationalibus; cum enim quidam haeretici conciones ejus contemnerent, piscibus copiose confluentibus, capita super undas erigentibus et auditum mirum in modum praebentibus, ad confusione[n]em haereticorum concionatur. Et predicavit etiam creaturis rationalibus, seu hominibus; tum in Gallia, tum in Italia; tum

catholicis, tum hereticis, tanto cum aplausu, ut undique illum audiatur confluenter populi; quos cum praenimia multiitudine capere non possent Ecclesie, in mediis campis predicare co-gebatur. Ibi aliquando in unica concione trinitate auditorum nulla habuit; eisque conciones et verba pluribus miraculis Deus confirmavit. Apostoli, quos ad mundi conversionem Christus misit, ex seipsis infirmi erant et ignari: *infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia* (1 Cor. 1); ut ergo eos commendaret, eorumque verbis ac eorum ministerio autoritatem tribueret, dedit eis potestatem miracula operandi, quibus industra ac ferina multorum corda mollierunt, innumerosque populos ad credendum et ad pie vivendum alllexerunt; unde miracula qua fecerunt Apostoli, vocant sancti Patres argumenta missione eorum, Evangelii sigilla et efficacia zeli eorum instrumenta. His autem argumentis, his sigillis et hac potestate operandi miracula potiri sunt omnes viri apostolici et praeceps S. Antonius, cuius missiōnē crobris Deus confirmavit miraculis ei qui quod predicavit, prodigiis et miraculis multis probavit. Hac parte portentosus vir extitit, qui miracula, in aere, in mari, in terra et in inferno operatus est: *in aere*, quia aer ejus obtinperavit imperio, cum crebrescentem pluviam ita ab auditorum saeorum cœtu avertit, ut nec unica aqua gutta eod sub dominante attigerit: *in mari*, quia exortas tempestates pluries sedavit: *in inferno*, quia demones ab obsessi corporibus sape expulit et ad infernum ablegavit: *in terra*, ubi cœcos, surdos, paralyticos, omnisque generis infirmos sanavit, mortuos aliquos reauersitavit et alia multa miracula fecit, quorum aliqua ad confirmationem doctrinae et veritatis, quam predicabat, plurimum inservierunt. Et ut ex multis pauca dicam, in ejus legendâ habetur, quod dum predicaret, auditus est ab aliquibus ab eo longissime distantibus, ita quod sine miraculo ab his audiiri non posset. Aliquando simul et semel in duobus locis dissitis, in cathedra scilicet et in choro visus est. Quidam haereticus, ut probaret, an haec Evangelii verba: *si mortiferum quid biberint, non eis nocebit* (Mar. 16) in eo vera essent, ei venenatum cibum apposuit, qui nullo modo ei nocuit. Alii ha-

reici bufonem horribilem mensa apposuerunt dicentes S. Antonio illa verba Apostoli: *omne quod vobis apponitur, manducate* (1 Cor. 10, 27); ille autem elevatis oculis in colum et signo crucis facto, bufonem in optimum caprum convertit, quem assidentes una comederunt et ad veram fidem conversi sunt. Dum Rome predicaret, a peregrinis variarum nationum et linguarum auditus est, ac si speciali cujusque lingua locutus fuissest. Taceo miraculum, quod ad confirmationem realitatis corporis Christi in Eucharistia fecit Tolosa, cum mulus coram augustinissimo Sacramento poplite flexit. Et ne longius quam par est, mea protendatur oratio, innumera alia mitto miracula; ex allatis enim plus quam sufficienter patet, Antonium, non secus ac D. Paulum, habuisse sui Apostolatus signa: *signa apostolatus mei facta sunt super vos, in omni patientia, in signis et prodigiis et virtutibus* (1 Cor. 12). Magnum quidem Apostolatus S. Antonii signum extitere prodigi et miracula, que operatus est. Aliud adhuc sui apostolatus signum habuit, nempe uberen fructum predicationum suarum, seu innumerous animarum conversiones, que predicationibus ejus perfecta sunt. Verum quidem multarum conversionem animarum non essentialiter et necessario apostolatus labores consequi, cum ex Apostolis quidam paucos ad Christi fidem converterint, nec ideo Apostolorum nomen et meritum perdidissent. Cum tamen qui Evangelio laborant, labores suas efficaces esse vident, eos qui predicationibus suis ad Christum convertantur, cum ingenti gudio, voluti apostolatus sui signa inspicunt. Unde D. Paulus, quos ad fidem vecaverat, gaudium suum et coronam suam appellat: *gaudium meum et corona mea* (*ad Philip.* 4); eosque Apostolatus sui signa nuncupat: *signaculum apostolatus mei vos esitis in Domino* (1 Cor. 9). Hoc autem signaculo notatus et hoc charactere insignitus fuit S. Antonius, cuius labores Christo et Ecclesie utilissimi evasere; ipse enim paucissimo tempore Galliam et Italiam peragravit, et ubiqui uberes predicationum suarum fructus retulit. O quot ille odia inexpliabiles et implacabiles inimicitias ad pacem et concordiam revocavit! quo diurna captivitate miseros libertati restitui!

quot ille res per usuras et nefarium vim aliis eruptas, restituendas curavit! reddebanturn pignora; remittebanturn debita; compescerunt scoria a flagitiis concubitu; fures et prædones retraherunt a contrectatione rei alienæ; et ut paucis multis complectar, heretici multi, plures schismatici et innumeris alii peccatores varii in locis prædicationibus S. Antonii, ad valetendum peccatis et ad Deo pie inserviendum adducti sunt. Et, quod mirum est, ita concionibus ejus movebantur, ac ad compunctionem alliciebantur auditores, ut ipso in Italia concionante, vise sint urbium plateæ penitentibus referente, qui palam flagellis corpora sua cruentarent: atque ea laudabilis consuetudo a tanto authore profecta, deinceps suis est ancta incrementis, adeo ut in omnibus Italie locis accurassimis hodieque servetur. Ex quo patet, non solum magnos, etiam parentes, et quasi perpetuos haberi fractus apostolatus S. Antonii. O magnum Apostolum, qui adhuc a summo celo apostolatus munere fungi videtur; eum enim audire videor, enique nostrum cum D. Paulo clamantem: *amulamini propterea* (1 Cor. 4); omnes optat characteris et ministerii sui esse participes. Non vult quidem, quod omnes publice præcent et quod quisque varia lustret regna, ut ibi evangelicam doctrinam disseminet; tantum vult unumquemque sui ipsius, ac etiam proximi aliquo modo Apostolum fieri: *amulamini propterea*. O peccator, qui tot annis in peccatis obdormisti, esto tuus Apostolus; tibi ipsi predicas et te ipsum ad exurgendum a peccato excita: *exurge qui dormis*. O avare, qui usurpis et fraudibus aliena rapuis; o luxuriosi, qui fodiis concupiscentis carnem tuam toiles conspurcasti; homo peccator, qui toties contra Deum tuum peccasti, dic tibi ipsi et intus die: *teur contra Altissimum insurrexisti? eur contra Deum toiles peccasti?* ecce, o miser, in iniuitate tua adhuc immoraris! exurgere festina a peccato tuo: *exurge qui dormis*. Interroga te ipsum, dic tibi ipsi: *reddi rationem vilificationis tue;* et quasi a Deo misus sis ad tibi prædicandum, prædictes et sua deas tibi ipsi, si possis, luxurias, avaritias, ac omnium peccatorum fugam; prædicta etiam tibi ipsi humilitatis, patientiae et

aliorum virtutum amorem; esto Apostolus tuus. Age vero ut etiam Apostolus respectu proximi fias; non enim solis concionatoribus, sed unicuique mandavit Deus de proximo suo et præcipue magistratibus, pastoribus et parentibus, quibus incumbit subditorum suorum cura; eos monere et corrovere debent, eos a peccati via avocare et ad virtutis semitam dirigere tenentur; exemplis et verbis evangelizare, atque ita pro subditis Apostolos quodammodo fieri. Estote ergo Apostoli cum S. Antonio, qui fuit Apostolus cum Apostolis, ac etiam Doctor cum Doctoribus.

VERITATIS

## II PARS.

*S. Antonius fuit Doctor cum Doctoribus.*

Sanctus Antonius, qui latere ambiebat, plerumque loca solitaria petebat, et cum inter Fratres versabatur, vilioribus et abjectioribus quibusque officiis incumbere consueverat; propterea ignarus et idiotia a cunctis censetur, donec modo quodam mirabiliter manifestata eius scientia, a Seraphico Patre in sacra theologie lectorum delectus, primus fuisse creditur, qui in Ordine Minorum theologiam docuit. Non immoraber in explicando quanta ejus in theologia speculativa fuerit peritia; nec dicam cum S. Bonaventura, Antonium habuisse scientiam angelorum, patriarcharum, martyrum et confessorum; tamen ut scientia illius characterem inquiram, eum Doctorem eximium fuisse auspicabor ex hoc quod scripturarum, mysteriorum fidei et morum scientiam in gradu perfectissimo possederit. Utilissimum est sacre Scriptura studium; ut enim ait S. Antonius, hic discunt feminis pudicitiam, populi inventiunt pietatem, viduae judicem, pauperes protectorem, advenas custodem. Hic inventiunt reges quod audiant, judices quod timeant. Haec tristem consolatur, letum temperat, iratum mitigat, pauperem recreat, divitem, ut se cognoscat, increpat. Omnibus se suscipientibus apta medicamenta tribuit, nec peccatorum despiciit, sed

per penitentiam remedium ei ingerit (*Sum. th. 4. II. 3.*) Non solum utilis, verum et sublimis est sacre Scriptura scientia, quae, ut ait D. Augustinus, est *scientia scientiarum, ac omnium sapientiarum et doctrinarum domina* (*ser. 38 ad frat. in Erem.*). S. autem Antonius, quamvis nesciri et pro nihil reputari ambiret, utili haec et sublimem S. Scriptura scientiam perfecte callebat; divinum enim hunc librum, quem Biblia sacra vocamus, continue volvebat; volumen illud ab ore et manibus ejus non recedebat; illud meditabatur die ac nocte, ac ita in S. Scripturis decutus evasit, ut a summis Pontificibus vocatus sit *area testamenti et armarium scripturarum* (*Greg. IX. in Bull. canoniz.*). Nec immerito illi tributum fuit a Pontifice, ut *area testamenti* diceretur; ita enim utriusque testamenti paginas memorie plane affixas habebat, ut instar Esdras potuerit, si sic res postulasset, omnes Scripturas divinas in integrum de sua memoria, etiam codicibus omnibus porsus abiit, restituere. Testantur hoc, qui ejus quotidiano convictu et familiari consuetudine diu usi fuere. Nec ei defuisse facultas, si res poposisset, omnia scripta divina luculentiter et multipliciter ratione exponendi interpretandique. O virum in sacra Scriptura vere doctissimum! Cujus rei nulli dubium, qui libros ab ipso compositos pervolutabit: tot enim Antonius in scriptis suis sacre Scripturæ enodat difficultates, tot abstrusa explicat mysteria, totque varios et novos sacre illius Doctrinae sensus profert, ut extraordinariam, præcellentem ac mirabilem sacre Scriptura scientiam ipsum habuisse latendum sit. *Similique habuit etiam scientiam mysteriorum fidei.* Doctor Catholicus fidei veritates et mysteria in primis callere debet, ut fidèles instruere et hereticos impugnare valeat: *ut potens sit exhortari in doctrina sana, et eas qui contradicunt orguere (ad Tit. 1. 9).* Heretici seductores sunt et fallaces, qui de fidei mysteriis disputant, non ut sciunt, sed ut decipiant: *dolosa est doctrina hereticorum, sub nomine Dei blasphema, sub praetextu religionis impia, sub veritatis specie fallax* (S. Hilari. in ps. 138): illi autem fallace et captiosa sua scientia Ecclesiam indesinenter lassent: *heresis*, inquit Tertullianus, *Ecclesiam*

*lascissit (de presc. 4); ideo Doctorum Ecclesiae munus est, non solum fidei mysteria explicare, verum et fidem catholicam tueri, ac haereticos qui eam impugnant, debellare; Doctor, inquit Augustinus, debet esse defensor fidei et debellator erroris (ep. ad Dul. cit. q. 4). Hoc autem Doctoris officium preclare adimplevit Antonius, qui haereticos non solum privatis scriptis insectatius est, verum et pluries palam contra eos disputavit, corumque errores ita rationibus, authoritatibus, miraculis ac virtutum suarum exemplis confutavit, ut a Gregorio uno Summo Pontifice vocatus sit, *malleus haereticorum*. Omnes peccatores ad Deum convertere conabatur Antonius, at praeципum ejus semper studium, et conatus erat perpetuus, et perniciosissimas *vulpeculas*, quae demolivunt vineam Domini Sabaoth, ne nuptie haereticos pestilentes et falsas eorum doctrinas pro viribus oppugnaret, funditus destrueret, ac radicem extirparet. Adeo instructus certabat efficacibus divinae Scripturae sententiis et solidis ac perspicuis rationibus, ut qui nefanda haeresis peste scaterent, coram illo consistere, aut os aperire non audenter; ita ut ad illum quoque pertinere videatur, quod Dominus promisit discipulis suis: *ego dabo vobis os et sapientiam, cui non poterunt resistere et contradicere omnes adversarii vestri* (Luc. 21, 15). Detegebat mirum in modum haereticorum fraudes et versutias, eorum conatus retardabat, nec facile quemquam ea tempestate uspiam invenire licuisset, qui tam acriter et perpetuo illos insectarant, tamque continuam persecutionis procellam illis excitatet. Unde factum est, ut passim ab omnibus *infedelissimus haereticorum malleus* dicetur. Fuit ergo S. Antonius Doctor egregius, qui mysteriorum fidei scientiam perfectissimam habuit. Item fuit Doctor optimus, qui scientiam morum perfectissime calluit. Doctrina moralis est omnium utilissima et sacratissima, quia non in curiosis persecutandis immoratur, verum docet declinare a malo et facere bonum: *sacratissimam*, inquit S. Hilarinus, *doctrinam habet, qui docet, quod sapit; qui instruit, quod sentit; qui docet non solum cognoscere verum, sed apprehendere bonum et amare justum* (l. 4 in cap. 3 celest. Hie-*

*rare.*). Sanctus Antonius, qui in theologia speculativa et alijs scientiis doctissimus fuit, moralen theologiam in primis calluit; de eo enim asserit Abbas Vercellensis, *quod mystican theologiam ferventer desideravit et abundanter habuit. Quod patet ex ejus scriptis, in quibus omnia ad sensum mortalem ac mysticum trahit, mirabilesque passim profert sententias, quarum aliquas hic adducere abs re non erit. De invidis, qui aliorum felicitate torquentur, dicere solebat: quod magnam poenam faceret Deus incido, si ipsum poneret in gloria Paradisi, quia ibi totaliter exerceretur a gloria proximi et a luce beatitudinis ipsorum (Ser. Dom. Pass.). De fructi, qui excipiendis penitentium confessionibus reportatur, ajebat: quod prædicare est seminare, sed confessione audire est fructum mettere; stultus est ergo qui seminat et fructum colligere non curat (Serm. 4 de Apost.). Haec verba regii Prophetae: *in veritate tua humiliasti me* (Ps. 118), in sensu morali explicat de Christo, ad cuius humilitatem sectandam omnes hor-tatur, dicens: *in veritate, id est, in Filio tuo humiliato, ego, peregrino humiliasti me; ego in praesepio pecoris, peregrino in patibulo Crucis, humiliato in utero Virginis. Nihil sic humili superbum peccatorem, sicut humilitas humanitatis Christi*. Omnia ejus scripta similibus referta habentur moralitatibus, quas inter prædicandum promere solebat, quibus ad contritionem, ad fletum, ad genitum, ad peccatorum confessionem et ad perfectam conversionem innumeros peccatores aducet. Quapropter merito Doctor Seraphicus S. Antonii linguam benedicam vocavit: *o lingua benedicta; benedicta enim fuit ejus lingua, quia Deum benedixit, benedicta etiam fuit ob eminentem doctrinam tum scripturarum, tum mysteriorum fidei, tum moralitatem, quam locuta est. O uinum Doctorum omnium, ac etiam omnium hominum lingua huic assimilaretur! E contra heu! multi ad malum et non ad bonum suis utuntur linguis. Multi linguis suis meditantur, non sacram scripturam, sed injuriant: tota die injuriant cogitant lingua tua* (Psal. 53). Multi acunti linguis suas, non ad feriendum hereticos, inovero ad tollendam fratrum suorum famam et ad denigrandos viros quosque*

sanctissimos: acuerant linguis suas sicut serpentis (Ps. 139). Multi tandem tuntur lingua non ad suos et aliorum mores recte formandos, verum ad suscitandas lites, ad miscendas rixas et ad omnia perturbanda: *lingua tertia multos commovit et dispersit illos de gente in gentem. Civitates muratas dilitum destruxit et domos magnatorum effodit* (Eccli. 28). O maleficis lingue, a quibus universa oritur iniqüitas; *lingua ignis est, universitas iniqüitatis!* (Jac. 4). O lingua maledicta, quibus ad iram Deum provocatur et quibus innumeri ad interitum et ad damnationem adducuntur: *multi ceciderunt in ore gladii, sed non sic quasi interierunt per linguam suam* (Eccli. 28). Itaque unusquisque linguam suam coñoscere et restringere conatur: dicat unusquisque cum Propheta: *custodiā vias meas, ut non delinquam in lingua mea* (Psal. 38). Custodie linguis vestras ab omni malo et eas ad benedicendum Deum, ac etiam ad verba scientie et saintis proferenda insimile instar S. Antonii, qui fuit Doctor cum Doctoribus, et Propheta cum Prophetis.

## III PARS.

*S. Antonius fuit Propheta cum Prophetis.*

Sicut sancti Joannis Baptiste sanctitatem eximiam et celeberrimam vocat sanctus Petrus Chrysologus: *Joannes orbis notus, fama virtutis cognitus, celebratissimus sanctitate* (ser. 1, 7), ita et Antonius fuit *celebratissimus sanctitate*: dum enim viveret, innuera quae operabatur miracula, crebra hominum peccatorum conversionsque que eis ministerio fiebant, ejus comitas in conversatione, fervor illius in predicatione, humilitas in incessu, patientia in adversis, zelus gloriae Dei, aliisque multa sanctitatis signa que preferebat, eum ita commendabant, ac mirabilem effiebant, ut uno omnium ore vir sanctissimus diceretur. Eius autem sanctitas clarior effulgebat spiritu propheticō, quo illustratus absurta multa, sive præsentia,

sive futura patofecit. Ex quibus, ut aliqua dicam, me legisse memini, quod cum in usurarii ejusdam exequis vir sanctus concionaretur, auditoribus dixit, defuncti cor inter nummos in arca ejus degere: nonnulli ex defuncti amici et parentibus arcam adierunt, in qua ejus recondebantur nummi, in quorum medio cor ejus adhuc calidum invenerunt. Alia vice cum etiam populo predicaret vir sanctus, daemon cursoris speciem praeferebat, ad nobilium quandam dominam, que concioni aderat, cum literis venit, atque filium ejus ab hostibus captum et interfectum; spiritu autem propheticō satane versutias agnoscens Antonius coram omnibus dixit: nil timeas, domina: filius tuus et vivit et recte valet; cursor autem iste, diabolus est: ad quas voces imaginarius ille cursor evanuit. Cum esset Patavii in Italia, spiritu propheticō novit que fibant Ulyssiponē in Lusitania, ubi parens ejus homicidium aliquod perpetrasse injuste accusabatur. Eodem spiritu illustratus Antonius mulieri cuidam prægnanti, filium, quem in utero portabat, Fratrem Minorum futurum prædixit. Cum esset Guardianus Podiensis seu Anicensis in Gallia, quoties præteriret notarius quidam carnē et mundo totaliter adductus, coram illo gena flecebat vir sanctus; ille autem existimans hoc in sui irriditionem fieri, exacerbatus, ab Antonio pettit, cur coram ipso poplitem fleret? Cui Antonius, hoc facio, quia revelavit mihi Deus præclarum te martyrem fore, cujas prophetiae veritatem probavit eventus. Cum enim hic notarius simul cum Podiensi Episcopo Jerosolynam præfactus esset, pro Christi fide decertans, a Saracenis occisus est. Mortem suam prævidit et alia multa preannovavit vir sanctus. Unde si Prophetas a D. Augustino vocentur ora, per que Deus loquitur, *prophetarum ora Dei sunt os* (Hom. 2 de verb. Isa.). Antonius vere os fuit, quo Deus innumeris predixit. Neo mirum si spiritu propheticō polluerit Antonius, cum plures ulnis suis suspicere meruerit puerum Jesum, cui patent omnia, et a quo ut Doctore, futurorum notitiam percipere meruit. O virum mirabilem, qui propheticō spiritu plenus fuit! quod autem mirabilis est, hic spiritus in eo, etiam post mortem, perseveravit; nam ipsa ejus ossa jam mortua prophetaverunt.

De ossibus Joseph habetur in S. Scriptura, quod ipso mortuo prophetaverint: *ossa ipsius visitata sunt, et post mortem prophetaverunt* (Eccli. 48). De Elisei etiam cadavere dicuntur, quod prophetaverunt: *mortuum prophetavit corpus ejus*. Prophetaverunt Josephi ossa et Elisei cadavera, non futura predicendo, sed miracula operando; prophetare enim idem sonat hic, ac miracula facere. Et hoc modo Antonii jam mortui ossa prophetaverunt; corpus ejus magnus exiit Propheta, qui miracula multa patravit: ad contactum enim separari ejus cæci visum, surdi auditum, et claudi facultatem incendi repererunt: ibi mutorum lingue solute, curvi erecti, contracti consolidati, membra mortua vivificata et mortui ad vitam revocati; unde si in laudem B. Cypriani dixerit S. Gregorius Nazianzenus, ossa ejus esse *publicum orbis bonum*; de ossibus et reliquis sancti Antonii jure dicendum, quod fuerint *publicum orbis bonum*, quia mortuum ejus corpus prophetavit, et innumera miracula multorum gratia est operatus; et adhuc in toto orbe prophetat Antonius, non solum quia miracula operatur, etiam quia ipsum invocantibus, ubi sint res perdite manifestat; ut enim ait egregius concionator Gulielmus Pepin (ser. de S. Ant.), habet S. Antonius privilegium a Domino circa res perditas, que sepe suis meritis recuperantur. Et hoc idem ego ipse frequenter expertus sum, ita ut merito de eo dicere possim, quod devotus Bernardus dicit in laudem Dei Genitricis Marie; *sileat tuas laudes, o beate Antoni, qui te devote invocat in necessitatibus suis ubi me-minerit defuisse*. Varie pingi solet sanctus Antonius; aliquando sinistra librum tenens, quia, ut diximus, fuit *area testamenti et sacrarum Scripturarum*. Sepe super librum pingitur puer, ut ostendatur, virum sanctum visum esse nocte quadam puerum Jesum amplectentem et osculantem. In castitatis et perexiit puritatis testimonium aliis eum lilia dexteris gestantem delineant. Alii super librum pisces adpingunt; cuius rei ratio est, quod quidam mercator auro plenam crumenam a pisce deglutiatus sancti intercessione capto pisce invenerit. De ipso etiam legitur, quod cum apud Montem Pessulanum sacram profliteret theologiam, juvenis quidam in sodalitium admissus,

paulo post ad seculum rediens fugitive recessit, surripiens Psalterium egregia glossa illustratum, quo utebatur vir sanctus in expositione psalmorum ad Fratres. Ut ei constitutus de furto, in oratione petit a Domino restituiri sibi librum hunc valde necessarium. Exaudita sunt preces illius, nam occurrentis demon fugiti in quedam ponte, elevata magna securi, minatus est ei mortem, nisi rediret et redderet quæ abstulit fortio. Exhorruit ad tetrum et terrible spectaculum, quare cum humilitate radiens, Psalterium viro sancto et seipsum reddit sodalitio (Wading. an 1231). Ex quibus patet, quod dum adhuc viveret sanctus Antonius, res perdite eo intercedente inventabantur, et ab ejus mortis tempore invocatur a fidelibus pro recuperandis rebus perditis, quae frequenter ejus intercessione repertuntur; *habet S. Antonius privilegium a Domino circa res perditas, que sepe suis meritis recuperantur*. Quare pro inventiis rebus perditis ad Antonium advolante, Antonium invocate. Multi, ut perditas repellant, ad divinos accurrunt, eosque rogant ut divinent, quis eas abstulerit, ubi sint, et quomodo recuperari possint. Hos divinos consulere Deus prohibet, dicens: *nolite audire prophetas vestros, et divinos, et somnatores* (Jer. 17). His prophetis divinisque despiciunt, sed sanctum Antonium invocate; hic est Propheta et divinus ad quem confugere debetis, ut perditas res inventatis, et præcipue si gratiam Dei per peccatum mortale amiseritis. Maria vocatur *inventrix gracie* (S. Bern. ser. de Assumpt.); sanctus Antonius merito etiam gratia inventor dicitur; innumeri enim peccatores eam per ejus merita et ejus auxilium invenerunt; si pie eum invocaveritis, gratiam in hoc mundo et gloriam in futuro inventietis. Amen.

## DE SANCTO JOANNE BAPTISTA

## CONCIO PRIMA.

*Quis putas, Puer iste erit? (Luc. 1).*

ALERE FLAMMAM  
AD INFLAMMATIONEM  
Sancti Joannis Baptista nativitas tot fuit referita prodigiis, ut quicquid tam portentosum inspicerent puerum, quasi admiratione stupefacti, de mirabilibus quæ in eo illicerentur colloquentes, dicerent invicem: *Quis putas, Puer iste erit?* Seraphim sublimibus descendebat sedibus, ut futuram ejus prænunciaret nativitatem; a Christo in ventre matris fuerat sanctificatus; mulier steriles et ætate propeca eum peperat, et pater ejus Zacharias ipsius meritis loquebatur usum et prophætie domum impetrarat: tot ergo quæ in hoc precursore recente nato miscabant prodigia, ita suspensos spectantium tenebant animos, ut quid de tam mirabili sentiendum esset pueru ignorantibus, sese mutuo interrogarent, dicentes: *quis putas, Puer iste erit?* Quod hi tune tam sollicita inquirebant, explicare mei modo est instituti; et quis fuerit S. Joannes Baptista, sive in nativitate, sive in toto vita sua decursu expondere jam manus instat. Unde quemlibet ex his statibus, audiore video a me inquirentem quis et qualis fuerit sanctissimus hic Christi Domini precursor: *quis putas?* Ad tam arduum enodandam questionem, consulenda forent deserta, in quibus austaram peregit penitentiam, fluvius Jordanis, in quo Christum baptizavit, regnum palatia, in quibus libere virtutem predicavit, et carcera, in quibus gloriolum subiit martyrium. Aut, ut congruentius loquerar, ad investigandum quis fuerit sanctus Joannes Baptista, audiendi essent Prophetæ, Evangelista, Angeli et Christus, qui omnes in ejus elogia proruperunt, et illius se encomiastæ exhibuerunt. Hi sunt, a quorum dictis et sententiis hujus panegyrici materialem elicere pertinetabo. *Ave.*

## Concio I — De S. Joanne Baptista

Sanctus Joannes Baptista illustribus multis in sacra Scriptura insignitur titulis; notandum vero, quod in ea modo quodam speciali vocetur propheta, penitens et magnus. Fuit propheta: *tu puer, Propheta Altissimi vocaberis* (Luc. 1). Eni penitens: *venit Joannes, neque manducans, neque bibens*. Fuit magnus: *non surrexit inter natos mulierum major Joanne Baptista* (Matt. 11). Sanctus Joannes Baptista per Dei gratiam, qua reprobatur, factus est propheta maximus; *per Dei amorem*, quo ardebat, factus est penitens austorus; et *per ingentia merita*, quibus affluebat, fuit homo Magnus et omnium hominum maximus: *non surrexit inter natos mulierum major Joanne Baptista*. Quod S. Joannes fuerit Prophetæ, hoc habet communem cum Isaya, Jeremias et aliis Prophetis; quod fuerit penitens, hoc habet communem cum sanctis Paulo, Augustino, Magdalena et aliis penitentibus; quod fuerit magnus, hoc habet communem cum Pompejo, Alexandro et aliis multis viris illustribus. Itaque, ut quid speciale ad sanctissimi hujus Precursoris gloriam proferam, dico, eum fuisse quidem prophetam, penitentem et magnum; atvero fuit 1. *propheta sine voce*; 2. *penitens sine crimen*; 3. *magnus sine vanitate*. Ex tria puncta, quibus constabit, quis fuerit S. Joannes: *quis putas, puer iste erit?*

## I PARS.

*S. Joannes fuit propheta sine voce.*

Si, ut ait Seneca, *magnificum est a laudato, laudeque digno laudari* (ep. 102), maxima certa fuit gloria S. Joannis, qui non solum a Prophetis et Evangelistis, etiam ab ipso mundo Redemptore multis praecornu exaltatus est. Eum coram turbis laudavit Christus a constantia, dicens, Joannem non esse similem arundini, quæ vento hinc illuc agitat: *quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatum?* (Matt. 11). Eum laudavit a penitentia, dicens, Joannem non esse virum

## DE SANCTO JOANNE BAPTISTA

## CONCIO PRIMA.

*Quis putas, Puer iste erit? (Luc. 1).*

ALERE FLAMMAM  
AD INFLAMMATIONEM  
Sancti Joannis Baptista nativitas tot fuit referita prodigiis, ut quicquid tam portentosum inspicerent puerum, quasi admiratione stupefacti, de mirabilibus quæ in eo illicerentur colloquentes, dicerent invicem: *Quis putas, Puer iste erit?* Seraphim sublimibus descendebat sedibus, ut futuram ejus prænunciaret nativitatem; a Christo in ventre matris fuerat sanctificatus; mulier steriles et ætate propeca eum peperat, et pater ejus Zacharias ipsius meritis loquebatur usum et prophætie domum impetrarat: tot ergo quæ in hoc precursore recente nato mirabantur prodigia, ita suspensos spectantium tenebant animos, ut quid de tam mirabili sentiendum esset pueru ignorantibus, sese mutuo interrogarent, dicentes: *quis putas, Puer iste erit?* Quod hi tune tam sollicita inquirebant, explicare mei modo est instituti; et quis fuerit S. Joannes Baptista, sive in nativitate, sive in toto vita sum decursu expondere jam manus instat. Unde quemlibet ex his statibus, audiore video a me inquirentem quis et qualis fuerit sanctissimus hic Christi Domini precursor: *quis putas?* Ad tam arduum enodandam questionem, consulenda forent deserta, in quibus austaram peregit penitentiam, fluvius Jordanis, in quo Christum baptizavit, regnum palatia, in quibus libere virtutem predicavit, et carcera, in quibus gloriolum subiit martyrium. Aut, ut congruentius loquerar, ad investigandum quis fuerit sanctus Joannes Baptista, audiendi essent Prophetæ, Evangelista, Angeli et Christus, qui omnes in ejus elogia proruperunt, et illius se encomiastæ exhiberuntur. Hi sunt, a quorum dictis et sententiis hujus panegyrici materialem elicere pertinetabo. *Ave.*

## Concio I — De S. Joanne Baptista

Sanctus Joannes Baptista illustribus multis in sacra Scriptura insignitur titulis; notandum vero, quod in ea modo quodam speciali vocetur propheta, penitens et magnus. Fuit propheta: *tu puer, Propheta Altissimi vocaberis* (Luc. 1). Eni penitens: *venit Joannes, neque manducans, neque bibens*. Fuit magnus: *non surrexit inter natos mulierum major Joanne Baptista* (Matt. 11). Sanctus Joannes Baptista per Dei gratiam, qua reprobatur, factus est propheta maximus; *per Dei amorem*, quo ardebat, factus est penitens austorus; et *per ingentia merita*, quibus affluebat, fuit homo Magnus et omnium hominum maximus: *non surrexit inter natos mulierum major Joanne Baptista*. Quod S. Joannes fuerit Prophetæ, hoc habet communem cum Isaia, Jeremias et aliis Prophetis; quod fuerit penitens, hoc habet communem cum sanctis Paulo, Augustino, Magdalena et aliis penitentibus; quod fuerit magnus, hoc habet communem cum Pompejo, Alexandro et aliis multis viris illustribus. Itaque, ut quid speciale ad sanctissimi hujus Precursoris gloriam proferam, dico, eum fuisse quidem prophetam, penitentem et magnum; atvero fuit 1. *propheta sine voce*; 2. *penitens sine crimen*; 3. *magnus sine vanitate*. Ex tria puncta, quibus constabit, quis fuerit S. Joannes: *quis putas, puer iste erit?*

## I PARS.

*S. Joannes fuit propheta sine voce.*

Si, ut ait Seneca, *magnificum est a laudato, laudeque digno laudari* (ep. 102), maxima certa fuit gloria S. Joannis, qui non solum a Prophetis et Evangelistis, etiam ab ipso mundo Redemptore multis praecornu exaltatus est. Eum coram turbis laudavit Christus a constantia, dicens, Joannem non esse similem arundini, quæ vento hinc illuc agitat: *quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatum?* (Matt. 11). Eum laudavit a penitentia, dicens, Joannem non esse virum

mollem et delicatum, qui pretiosum et molibus vestibus induatur: sed quid existis videre? hominem molibus vestitum? Ecce qui molibus vestiuntur, in dominibus regum sunt. Denique illum specialiter laudavit a spiritu propheticō, eum prophetam et plus quam prophetam esse asserens: sed quid existis videre? Prophetam? Etiam dico vobis, et plus quam prophetam. Prophetā fuit sanctus Joannes, quem prophetam vocandum esse prædictit Zacharias pater ejus: tu, puer, propheta Altissimi vocaberis. Prophetā fuit, qui prophetia donum in utero accepit, et qui Christi in carne economiam clarius, plenius et perfectius quam aliquis prophetarum cognovit. Fuit etiam propheta, et plus quam omnes alii prophetæ, qui eum antecesserant; quoniam illi Christum futurum prædixerunt, Joannes vero illum præsentem monstravit: *alii prophetæ de Christo tantum prædixerunt; Joannes etiam vidit et monstravit* (Theoph. in cap. 7 Lue.). O prophetam vere mirabilem! Unum tamen in eo speciali attentione et admiratione mihi dignum videtur, nempe quod fuerit propheta sine voce, quia absque ullo verborum strepitu prophetavit. Alii prophetæ sua loquendo manifestarunt vaticinia: Joannes vero tacendo. Alii multos et enigmaticos intexuerunt sermones, ut suas ederent prophetias; Joannes autem sine ullo discurso et sermone prophetizavit. Alii figurativi mulis usi sunt verbis, ut Christum futurum prædicenter, S. Joannes alii prophetis longe antecessit, quia sine voce et verbo Christum præsentem ostendit. Alii prophete Christum venturum annuncianti venient, inquitabant, desideratus gentibus; veniens veniet et non tardabit; veniet et salvabit nos; ast S. Joannes non Christum venturum prænunciavit, verum spiritu propheticō plenus, absque ullo sermone, eum indigitavit, eumque digitō præsentem esse monstravit: *propterea*, inquit sanctus Hieronymus, *Joannes prophetis omnibus major dicitur, quia quem ceteri prophetaverunt, ipse digitō monstravit* (in ep. ad Ephes. 2). Ante et post nativitatem prophetavit Joannes, ac semper sine voce et sermone. Prophetavit Joannes antequam nasceretur, cum scilicet Dei Genitrix Virgo Elisabetham invisit; tunc enim Joannes, in

utero matris existens, exultavit: *exultacit infans in utero ejus* (Luc. 2); huc autem exultatio et sacer ille Joannis nondum nati motu censetur quedam prophetia, quia hoc motu, ut ait Chrysostomus, Christum esse præsentem indicavit ei prophetavit: *exultans*, inquit, *puer prophetavit, non vox, sed motu* (ho. 27 *imperf.*). Chrysostomo assentitur Augustinus dicens, quod S. Joannes in utero matris adhuc existens, Christum præsentem manifestaverit et prophetaverit, non verbis quidem, sed gaudiis et exultationibus: *nondum natus jam prophetat, et quod vox non poterat, gaudis confletur*. O mirabilem prophetam, qui in matris ventre existens, non verbo, sed motu et exultatione prophetat! Sanctus Joannes post nativitatem mirabiliter etiam prophetavit plus digito quam verbo, quia verbis Christum venturum nequaquam prædictum, sed digito eum præsentem ostendit: *quem ceteri prophetaverunt, ipse digitō monstravit*. Unde Rupertus Abbas, Joannem fuisse prophetam taciturnum asserit, quia digito, non verbo, Christum patefecit: *Joannes non preferebat propheticum sermonem, sed digitō monstrabat verum Solem*. Tria prophetarum genera agnoscent theologi: *primi* futura prædictant et vaticinantur, ut Isaías, Jeremias et alii multi: *secundi* spiritu propheticō illustrati præterita horunt et enarrant, et sic Moysés, de his que a mundi primordio contigerunt, prophetice locutus est: *tertii* res presentes que latebant, manifestant et sic Elianus novit simoniam Giezi. Hujus autem ultimi generis prophetarum fuit Joannes, dum Christum, qui præsens aderat, Messiam esse et corporis sui motu et digito designavit: *non preferebat propheticum sermonem, sed digitō monstrabat verum Solem*. Tanta erat sancti Joannis Baptiste fama, ut Judæi exploraturi an esset Messias, ad ipsum sacerdotes et levitas miserint; qui autem ad hoc ministerium fuere delegati, ab eo petierunt, quis ipse esset; *Tu quis es?* respondit Joannes, *Non sum ego Christus* (Matth. 11). O Joannes, inquit, si tu non es Christus, forte tu es Elias; *Elias es tu?* respondit Joannes, se non esse Eliam, *non sum*. Urgent iterum hi nunci, dicentes; o Joannes, si tu non sis Christus, nec Elias, saltem tu es pro-

pheta, propheta es tu? respondet, se non esse prophetam: non sum. O Praecursor sanctissime, cur te esse prophetam negas, cum revera sis propheta Altissimi! Esto te non esse Messiam, nec Eliam; saltim prophetam to fatearis oportet: non sum, inquit. Et revera Joannes non est propheta, seu non est de hoc genere prophetarum, qui multis et obscuris sermonibus futura praenuntiant, attamen propheta maximus censendus et felicissimus, qui Christum presentem et gratulabundo corporis motu et dligo indicare meruit: non proferebat propheticum sermonem, sed digito monstravit verum Solem. Miro, quod sanctus Petrus Chrysologus Joannem vocat silentium prophetarum: cur, queso, sum hoc vocata nomine? Forte quia ipso nascente, omnes alii prophete mortui sunt? Nequaque; ejus enim nativitate superest fuit Zacharias, qui ejus pater erat et propheta. Cur ergo eum silentium prophetarum appellat? Forte quia, ipso nato, contineuerunt omnes alii prophetae, ita quod nullus ultra prophetaverit? Nequaque; ipso enim nato, prophetavit Zacharias. Cur ergo silentium prophetarum vocatur? Ratio est, quia inter prophetas ipse unus est, qui silens prophetavit: plusque ille silentio et sine voce prophetavit, quam alii verbosis suis vaticinationibus. Unde pingi posset sanctus Joannes modo, quo in urbe Patavii pictus videtur Titus Livius, digitum scilicet labii habens appositorum; ut hac effigie indicaretur, Joannem fuisse prophetam taciturnum, qui tacens, nulloque effuso sermone prophetavit: itidem pingi debet alterius manus digito Christum Salvatorem monstrans, ut per hoc manifestaretur, Joannem sine voce Christum praesentem spiritu propheticu declarasse: non proferebat propheticum sermonem, sed digito monstrabat verum Solem. O mirabilem prophetam! quem quidem imitari nequimus; penes nos tamen est nostro modo prophetare. Non omnibus datum est propheticus donum, nec omnes prophete esse possunt: numquid omnes prophetae? (1 Cor. 12) omnibus tamen datum est prophetare, seu Deum laudare. Propheta in sacra Scriptura nonnumquam sumitur pro divinarum laudarum modulatione, et ideo de Apostolis, divinas laudes decantaturis, dicitur, propheta-

tabunt, seu laudes Dei cantabunt filii vestri (Joel. 2); et D. Paulus mulieres divinis laudibus operam dantes prophetare ait: omnis mulier orans, aut prophetans non velato capite (1 Cor. 11); hoe etiam modo prophetabant filii Asaph et Heman, de quibus dicitur, quod prophetareat in cytharis, et psaltriis, et cymbalis (1 Paral. 25). Ecce modum quo prophetare possumus et debemus. O Christiane, Deum vocibus tuis ac operibus tuis lauda, et Deo gratissimus propheta eris. Mirabantur quis Saulum prophetantem videbant; unde exigit proverbium: num et Saul inter prophetas? (1 Reg. 19, 14). O peccator, licet Saul sis pejor, prophetiza modo quo potes, Deum ora, Deum lauda, Deum invoca; esto propheta cum sancto Joanne Baptista, qui fuit propheta sine voce, et poenitens sine criminio.

## II PARS.

S. Joannes fuit poenitens sine crimine.

Sanctus Joannes Baptista vivere et duræ penitentias exercitiis incumbere simul copit, vixque in incububilis vagire desirat, cum in desertum secessit, ut ibi terrenos artus omni mortificationum generi addicceret et consecraret. Plerique hominum aut nunquam, aut tarde nimis de scleribus suis per penitentiam expiandi cogitant; antequam se penitentia iugis subdant, mundi et Babylonis deliciis inebriari volunt; e converso sanctus Joannes mundo valdixit antequam de ejus militi aliquid delibaverit, et vix incedere neverat, cum in solitudinem ad faciendo penitentias fructus aufigit et secessit. Tantaque ejus ibi extitit penitenta, ut euro eremitarum principem vocet S. Hieronymus: anachoritarum princeps Joannes Baptista (epist. de Eustoch.). Ita austera ejus fuit penitentia, ut ejus vitam continuum jejunium fuisse assertat S. Basilus: Joannis vita quid aliud erat, quam unicum et perpetuum jejunium? (conc. 1 de jejuni.) Et S. Petrus Damiani,

Joannis vita ut portentosam quam peregit penitentiam, continuum martyrium appellat: *teneros artus continuus quassat continuitudo martyrii* (ser. de S. Jo. Bapt.). Nec immurito a sanctis Patribus ita superexaltatur Joannis penitentia, cum ita dura et austera fuerit, ut vix explicari valeat. Quid enim durum, quam quod adolescens, angelico promissus oraculo, conceptus miraculo et sanctificatus in utero, in horrida habitat solitudine; ibique ad sopiaendam famem locutas solum et mel silvestre comedat, ad extinguidam sitim aquam dumtaxat frigidam hauriat et ad operiendam carnem unico tantum cilicio ex asperis camelorum pilis contexto utatur? Durum hanc Joannis penitentiam praeclaris verbis delineat S. Petrus Damiani dicens: «recessus montium, silvarum anfractus et vallium subterjacens vastitas puer patriarchae domicilia praebuerunt. Rrigida vestis, et durissimis hispiditibus circumtexta rigore squallidero corpus afficit patriarchae, carnemque tenerriman immatura districto discipline feritate coarctat. Cibus autem ejus qualis erat? non queruntur phasiani, seu aliae aves, nec per totam discurrunt regionem, ut patriarchalis stomachus impletatur; sed erat esca ejus locusta et mel silvestre. Coli rore pascerunt et animalis vilissimi satiatur edilio, nihilque coctum accipit jejunitatis austeritas. Castigato quippe ventri et diuinae maceratione distante, ignota fuit varietas fercularum, nec introivit in os ejus quod gulam aliceret, sufficeret ventri, stomacho blandiretur». O hominem vere penitentiam! o Joannes, dicit nolis, cur tam acerbam suscipias penitentiam? cur cilicio corpus tuum crucies? et cur illud jejunitis ac inedia opprimas? Quae, queso, homicidia, que sacrilegia sic punis in temetipso? Propter quae crima tam rigido per penitentiam corpus tuum torquera et vexare non desinis? Non quidam ob perpetrata scelera carni sue durissimum indixit bellum Joannes; in senetipso arduum penitentiam simul cum admirabilis innocentia conjugere curavit, penitens sine crimen; seu, ut loquitur S. Petrus Chrysologus, Joannes fuit penitens *ab omni vitio defecatus* (serm. 88). Penitentia, ut perpetrata deleantur scelera videtur solummodo instituta; nihilominus

an toto affectu amplexatus est Joannes, licet in nullum ali quando peccatum ceciderit; unde a sancto Bernardo vocatur novus homo, qui novum penitentia genus suscepit: *novum*, inquit, *in novo homine penitentie mirare fervorem*. Antequam in hunc mundum veniret Joannes, Adam, David et alii multi penitentiae operibus sese addixerant; verum ante penitentiam peccaverant, eorumque penitentia jam commissa supponebat peccata, ad qua expianda eam summebant; sanctus Joannes tamquam novus homo, ad novum penitentia se accinctus genus: licet enim nunquam peccaverit, gravem tamen et ansteram penitentiam amplectitur. Unde ejus instituta est penitentia non ut praeterita delect peccata, sed vel ut a futuris caveat, vel ut ad altiores perfectionis gradus ascendet. Ejus penitentia fuit sacrificium laudis, vel majoris perfectionis, non autem fuit sacrificium expiationis: quia nullo unquam se fredaverat scelera, et erat *ab omni vitio defecatus*. Penitentia, si austera sit et omnibus numeris completa, totum hominem purificat et ad angelicam elevat puritatem: unde Tertullianus carnem penitentiae operibus afflictam et mortificatam, angelicatam vocat: *angelificata caro*. Et hanc angelificationem, si sic loqui fas est, in Joanne operabatur penitentia; eum jam purum magis et magis purificabat; ac per novam quam illi semper conferebat puritatem, eum quasi angelificabat; in eo autem nulla debeat peccata, cum a matris utero summa cum innocentia vixerit; nec aliquod, sive mortale, sive veniale peccatum perpetrari. Non mortala quidem, ut omnes peccata docent authores, dicentes Joannem in utero fuisse sanctificatum et nunquam acceptam in ventre matris sanctitatem per aliquod mortale peccatum perdidisse: *Joannes sanctitatem in utero accepit, quam nunquam amisit* (Gueric. Abbas). Neque etiam aliquod veniale peccatum commisit Joannes, si credamus Tostato asserti, quod communis hominum iudicio Joannes nec in unicum veniale inciderit peccatum: *creditur communiter, quod nec venialiter peccaverit* (Abulens. Matt. 14 q. 40). Et pia huic opinioni faveat Ecclesia, dicens, Joannem a teneris annis deserta petuisse, ut levissimum et minimum quod-

que peccatum vitaret: *ne leví quidem maculare vitam statim posse* (1). Itaque mirermini novum hunc penitentem, qui dura et dira se subdidit penitentia jugo, licet omni prouersus peccato: esset innoxius: *nocum in novo homine mirare penitentie fervorem*. Non mirum videtur, quod qui in gravia incidit peccata, ad duram et austaram se constringat penitentiam, quia per penitentia opera Deum placere et injuriam illi irrogatam reparare necessario tenetur. Non mirum, quod David, Paulus, Magdalena et alii peccatores arduum suscipiant penitentiam, quia necessario debent, *aut ardere, aut panire* (S. Aug.). Perpendite rem mirabilem. Joannes Christi praecursor, Joannes in matris utero sanctificatus, Joannes innoxius, qui nullo unquam se coquinavat peccato, dira et acerba adhaeret penitentia fique penitens sine crimen. O rem omnibus seculis admirandam! Contemplatur, fratres, mirabile illud penitentiae exemplar, quod nobis hodie proponitur et itidem ad rigidam ejus exemplo nos accingamus penitentiam: *ascendamus ad penitentiam, fratres, interrogemus conscientias nostras et animemur ad ultionem exigendam de nobis* (S. Chrysost. ser. 167). Huius iniquitus Doctor Seraphicus (ser. 2 de S. Joan. Bapt.), si Joannes, qui ex utero fuit sanctus, qui, ut dicitur, actualiter nunquam peccavit, tam asperam penitentiam parergat, quod facere debent peccatores impi, peccatis omnibus pleni? Huius ajebat S. Antonius Paduanus (ser. Dom. 2 Advent.), «si B. Joannes pranunciat ab angelio, sanctificatus in utero, laudatus a Domino, inter natos mulierum major, tanta fuit uita austernitate, quid nos in peccato concepi, peccatis onerati, reprobandi a Domino», nisi misericordia

(1) In nova correctione Breviarii Romanii facta Iussu Urbanii VIII adiecta verba hymni in hunc alla iustantur: *Ne leví posse maculare vitam criminis lingue*. Ex quo ridetur Ecclesiast. id tantum sentire, Joannem innoxium fuisse a levissimo quovis peccato lingue: de ceteris defictibus, qui etiam sancti obcepunt, nulli definit. Imo in Concilio Tridentino (sess. 6) assertum immunitatum a quavis culpa etiam veniali nominali speciali Dei privilegio haberi, unum Beatissimum Dei Matrem hoc privilegio donatam tenet.

afluerit « quid debemus facere? quanta afflictione, quanta austernitate nos affligere? » Huius quis audiat, Joannem innocentissimum et omnium hominum majorem, se totum penitentia dedisse, quin ad penitentia operibus vacandum protinus accedatur? Huius! Joannes omnis expers criminis austera libere sectatur penitentiam, et vos, o peccatores possimi, qui omni peccatorum genere afflitti, a penitentia abhorribitis? Audite Joannem adhuc clamantem: *penitentiam agite* (Matt. 3); quasi diceret, o vos peccatores libidinosi, ebrios, blasphemi, impi et omnes qui in grave aliquod incidistis peccatum, ne in statu peccati permaneat, nec in malitia vestra perseveretis, sed *penitentiam agite*. Attendite me licet innocentem penitentiam egisse; quanto ergo magis vos, o peccatores, penitentiam vacare decet, ut a Deo veniam impetrare et misericordiam obtinere valeatis? O peccatores, si tanta, quanta Joannis, vestra esset innocentia, gravia penitentiae onera vobis proponere et imponere minime auderem; cum autem Joannes innocentissimus penitentiam egerit, cur et vos, qui peccatis multis inquinamini, penitentis non adhaeribitis, ut Deum adversum vos iratum placare et aeterna tartari supplicia vitare possitis? certe si recte sapitis, penitentiam facitis: *penitentiam agite*. Huius quid in tremendo iudicii die respondet unusquisque vestrum, cum vobis Joannem proponet Christus, dicens: ecce Joannem precursorem meum, qui licet angelicus praeeditus innocentia austera tamen egit penitentiam. Cur ergo et tu peccator, saltu necessarium ad te delenda criminis penitentiam non es amplectatus? Non a viro tam innocuo, sed a te peccatore exigendum et expectandum erat penitentiae sacrificium; cur ergo impenitens usque ad mortem in tua malitia perseverasti? O peccatores, a terribilibus dei judicis timeta, ejus iram pertimescite, et ut sum vobis proprium redditum, *penitentiam agite* cum sancto Joanne, qui fuit penitens sine crimen, et qui fuit magnus sine caritate.

## III PARS.

*S. Joannes fuit magnus sine vanitate.*

Non est novum, quod Joannes dicatur *magnus*: a multis enim seculis *magnus* dictus est, et in *eternum magnus* vocabitur. Ut autem altiores et eminentiores celitudinis ac magnitudinis eius ideas dare valeam, quid de illo populi, sancti Patres, angelii et Christus senserint, breviter exponam. Tanti apud parvulum siebat Joannes, ut non solum tamquam propheta honoraretur, verum et angelus quidam incarnatus, immo et Messias a Deo missus crederetur: Joannes vixit, vestitu et habitatione parvus, et contemptibilis videbatur; tantam tamen in popularum corda de illo Deus injeccerat estimationem, ut comiserat, ut ipse putatus sit Christus (Aug. ser. 2 de Jo. Bapt.). Modo quid Ss. Patres de S. Joannis magnitudine senserint, audiamus. Eum ita sublimat S. Chrysostomus, ut dicere non dubitet, nullum hominem Joanne maiorem e quavis muliere fuisse genitum: *non periperit mulier Joanne maiorem* (hom. 38 in Matt.). S. Ambrosius, Joannem prophetas, patriarchas et omnes penitus homines praeiisse et magnitudine antecessisse assert: *praeceps erunt, eminent universis, antecellit prophetas, supergreditur patriarchas; quisquis ex muliere est, inferior Joanne est* (serm. 94). S. Bernardus ait, quod exceptis Christo et Maria, Joannem omnibus sit hominibus major, quandoque tanta Christi, Mariae et Joannis sit magnitudo, ut nullus alius ei inveniatur aequalis: *tria fecit Deus sine secundo, Christum, Mariam et Joannem*. Multa de sancto Precursore elogia contexuit Augustinus; at ejus tunc magis expressissime videtur magnitudinem, cum dixit: *quod quisquis Joanne plus est, non tantum homo, sed Deus est* (s. 4 de S. Joan.) Nihil medium inter Deum et Joannem statuit Augustinus, quasi unicus Joanni desit gradus ad hoc ut Deus fiat. A Ss. Patribus ad

angelos transeamus, ut eorum de Joanne fuerit sententia, inquiramus. A sancto Gabriele, qui a Deo ad prononcian-  
dam ejus conceptionem fuit missus, petamus, quid de Joanne  
sentiat. *Erit magnus* (Luc. 1), inquit: *quasi diceret: vultis,*  
*panceis dicam, quid erit Joannes?* *Erit magnus* in omni genere  
magnitudinis: *erit magnus in natura, magnus in persona,*  
*magnus in gratia; erit magnus in officio, magnus in merito,*  
*magnus in omnium virtutum exercitio: erit magnus in digni-*  
*tate et potestate, magnus in predicatione et passione; magnus*  
*tandem omni modo, quo purus homo magnus esse potest. Quid*  
*vero de Joanne Christus? quid de discipulo magister? certe*  
*paucissimis verbis hic totum Joannis perficit panegyricum, di-*  
*cens: non surrexit inter natos mulierum major Joanne*  
*Baptista* (Matt. 11). Videte patriarchas omnes et prophetas in-  
quirite: apostolos et evangelistas, omnium martyrum, doctorum  
et virginum ordines lustrate; scrutamini tandem quidquid in  
humana natura apparuit sublimius, nullumque purum hominem  
Joanne majorem inveniatis: *non surrexit major*. Anne ali-  
quid divino huic testimonio adjiciemus, ut Joannis explanemus  
magnitudinem? Videatur quidem, quod altius extollit nequeat,  
quam cum omni homine major dicatur. Attamen cancellarius  
Parisensis, cum nonnullis aliis authoribus, Joannem non  
omnes solum homines, etiam omnes angelos praesire arbitra-  
tur, dicens, quod in celo solo pro Lucifero preparatum  
occupet; quodque licet natura omnibus angelis inferior, suis  
tamen meritis adeo exaltetur, ut in celo immediate post  
Christum et Mariam in throno Luciferi sedeat; *videtur Ba-*  
*ptista primus post Mariam positus in ordine Seraphinorum*  
*loco Luciferi* (tract. 4 in Cant. Deip.). Unde non solum  
dicendum cum S. Augustino, quod Joannes fuerit *major ho-*  
*mine, par angelis* (ser. 12 de Sanct.); verum etiam quod  
omnibus hominibus et angelis aliquo modo major exitterit. O  
hominem vero magnum! et quod adhuc mirabilis est, Joannes  
fuit *magnus sine vanitate*. Joannes est simul *magnus et parvus;*  
est in aliorum estimatione *magnus* et in sua *parvus*; si Chri-  
stus et alii consuluntur, Joanne *non surrexit major*; si ipse

consulatur, nullus homo ipso minor apparuit; quantoque in aliorum oculis reputatur major, tanto in suis minor censetur; vide Joannem tanto humiliorem, quanto maiorem (Aug. ser. 33 de Sanct.). Nulla in eo erat vanitas, ac summa ei inerat humilitas; ut enim, ait Doctor Seraphicus, S. Joannes fuit *humilis in summo* (ser. de S. Joan.). Sicut Deum dicimus esse summe bonum, quia nulla ei inest malitia, ita et sanctus Joannes dicitur summe humilius, seu *humilis in summo*, quia ab omni penitus vanitate fuit alienus. Spiritus superbiae omnibus in dignitate constitutis et ad sublimia elevatis insidias parat; unde raro in uno et eodem homine simul reperiantur sublimitas et humilitas. At in hoc potissimum mirabilis extitit sanctus Joannes Baptista, quia licet a cunctis omnium hominum maximum censeretur, nullus tamen in eo apparuit vanitatis spiritus; in illo summa semper eluxit humilitas: *fuit humilius in summo*. Unde de illo dixit Augustinus, nil unquam eo humilius extisset: *nihil est humilius isto precone* (tract. 4 in Joan.). Magna Joannis humilitas apparuit in victa, vestitu, incessu, habitatione et conversatione; ipsaque eluxit praecipue in verbis qui protulit, cum se indignum declaravit corrigiam calceamentorum Christi solvere: *cuius non sum dignus corrigiam calceamenti solvere* (Joan. 1). Inter natos mulierum maximus erat Joannes, tantaque ejus erat apud homines fama, ut Messias putaretur; simili vero tanta Joannis extitit humilitas, ut calceamenti ejus corrigiam solvere se indignum confessus sit: *cuius non sum dignus corrigiam calceamenti solvere*. O magnum Joannis humilitatem! certe *nihil est humilius isto precone*. Quid amplius tamen habetur in Joannis humilitate: seipsum ita humiliavit, ut vocem se solummodo appellari: *ego vox*. Cum enim ab illo petierunt Iudei, quis illa esset: *tu quis es*? respondere potuisse, se esse prophetam, plus quam prophetam, Christi Præcursoram, Anchoretarum principem, lucernam lumentem et ardentem, neconon omnium hominum, uno dumtaxat Christo excepto, maximum. Respondere etiam potuisse, quod esset *aliges orbis terrarum, solis stella, per se auditor Patris, Baptista Filii, spectator Spiritus Sancti, sequester gratiae*,

*corona prophetæ, præcursor veritatis, virginitatis ornatus, castitatis legislator, improborum frenum, dux eorum qui probe vitam agunt* (Andreas Cretens. Or. de decoll. S. Praec.) Joannes autem, taciti his et aliis multis, respondit humiliiter, quod esset vox: *ego vox*. Quid est vox, nisi quidam oris sonus? quid est vox, nisi aer certo quodam modo percussus? vox est entium fera infimum et quasi nihilum: *quid est vox, nisi sonus oris?* et sicut grammatici tradunt, aer offensus, intelligibilis auditu, ceterum vacuum nescio quid et inane et incorporale (Tert. ado. Prae. 7). Ecce qualem se credit Joannes; nil aliud se dicit, quam vocem, seu sonum quendam transeuntem, et quasi nihilum. O qualem humilitatem! quid Joanne humilius esse potest? nil quidem est *humilis isto precone*. Miremur profundam sanctissimi Præcursoris humilitatem, qui, quo major erat, eo se minorem profitebatur. Nos miseri et infirmi, summo sepe affecti sublimari et honorari amibus; Joannes autem qui omnibus aliis hominibus erat major, deprimi, despici et pro nihilo haberi percepit. O fratres, si coram Deo magni offici cupimus, humilitatem totu[m] corde sectemur: *amplectamur humilitatem, si sublimes fieri desideramus* (Chrysost. hom. 66 in Matt.). Joannes magnus factus est per humilitatem, cui firmiter adhaesit; vultque Deus similiter ut quicunque in colum sublimari optant, in terra de-spectas humilitatis semitas teneant, eoque ad sublimiores thronos in celo exaltabuntur, quo humiliores in hoc mundo fuerint. Unde si quis in terris Joanne inveniretur humilior, illo in colis esset major et elevatio: *qui minor est in regno celorum, major est illo*: quare *amplectamur humilitatem, si sublimes esse desideramus*. Sanctus ille Christi Præcursor fuit *propheta sine voce*, miremur pereximum illud donum a Deo Optimo Maximo illi impertitum. Fuit *penitens sine criminis*; nos autem saltem nostrorum penitentia criminum. Fuit tandem *magnus sine vanitate*; fugiamus et nos contagiosam vanitatem et superbiam auram, humiliatemque sectemur, ut gratiam et gloriam consequi mereamur. Amen.

## CONCIO SECUNDA.

*Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joannes  
(Joan. I).*

ALERE FLAMMAM  
REDITATIS  
HODIE.  
Hodie, fratres, dies illuxit insignis, tanto ceteris diebus sanctior, quanto sanctiorem hominem terris effudit. In hac siquidem die natus est *ille homo missus a Deo*, qui fit sanctorum splendor, justorum gloria, letitia angelorum, Redemptoris Praecursor et Baptista Christi. Hodie natus est *ille homo a Deo missus*, qui fuit miles superni Regis, praeco iudicis, vox clamantis in deserto, predictor penitentia, amator castitatis, persecutor luxuriae et innocentiae defensor. Natus est *ille homo ex sterili utero, parabutisque atata provecis; virtute tamen, sacerdotiale sanguine illustribus*. Natus est, ejusque nativitas universo pene terrarum orbi lepidam intulit: *multi in nativitate ejus gaudebunt* (Luc. I). Eo nato muti parentis lingua solvit, mirantur consanguinei, et quotquot tam speciosum, tam mirabilem, tamque portentosum contemplatur infantem, attorniti et stupefacti sese mutuo interrogant, dicentes: *quis putas puer iste erit?* Ut huic questioni satisfiat, possent consuli prophetae, angeli, ac ipse Christus; ego, ut huius respondemam, dicam sollemnudo quod Joannes fuerit homo: *fuit homo;* nimurum homo fuit alius hominibus major, angelis par et Christo similis, ut videbimus. *Aie.*

Nominali variis temporibus mundo illuxere sancti viri, quorum ita pura, ita sancta, atque a terreno quovis iniquinamento defecata fuit vita, ut an angelum humana carne induit, vel homines angelico spiritu animati extiterint, forte superasset dubitandi locus; sanctus autem Joannes Baptista, officio, virtutibus et meritis ita alios omnes sanctos antevertit, ut non solum an angelus, etiam an Deus, seu Christus fuerit, aliqui dubitarint. Eum Evangelistae hominem vocant: *fuit homo missus a Deo.*

## Concio II — De S. Joanne Baptista

241

Illum propheta angelum appellant: *ecce ego mitto angelum meum* (Malach. 3). Eumque sacerdotes, levitae ac populi Deum, seu Messiam a Deo ad humani generis salutem missum credunt: *existimante autem populo et cogitantibus omnibus in cordibus suis de Joanne, ne forte ipse esset Christus* (Luc. 3, 15). O quam varie de Joanne senserunt antiqui! Iamvero qua nunc tot inter opiniones nostra de eodem erit sententia? Eumne Christum, vel angelum aut hominem fuisse sentierimus? dicamus, quod Joannes fuerit homo: *fuit homo;* nempe fuit homo alii hominibus major, angelis par et Christo similis. Joannes 1. est homo omni alio homine major: 2. est homo, qui vocatur angelus; 3. est homo, qui estimatur Christus: *hic homo est omni alio homine major et humilitatem sectatur;* *hic homo vocatur angelus* et penitentiae adheret: *hic homo estimatur Christus* et Christum laudat. En tres hujus concionis partes.

## I PARS.

*Sanctus Joannes Baptista est homo omni alio homine major et humilitatem sectatur.*

Ex hominibus alii coram mundo, alii coram seipsis et alii coram Deo magni habentur. Coram mundo et hominibus magni testimontiar divites et potentes seculi, quoram magnitudo transitoria, vana et fallax est: cum hi magni sint non per bona interna anime inherentia, sed per externa, que quasi fumus deficient et que in morta totaliter evanescent. Coram seipsis magni sunt superbi, qui se aliquid esse putant, cum nihil sint et qui alii dominari gestunt; hi autem a Deo maledicuntur: *vix qui sapientes estis in oculis vestris* (Is. 5). Alii tandem seipsos mil reputantes, coram Deo magni sunt; que magnitudo non fucatis et externis bonis, sed virtutibus et meritis, que adherent animo, constat; nam, ut ait Origenes, *peccatum hominem facit parvum et exiguum; virtus eminentem prorast*

*et magnum* (hom. 17 in Levit.). Joannes autem fucata et apparente magnitudine, que ab hominibus saeculi laudatur et approbatur, penitus caret; non enim palatia, verum antra inhabitat; non purpa, at vili et diro vestitur cilicio; non delicatis cibis, sed melle silvestri et locustis pascitur; non exquisito vino, sed aqua pura sicut pellit; non famularum, quin potius brutorum turba stipatus incedit; unde si externis et mundi tantum oculis metiatur, non magnus, immo parvus et contemptibilis consensit. Magnus etiam in oculis suis non videtur Joannes, qui se minimum et quasi nihilum reputat; unquam magnus dici et censori regre patitur. Joannes autem magnus est *coram Domino*; parvus in oculis suis et magnus in oculis Dei; tot enim praestat virtutibus, tot praerogativis, totque meritis, ut coram Deo magnus sit: *erit enim magnus coram Domino* (Luc. 1). Tantaque ejus est magnitudo coram Domino, ut omnibus hominibus major a Domino proclamat sit; nam, ut ait Christus Dominus, *non surrexit inter natos mulierum major Joanne Baptista* (Matt. 11). Christum Joannes laudavit cum illum indigitans, dixit: *ecce Agnus Dei*; Christus autem vicissim in sui praecursoris laudes prorupit, cum de illo docuit, quod esset propheta et plus quam propheta, quod mollibus non vestiretur, quod mobilitate non agitaretur instar arundinis, et ut pauci ejus parflecer panegyricum, eo majorem inter mulierum filios nullum surrexisse asservit: *non surrexit inter natos mulierum major Joanne Baptista*. Dixit, *inter natos* et non *inter natas*, quia sanctissima Virgo Maria Joanne major est. Dixit inter natos mulierum, quia Christus, qui Joanne major est, non de muliere, sed de Virgine natus est. Dixit: *non surrexit major*, quia omnes penitus homines, uno Christo excepto, peccatum originale contraxerunt; Christo ergo, ejusque Matre exceptis, omnes alii homines ab hoc peccato surgant oportet; hos autem inter homines qui post contractum peccatum originale ab eo surgunt, vel surgere possunt, nullus surrexit major Joanne Baptista. Et revera, inquit Petrus Damiani (ubi sup.), quis inter omnes homines sic gloriose annunciatus est? quis ita specialiter in matris utero Spiritu Sancto legitur fuisse repletus? quem legistis intra

matris uterum exultasse? cuius nativitatem vidistis celebrare Ecclesiam Dei? quis sic puer eremum concipivit? quis ita legitur similiter conversatus? quis penitentiam et regnum colorum primus ostendit? quis baptizavit Regem glorie? Nullus quidem inter homines praela haec habuit privilegia; ac proinde fitendum, illo nullum aliud hominem esse majorem: *non surrexit major*. Cui Salvatoris sententiae humiliter adhesit Augustinus, dicens: *nihil maior extitit in genere humano, quam Joannes*. Magni fuere patriarche, magni apostoli et evangelista, magni martyres, confessores et virgines; tamen his et omnibus hominibus praeminet sanctus Joannes Baptista, ac eo *nihil maior extitit in genere humano*, inquit Augustinus; atque ut ait Theodorus Studites, *et prophetis et apostolis et aliis omnibus revera prior est magnus Praecursor*. Hanc Joannis supra ceteros praeminentiam adnotasse videtur Doctor Seraphicus, cum eni lilio comparat: *Joannes Baptista florebit sicut liliu*. Liliu alias flores non solum odore et albedine, etiam celsitudine superat: *liliu dicitur flos regius a regia, qua praestat celsitudine, quia tanta proceritate super alias flores attollitur, ut interdum ad tria cubita surrigitur* (Pierius 1. 5). Similiter Joannes est sicut liliu inter homines, quia eos non solum vite candore et variarum virtutum odore, verum etiam celsitudine et magnitudine superat: *Joannem*, inquit Ambrosius, *omnibus dico majorem, sed inter mulieris, non virginis natos* (in Luc. 5). Ille, ut ait Chrysostomus, *omnibus sanctis est major, cui solus Christus est prior*. Addit Tertullianus, quod *Joannes sic omnibus major est, dum solo Deo minor est* (ad Scap. 1). O quam insignia sunt haec pro Joannis magnitudine testimonia! o quam magna haec sancti Praecursoris praecognitio! magnus est Joannes Baptista et omni alio homine major; o rem mirabilem! atvero quid mirabilium in sancto hoc propheta inspicio: nempe quod summam humilitatem cum summa celsitudine coniungerit; Joannes enim, qui est omni alio homine major, *profundam sectatur humilitatem*. Certum est, quod quo quis major, eo humilior sit oportet: *quanto magnus es, humilia te in omnibus* (Ecli. 3). Nihilo-

minus rara avis in terris humilis honorata; et raro fit, ut qui dignitate sunt sublimes, corde et affectu sint humiles: non enim sola *scientia inflat*, potestas quoque inflat, divitiae inflant, honores inflant, et communiter, quo quis dignitate ceteros antecellit, eo est affectus superior. S. Joannes Baptista e contra, dum omnibus præstat, inter homines etiam humillimus dignoscitur. Sanctus Joannes, inquit Doctor Seraphicus, *summe humilius fuit, vilia de se sensit, vilia de se predicavit, vilia de se querentibus respondit* (serm. 2. de Bapt.). Eum prophetæ, angelæ, populi et ipse Christus magnum prædicant, et ipse de seipso ait: *non sum*; quasi diceret: *nihil sum*. Nullus vult *non esse*, inquit Thaerus, *quisquis et esse cupit aliquid et apparet* (ser. 1. in Dom. I Ado.). Nullus quidem vult *non esse*; omnes ex naturali propensione et *esse* et *magni esse*, ac magni videri ambunt; unus vult *esse abbas*, alijs vult *fori episcopus*, alijs *divitias affluere appetunt*, supremas alijs dignitates ardenter concupiscunt; *quisque tandem et esse cupit aliquid et apparet*. Tanti autem S. Joannes pollet et humilitatem ut se nihil *esse* dicat: *non sum*. O Joannes, es ne tu Christus? *Non sum*. Es ne Elias? *Non sum*. Es ne propheta? *Non sum*. Joannes in mente sua nihil est, et tamquam nihilum se reputat. O magnam sancti hujus Præcursoris humilitatem! Iamvero, inquit Doctor Seraphicus, « qui hodie humilius cum Joanne? quis non superbus cum Herode? quis hodie mundus, nisi superbus? unde discordie, unde bella, unde rixæ, unde incendia, unde homicidia, unde furta, unde adulteria, unde omnia mala, nisi ex superbia, que divina parvipendit imperia, divina refutat premia, nulla infernalia formidas supplicia? Utinam atterident miseri, quod corum gloria est sicut palea igne succensa, que ad iustum oculi tota combusta, nec etiam viles cineres relinquit: sunt enim sicut aqua deflosens, que prius dissolvitur, quam tangatur. Multum erigitur et inflatur spuma maris, sed mox evanescit modico vento tacta. Unde vobis, filii superbiae, tanta de vita fiducia? nunquid non corpus humanum fragilis est quam vitrum: quia vitrum solo concurruerit alterius corporis rumpitur, sed hominis corpus modis innumeris fran-

*gitur?* nunquid confidis in pecunia? sed ubi mundi divites, ubi principes, ubi reges, qui omnia possederunt? Sic de potentia, sic de sapientia penitus est faciendum. Ergo, fratres, non superbiamus cum Herode, sed simus humiles cum Joanne». Est ergo Joannes homo omni alio homino major, qui humilitatem sectatur; Joannes etiam est *homo*, qui *vocatur angelus et penitentia adhæret*.

## II PARS.

*S. Joannes Baptista est homo qui vocatur Angelus et penitentia adhæret.*

Cum homines natura sint partim corporei et partim spirituales, angelii ex natura sua totaliter spirituales iis censendi nobiliores, eosque naturæ perfectione anteunt, ac propius ad infinitam Dei dignitatem accedunt: *angelos post Deum novimus* (Tert. advers. Valent. 7). Itaque ut in errandis sancti Joannis laudibus ulterius progediar, et ut tantum Praecursorem altius evenham, dico, quod Joannes non solum sit homo omnes transcendens homines, verum etiam, quod sit homo, qui vocatur, et est angelus a Deo in hunc mundum missus: *ecce ego mitto angelum meum* (Matt. 11). Non defuere, ut testatur sanctus Cyrilus, qui dicent, Joannem esse angelum natura; *jam*, inquit, *rumores fuerunt, non natura hominem, sed de numero sanctorum angelorum Baptistam fuisse, ac humano corpore usum, prædictasse* (in Jo. 1, 7); quod hi affirmabant, quia de eo in Evangelio dicitur: *ecce ego mitto angelum meum*. Tamen fallabantur, quia Joannes angelus fuit, non natura, sed officio; non natura, sed puritate; non natura, sed vita sanctitate. *Angelus* est nomen officii, non naturæ; coelestes enim intelligentie vocantur angelii, id est missi, quia a Deo ad haec inferiora mitti solent. Et hoc sensu homines, qui in hunc mundum ad officium aliquod nobile et insolitum ad humani generis salutem spectans a Deo mittun-

tur, in Sacra Scriptura angelii vocantur: nec novum est *Spiritu Sancto angelos vocare eos, quos ministros sua virtutis Deus efficit* (Tert. *adv. Jud.* 9). Sic Christus vocatus est magni consilii angelus, quia de sanctissime Trinitatis consilio missus est in hunc mundum, ut in eo Redemptoris officium adimpleret. Sic etiam S. Joannes vocatur et est angelus ratione officii, tamquam in hunc mundum missus ut Praecursoris officio fungeretur: *ecce ego mitto angelum meum, inquit Malachias propheta (3), qui preparabit viam ante faciem meam*. Hic angelus, de quo loquitur propheta, est sanctus Joannes Baptista, qui vocatur angelus, quia Praecursoris officio functus, Christo praecucurrit, ejusque nunciativit adventum: *Praecursorem Christi Joannem futuram appellat per prophetam Spiritus, dicens ex persona Patris: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, id est Christi, qui preparabit viam tuam ante te* (Tert. ubi sup.). Hec Tertullianus, itemque angelum ratione officii sanctum Joannem passim vocant sancti Patres, ex quibus unum adducam sanctum Cyrilum, qui ait: *angelus Baptista nuncupatus est, non quia natura angelus esset, sed quia ad annunciatandam clamandum venit, preparandam esse Domini viam*. Angelus fuit ratione officii sanctus Joannes Baptista, ac fuit etiam angelus ratione puritatis angelicae qua floruit. Homines enim qui virginem servant puritatem videntur quasi angeli in terra, et ut ait Tertullianus, unicam cum angelis cœlestibus familiam constituant: *de familia angelica depulantur ad uxor*. 4). Sicut Christus, ut Verbum, habet in ecclis angelos a quibus adoratur, ita, ut homo, in terra angelos habere voluit, a quibus colatur: *Verbum carnem assumens de Virgine, familiam in terra instituit angelicam* (Hier. ep. 22). Hac autem familia angelica est ordo virginum, que cum Angelis unam constituunt familiam, seu que angelicæ familie adscribuntur: *de familia angelica depulantur*. Huic haud dubie familia adscriptus fuit sanctus Joannes, qui, ut ait sanctus Bonaventura, *fuit virgo purissimus (medit. oīte Chr. 3)*; et de eo prius dixerat sanctus Bernardus: *Joannes virgo, ino*

*virginitatis insigne speculum, pudicitiae titulus, castitatis exemplum* (ser. de S. Jo. Bapt.); idcirco cum S. Joannes Baptista castitate virginea floruerit, per immaculatam hanc virginitatem, qua emicuit, factus est angelus cum angelis: *non fuit illi natura angelus, inquit S. Hieronymus, sed fuit angelus castitatis eximiae puritate: nam in carne præter carnem vivere, angelica est vita*. O mirabile angelum! Denum S. Joannes fuit etiam angelus vita innocentia et sanctitate pereximia, qua refulxit. Licit angeli non generarentur, duo tamen eodem tempore in terra geniti sunt angeli, Christus scilicet et Joannes Baptista: *cum Christus Deus nasceretur in carne, Joannes angelus est generatus in terris* (Chrysol. ser. 89). Christus dicitur magni consilii angelus, natus ex Maria Virgine; et sanctus Joannes est angelus, qui a sancta Elisabeth fuit genitus. Sicut autem Christus dicitur angelus, non solum quia missus, verum etiam ratione sanctitatis incomparabilis, qua rutilavit; ita et Joannes vocatur angelus non solum ratione officii et puritatis angelicae, etiam ratione sanctitatis pereximiae, qua illum angelis aquavit, et supra angelos sublimavit: *Joannes est angelus et inter angelos electus*, ait S. Bernardus. Cur dicitur sanctus Joannes non solum angelus, sed etiam *inter angelos electus*? Ratio est, quia per virtutes et eminentiam sanctitatem, qua fulsit, non tantum factus est *angelus par*, ut ait D. Augustinus, verum etiam supra angelos elevatus est: *Iste est mirabilis angelus, qui angelicam sanctitatem transgressus est* (ser. 12 de sancti.). O mirabile angelum! in quo tamen quid adhuc mirabilius adnoto, nempe arduam penitentiam, quam simu cum virginem puritate et præcellente sanctitate in seipso conjunxit: *Joannes enim est angelus, qui penitentia adhaeret*. Apud angelos non est penitentia; angeli enim mali, nec gratiam, nec tempus, nec voluntatem penitentia habuerunt; boni vero angelii penitentia non agent, nec apud eos penitentia locum habere potest, cum summa et constante beatitudine perfundantur. Joannes autem est angelus, qui deserta et antra inhabitat, qui vigiliis et jejuniis vacat, et qui acerbissime penitentie

pondus sustinet; ut enim ait Doctor Seraphicus, *fuit austera Joannis penitentia ex parte loci, ex parte cibi et ex parte vestimenti* (ubi sup.). Fuit quidem austera *ex parte loci*, quia cum adhuc puer esset, desertum petuit et in solitudine habitat: *venit Joannes Baptista predicare in deserto* (Matt. 3). Fuit etiam austera *ex parte cibi*, quia melle dumtaxat, et locustis vescebatur, et ex iis ita parce sumebat, ut quasi nihil manducaret: *venit Joannes neque manducans, neque bibens* (Matt. 11). Austera tandem ejus erat penitentia *ex parte vestimenti*, quia non pretiosis et molibus induebatur *vestibus*; verum ut dicit sacer Textus, *habet vestimentum de pilis camelorum, et zoram pelliceam circa lumbos suos* (Matt. 3); unde, inquit D. Hieronymus, omnia in Joanne austera redolebant penitentiam: *vestis aspera, zona pellicea, cibus locusta et mel silvestre, omnia virtuti et continentiae preparata* (ep. 4 ad Rest.). O mirabile angelum! o hominem portentosum, qui simul cum vita angelica austera et duram jungit penitentiam! o quam duriori et asperiori penitentia quicunque nostrum adherere oportet! si enim Joannes, sanctitate angelus, tam austera sectatur penitentiam, quam duriori nos qui peccatores sumus, penitentie insistere debemus? secundum mensuram culpa debeat esse mensura penitentiae, quia, ut dicit sanctus Gregorius, *non debet esse par penitentia ejus qui parum et ejus qui multum peccavit* (hom. 21 in Ecclang.); unde juxta hanc regulam penitentie operibus incumbere non teneatur, quia angelus purissimus et sanctissimus existit, qui nuncquam peccasse creditur: atque juxta eandem regulam gravissima nostra esse debet penitentia, quia gravior et pluries delinquimus. Attamen o portentum stupore dignum! o rem sanguineis lacrymis deflendam! penitentiam fugiant, qui ob peccata perpetrata penitentia jugo subdi tenentur. Joannes, qui penitentia legibus non ligatur, arduam suscepit penitentiam, et nos, quibus penitendi onus incumbit, a penitentia abhorremus, penitentiam fugimus. Heu! quis hodie Joannis penitentiam imitatur? «Quis hodie, inquit Doctor Seraphicus, talen penitentiam facit? non in deserto, sed in amplis palatiis et lectis spatiosestissimis penitentem;

nostra penitentia sunt delicatissima vestimenta, non duo paria, sed plurima; non locusta, nec panis et aqua, sed fercula varia et vina dulcia et diversa: vere non est vera, sed falsa nostra penitentia, imo nec penitentia est nominanda ubi nulla sunt aspera, sed dulcia universa ». O peccatores, videte Joannem, audite Joannem, videte hunc angelum, qui licet purissimus et sanctissimus, gravi penitentia corpus suum affligit et identidem vobis ipsi dicte: Heu! si Joannes vir sanctissimus duram sectatus est penitentiam, quanto magis nos peccatores gravi penitentie incumbere debemus? Si vero Joannes non vos moveant exempla, ejus audite verba: audite hunc angelum in deserto clamantem: *penitentiam agite!* ejus monitis obtemperate et penitentiam asperam agite instas S. Joannis, qui licet esset angelus, dure tamen penitentie adhaesit. Postremo *Joannes est homo qui estimatur Christus et qui laudat Christum.*

## III PARS.

*Sanctus Joannes est homo, qui estimatur Christus et laudat Christum.*

Noverant omnes vicini et cognati Elisabeth, quod ipsa esset sterilis et aestate proiecta: didicerant pariter haud dubie, Gabrielem Archangelum Zacharie apparuisse, eique praedixisse, quod mulier ejus Elisabeth paritura esset filium, qui vocandus erat Joannes et qui magnus futurus erat coram Domino. Postquam igitur prophetiam veram esse probavit eventus, seu eam natus est Joannes, *mirati sunt universi* (Luc. 1), et de Joanne recente nato dicebant ad invicem: *quis putas, puer iste erit?* quis putas erit hic puer, qui natus est ex patre sene et matre sterili? quis putas erit hic puer, cuius nativitatem prænunciavit Archangelus Gabriel, assurserunt eum fore magnum coram Deo? quis putas erit hic puer, qui adhuc in cunis vagiens, muto parenti loquele usum mirabiliter restituit? nullus, quid de hoc

puero sentiret, clare manifestabat; omnes eum magnum fore crecebant et nonnulli eum esse Christum jam suspicabantur. Haec autem eorum opinio erovit, cum in deserto inhabitavit: Joannes enim adhuc puer desertum adiit: ibi baptismum penitentiae predicavit, ibique jejuniis, zelo quo ardebat et penitentia, qua suum gravabat corpusculum tantam sibi apud homines famam conciliavit, ut omnes eum esse Christum crederent: *existimante populo et cogitantibus omnibus in cordibus suis de Joanne, ne forte esset Christus* (Luc. 3, 15). Nec solus populus, etiam Scribe, Pharisei et viri docti Joannem esse Christum censerunt; unde solemnem ad eum miserunt legationem, ut ab eo inquirerent, quis ille esset, credentes, quod esset Christus: *querunt ab eo: tu quis es? tantus namque omnibus videbatur*, inquit S. Thomas a Villanova, *ut vix crederetur esse qui erat, sed Christus* (ser. 1 de S. Jo.). Legati ad Joannem missi ab eo non petierunt, an esset Christus; solammodo eum interrogaverunt, dicentes: *tu quis es?* Licet autem hi a Joanne non petierint, an ipse esset Christus? respondit tamen ille: *non sum ego Christus*. Cur Joannes se non esse Christum respondet, cum non ab eo petatur, an sit Christus? Sic respondet, quia spiritu propheticus noverat, quod qui illum interrogabant, eum esse Christum putarent; ideo ut ab eorum mente tolleret errorem, respondit se non esse Christum: *non sum ego Christus*. Et necesse fuit Joannem confiteri et asserere se non esse Christum, quia tanti fidelis apud Iudeos, ut ipsi eum esse Christum semper credidissent, nisi Joannes explicite se Christum non esse assurisset: Joannes, inquit Augustinus, *credebatur Christus et in illo errore populus moraretur, nisi ab illo confiteri corrigeretur* (ser. 2 de Sanct.). O magnam populi de Joanne opinionem! tanta enim ejus erat doctrina, mores tam sancti, vita adeo pura et portentosa, ut Christus putaretur, et eum esse Christum semper credidissent Iudei, nisi ille aperte dixisset: *non sum ego Christus*. Hoc Iudeorum de Joanne opinio magis increbuit in Jordane; ibi enim, ut loquitur sacer Evangelista Matteus, *Joannes habebat vestimentum de pilis camelorum, et zonam pelliceam*

*circa lumbos suos; essa autem ejus erant locustae et mel silvestre*. Tunc cibat ad eum Jerosolyma et omnis Iudea, et omnis regio circa Jordane, et baptizabantur ab eo in Jordane, confitentes peccata sua (Matt. 3). Cur tot populi ad Joannem secus Jordane morantes currunt? cur ab eo baptizari volunt? cur ei peccata sua confitentur? ratio est, quia sunt tanti faciebant, ut eum Christum esse autumarent. In qua opinione magis confirmatis sunt, cum Christum ab eo baptizari viderunt; tunc enim non Christum esse Christum, sed Joannem esse Christum et Messianum a Deo missum crediderunt. Unde Pater aeternus Spiritum Sanctum sub columba specie supra Christi caput misit, dicens: *hic est filius meus dilectus* (Matt. 3); quasi diceret: ne amplius credatis Joannem esse Messianum promissum; ne putetis, Joannem esse Christum et Filium meum; non quidem Joannes filius meus, verum ille supra quem descendit Spiritus Sanctus: *hic est filius meus dilectus*. Addit sanctus Joannes Damascenus, quod si Spiritus Sanctus sub columba figura non descendisset supra caput Christi, Joannem, potius quam Christum, Filium Dei esse populus credidisset, et omnes arbitrii fuissent has voces, *hic est filius meus dilectus*, non de Christo, sed de Joanne intelligendas esse: arbitrii essenti ad Joannem spectare vocem illam: *hic est Filius meus dilectus* (ser. de Transf.). O quam magna de Joanne apud populum opinio! o magnam etiam sancti Iujus Praecursoris sapientiam, qui dum a populo Christus et Messias estimatur, nulla inflatus superbia Christum laudat! Sacer enim textus de Joanne ait, quod crederebatur ipse Christus: *existimante autem populo et cogitantibus omnibus in cordibus suis de Joanne, ne forte ipse esset Christus*. Mox autem subdit sacra Scriptura, Joannem hac populi opinione minime superbitisse, imo Christum laudasse, tum ab ejus baptismo, tum ab ejus persona. Christum laudavit Joannes ab ejus baptismo, dicens: *ego quidem aqua baptizo vos, sed ipse vos baptizabit in Spiritu Sancto et igne*; perinde ac si diceret: vos me estimatis a baptimate quo vos ablvo; veniet Christus, qui vos baptismo nobiliore et efficaciore lavabit: meus namque baptis-

mus est solum in aqua ad ablenda corpora et in signum penitentie; Christi baptismus ad animas pertinet, quas gratia et Spiritus Sancti igne replebit. Christum ejam laudavit Joannes a persona, dicens: *veniet autem fortior me, cuius non sum dignus solvere corrigiam calceamentorum ejus*; videbet, vos me pluries facitis, meque Christum esse creditis; velim sciatis infinitam intercedere distantiam inter illum et me: tanta enim Christi sunt virtutes, tanta perfectiones, tantaque ejus magnitudo, ut indignus sim fieri servus servorum ejus, ac corrigit calceamentorum ejus solvere. O magnum Joannis virtutem! o pereximam sapientiam Iujos sancti Precursoris, qui dum Christus estimatur, Christum laudat, ejusque perfectiones praedicat! O utinam nos eodem accenderemur spiritu! Utinam cum ab hominibus laudamur, superbia non tumesceret cor nostrum, ac potius lingua nostra in Dei laudes prouumperet! Maximum subest periculum ei qui laudatur, ne in superbiam incidat et in laqueum diaboli; *periculosum est honorantium favore demulceri* (Beda in c. 6 Marc.); ideo cum ab hominibus laudamur, protinus ad Deum laudandum mentes et ora nostra convertamus; illumque laudemus, cui soli debetur omnis honor et gloria. Si aliquod opus bonum peragimus, Deum laudemus, qui operatur in nobis velle et perficere (ad Philipp. 2). Si aliqua perfectio in nobis eluceat, Deum laudemus, a quo est omne bonum et omne donum: *omne datum optimum et omne donum perfectum deservit est, descendens a Patre luminum* (Jac. 1). Non simus similes Oziae, qui plurimis a Deo acceptis beneficiis, non eum laudavit, at in superbiam incidit: *elevatum est cor ejus* (2 Par. 26); regium imitemur prophetam, qui semper effundendis Dei laudibus incubuit: *benedicant Dominum in omni tempore*. Vei potius imitemur Baptistam, qui ab hominibus laudatus, eorum laudibus nil prouersus incantatus, nec inflatus, Christum Dominum semper laudavit et praedicavit. Incantatricibus similiter hominum laudibus ne fascinemur; laudes hominum ei quidquid in nobis laudabile reperitur ad Deum referamus, cui debetur omnis honor et gloria. Laudemus Deum in hoc mundo; et in aeternum eum laudabimus, eoque fruuenmur in gloria. Amen.

## DE SANCTO PETRO

## CONCIO UNICA.

*Tu es Petrus et super hanc petram edificabo Ecclesiam meam* (Matth. 16).

Oratoribus nonnunquam ita sterilia, ingrata et ignota pertractanda sese offerunt subjecta, ut multa exocgitare, multa adinvenire, multaque ad supplendum materie sue defectui e penu suo promere cogantur. Ad has quidem hodie non adigor angustias; nec est, quod de suscepto tenacitate et sterilitate conquerar materie, cum ita abundans, opulentum, ac magnificum sit subjectum, quod pre manus habeo, ut nodum exauriri, verum ne digno quidem sermone quomodoconque attungi valeat. Reu! quis S. Petrum, apostolorum principem, Christi in terris Vicarium, eoque clavicularium dignis prosequi possit laudibus? quis enarrare queat, quam amara ejus penitentia, quam generosa ejus fides, quam ardens ejus zelus, et quam ejus orga commissum sibi gregem vigilans et laboriosa fuerit solicito? quis calamo lustrare valeat omnia loca, que ducente Christi spirita, sanctus hic peragravit apostolus; simulque delineare zelum salutis animarum, quo semper exarsit, amoris divini flammis, quas ubique sparsit, ac mirabilia gesta, que undequaque est operatus? quis tandem portentosa, que edidit: miracula, innumeris que ejus ministerio contigerunt animarum conversiones; necnon ardua, que adversus pseudoprophetas idololatras et infideles pro Dei gloria suscepit certamina digne posset explanare? meam equidem hac in parte tenuitatem fateor; cumque pereximas et inumeras, que in apostolorum primate eluent, perfectiones inspicio, protinus suscipio, et itidem timeo, ne tam sublimi et abundante obruar

mus est solum in aqua ad ablenda corpora et in signum penitentie; Christi baptismus ad animas pertinet, quas gratia et Spiritus Sancti igne replebit. Christum ejam laudavit Joannes a persona, dicens: *veniet autem fortior me, cuius non sum dignus solvere corrigiam calceamentorum ejus*; videbet, vos me pluries facitis, meque Christum esse creditis; velim sciatis infinitam intercedere distantiam inter illum et me: tanta enim Christi sunt virtutes, tanta perfectiones, tantaque ejus magnitudo, ut indignus sim fieri servus servorum ejus, ac corrigit calceamentorum ejus solvere. O magnum Joannis virtutem! o pereximam sapientiam Iujos sancti Precursoris, qui dum Christus estimatur, Christum laudat, ejusque perfectiones praedicat! O utinam nos eodem accenderemur spiritu! Utinam cum ab hominibus laudamur, superbia non tumesceret cor nostrum, ac potius lingua nostra in Dei laudes prouumperet! Maximum subest periculum ei qui laudatur, ne in superbiam incidat et in laqueum diaboli; *periculosum est honorantium favore demulceri* (Beda in c. 6 Marc.); ideo cum ab hominibus laudamur, protinus ad Deum laudandum mentes et ora nostra convertamus; illumque laudemus, cui soli debetur omnis honor et gloria. Si aliquod opus bonum peragimus, Deum laudemus, qui operatur in nobis velle et perficere (ad Philipp. 2). Si aliqua perfectio in nobis eluceat, Deum laudemus, a quo est omne bonum et omne donum: *omne datum optimum et omne donum perfectum deservit est, descendens a Patre luminum* (Jac. 1). Non simus similes Oziae, qui plurimis a Deo acceptis beneficiis, non eum laudavit, at in superbiam incidit: *elevatum est cor ejus* (2 Par. 26); regium imitemur prophetam, qui semper effundendis Dei laudibus incubuit: *benedicant Dominum in omni tempore*. Vei potius imitemur Baptistam, qui ab hominibus laudatus, eorum laudibus nil prouersus incantatus, nec inflatus, Christum Dominum semper laudavit et praedicavit. Incantatricibus similiter hominum laudibus ne fascinemur; laudes hominum ei quidquid in nobis laudabile reperitur ad Deum referamus, cui debetur omnis honor et gloria. Laudemus Deum in hoc mundo; et in aeternum eum laudabimus, eoque fruuenmur in gloria. Amen.

## DE SANCTO PETRO

## CONCIO UNICA.

*Tu es Petrus et super hanc petram edificabo Ecclesiam meam* (Matth. 16).

Oratoribus nonnunquam ita sterilia, ingrata et ignota pertractanda sese offerunt subjecta, ut multa exocgitare, multa adinvenire, multaque ad supplendum materie sue defectui e penu suo promere cogantur. Ad has quidem hodie non adigor angustias; nec est, quod de suscepto tenacitate et sterilitate conquerar materie, cum ita abundans, opulentum, ac magnificum sit subjectum, quod pre manus habeo, ut nodum exauriri, verum ne digno quidem sermone quomodoconque attungi valeat. Reu! quis S. Petrum, apostolorum principem, Christi in terris Vicarium, eoque clavicularium dignis prosequi possit laudibus? quis enarrare queat, quam amara ejus penitentia, quam generosa ejus fides, quam ardens ejus zelus, et quam ejus orga commissum sibi gregem vigilans et laboriosa fuerit solicito? quis calamo lustrare valeat omnia loca, que ducente Christi spirita, sanctus hic peragravit apostolus; simulque delineare zelum salutis animarum, quo semper exarsit, amoris divini flammis, quas ubique sparsit, ac mirabilia gesta, que undequaque est operatus? quis tandem portentosa, que edidit: miracula, innumeris que ejus ministerio contigerunt animarum conversiones; necnon ardua, que adversus pseudoprophetas idololatras et infideles pro Dei gloria suscepit certamina digne posset explanare? meam equidem hac in parte tenuitatem fateor; cumque pereximas et inumeras, que in apostolorum primate eluent, perfectiones inspicio, protinus suscipio, et itidem timeo, ne tam sublimi et abundante obruar

materia. Quod ne fiat, dirimum supplices postulamus auxilium, mediante Dei Genitricis Mariae. Ave.

Sanctus Petrus, dum inter homines versaretur, fuit penitens, praelatus et apostolus. Fuit penitens; *fleuit amare*: fuit praelatus; *tu es pastor oviū*: fuit apostolus, necnon inter apostolos primus; *princeps apostolorum*. Illustris ille penitens torrente lacrymarum suravit crimina; supremus hic Ecclesiae presul supra alios praelatos fuit sublimatus, et dignus hic apostolus ardentissimo erga magistrum suum Christianum fuit amore succensus. Unde, ut aliquo ordine magnalia Petri elucidanda suscipiam, illum inspicio, ut penitentem contrastatum, qui propria deflet criminis; ut sumnum Pontificem, qui toti preest Ecclesia et ut apostolorum zelantissimum, qui Christum Salvatorem summopere diligit. Videamus ergo lacrymas, elevationem et amorem sancti Petri. Videamus 1. lacryma hujus penitentis; 2. elevationem hujus praelati; 3. amorem hujus apostoli. Lacryma Petri, ut penitentis: elevatio Petri, ut praelati; et amor Petri, ut apostoli; en tres hujus concionis partes.

## I PARS.

*Petri penitentis lacrymae.*

Peccaverat Petrus; qui vero extiterat peccator, ut penitens, omniumque penitentiam exemplar mirificum. Penitentiam ejus nimis, quibus proprium corpus afflictavit, testantur mortifications; eamque evidenter manifestant lacrymae, quas fudit prompte, quas fudit amare, quas fudit diu. Minime credendum, Petrum esse penitentiam delicatum, qui austerae penitentiae onera fugiat; penitentia enim fortiter incumbit, sicut vera penitens, qui ut perpetratum deleaf crimen 1. flet prompte; 2. flet amare; 3. flet diu.

1. Peccatores raro ad penitentiam prompte advolant, tardant potius converti ad Dominum ac de die in diem ad illum

per penitentie viam reverti different: dicunt cum Pharaone: *cras, cras*; vel cum latrone suam usque ad mortem penitentiam procrastinat. Petrus autem non obdormivit in peccato, nec illud salutaris penitentiae lavacro abluere distulit; non dixit, *cras, cras*; non dixit: nondum advenit penitendi tempus; non dixit: intra aliquod tempus, vel circé vite mea finem me peccasse penitebit, neque ad Deum totaliter convertam; immediate post Petri culpam successit Petri penitentia; peccavit Christum negando et statim flevit penitent; vixque negare desierat Petri lingua, cum ad dilundam negationis maculam iustitiae et sacri baptismatis virtutem habentes lacrymas oculi ejus abunde effuderant. Adhuc loquebatur Petrus: *adhuc eo loquente* (Luc. 22); nondum loqui cessarat, vixque postrem negationis ultime pronunciaverat accentus, cum illum respexit Christus et protinus in lacrymas prorupit, et *corpi flere* (Marc. 14). Verum est, inquit sanctus Ambrosius, non flevisse Petrum prima vice, quia magistrum negavit, quia nondum misericordibus sum Christus resperxerat oculis: *negavit primo Petrus et non flevit, quia adhuc non resperxerat Dominus* (in c. 22 Luc.). Propter eandem rationem non flevit Petrus, mox ut Christum secundo negavit: *negavit secundo Petrus et non flevit, quia adhuc non resperxerat Dominus*. Cum tertio negavit Petrus, illum respicere dignatus est Christus et statim tactus dolore cordis intrinsecus, copiosissime flevit: *negavit tertio: resperxit Jesus et ille amarissime fleuit*. Rerum Plinius, nonnulla in Phrygia videri saxa, quae cum irradiantur a sole, crebras statim emitunt aquae guttas, veluti si solis aspectu ad lachrymandum moverentur. Durum quidem et quasi saxum fuit Petri cor cum benefactorum suum, Creatorem suum et Dominum suum negavit; tamen cum sol justitiae Christus eum benigne aspergit, ac gratiae sua radiis illustravit, lapideum ejus cor statim dolore fuit contritum, ejusque oculi in fontes aquarum mox eruvero: *convertit petram in stagna aquarum et rupem in fontes aquarum* (Ps. 113). Petrus nequam est imitatus protoparentem nostrum Adamum, qui post peccatum procul

abfuit quin statim fleverit, ac penitentiam suscepit, quinimo latere et a facie Dei fugere conatus est; Petrus vero absque illa mora flevit et ad Deum conversus est: *ille, inquit S. Maximus, tamquam reprehensus, festinat ad latebras; hic tamquam emendatus, prorumpit ad lacrymas* (ho. 9 de neg. Pet.). Dum autem Petrus tamquam veru penitens suum lapsum prompte delet, ut penitens perfecte contritus *flet amare.*

2. Ad exprimendam mirabilem oculorum Dei virtutem, lucidissimum Thraces pingebant solem, ex quo tres radii prodibant; quorum unus mortuum irradians ad vitam revocaret; alter duram illuminans rupem, eam in minutissima fragmenta contereret; tertius nivis montem pertingens, illum liquefaceret. Praeclare ac ingeniose huc picture haec verba supposuerunt: *oculi Dei ad nos, ut indicarent, his similes esse effectus, quos in nobis oculi Dei causant.* Et revera tres ex Christi, solis justitiae oculis exiere radii, qui similes causarunt effectus. *Primo radio* Paulum illuminavit, eumque in peccati mortuum suscitavit; *secondo* Matthæum in telone sedentem et instar lapidis induratum contrivit: *tertio* Petram nive monte frigidore, in ubere lacrymarum imbreu resolvit: Christus enim Petrum respexit, qui oculus Christi, quasi lanceis, transfixus, de peccato doluit, atque amaras, seu ex cordis amaritudine manantes lacrymas copiose fudit: *egressus foras, flevit amare.* Sieut enim columba suo masculo orbata continue gemit, ita Petrus, qui filius columba nuncupatur, agnoscens, se Christum sponsum anima sua per peccatum amisisse, statim ingenuit et amare flevit: *egressus foras, flevit amare* (Matt. 26). Narrat S. Evangelista Matthæus peccatum Petri et amaras lacrymas, quas ad illud delendum effudit. Sedebat, inquit, Petrus foris in atrio principis sacerdotum: et accessit *ad eum una ancilla, dicens: et tu cum Jesu Galileo eras; at ille negavit coram omnibus, dicens: nescio quid dicas.* Exente autem illo januam, vidit eum alia ancilla et ait his qui erant ibi: *et hic erat cum Jesu Nazarenus; et iterum negavit cum iuramento: quia non novi hominem.* Et post pusillum accesserunt, qui stabant et dixerunt Petro: *vere et tu ex illis*

*es; nam et loqua tua manifestum te facit.* Tunc ceperit detestari et jurare, quia non novisset hominem (Matt. 26). Ecce Petri peccatum; atvero immediate post lapsum, Christi oculis et Dei gratia illustratus, suam agnovit miseriarn, factique penitens, egressus est extra atrium principis sacerdotum, ibique amaras fudit lacrymas: *egressus foras, flevit amare,* et ut ait D. Augustinus, *amarissime flevit* (ser. 66 de temp.). Tanta lacrymarum Petri fuit amaritudo, ut ex acritudine et multitudine earum oculi illius facti sint rubicundi et quasi sanguinolenti. Imo, ut ait S. Clemens, in genis Petri apparuerint violenta quadam impressiones et profundi quidam sulci, per quos, quasi per quosdam canales aut aqueductus lacrymae ejus defluebant. Fatendum ergo, quod Petrus amare et amarissime fleverit, *ac flevit etiam diu.*

3. De eo sit S. Marcus Evangelista, quod dñe cooperit: *cepit ftere* (Marc. 14); non tamen dicit, quod aliquando ftere desierit, quia toto vita sua tempore ftere non destitit, ita quod singulis diebus, cum perpetrati recordaretur criminis, in amaras lacrymas prorumperet. Et ut assorit S. Clemens papa, non solum fhebat per diem, verum eam contraxerat consuetudinem, ut singulis noctibus a primo gallorum cantu usque ad horam matutinam fleret. Unde cum psalte regio merito dicere poterat: *fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte* (Ps. 41); erant etenim lacrymæ quotidianus ejus panis, quia ftere non cessabat. Peccaverat negando et paccatum ablitum flendo; peccaverat in uno loco et flevit ubique; peccaverat brevissimo temporis intervallo et flevit semper: *semel negavit, semper flevit* (S. August.). Lacrymæ sunt externa interni doloris indicia: *lacrymæ testes sunt doloris*, ait Augustinus (hom. ult. ex 50); ac dicit Seneca (ep. 64); *per lacrymæ dolor ostendimus.* Gravissimum autem esse dolorem suum lacrymis manifestavit Petrus, qui non brevissimo tempore, verum diu, imo et semper flevit; nam ad ultimum usque vita sua terminum ftere non destitit. Unde non secus ac D. Paulus dicere potuisse: *tristitia mihi magna est, et continuus dolor cordi meo* (Rom. 9); *tristitia enim et dolor ejus fuere continui et*

personæ, cum usque ad mortem amare et quasi semper faverit: *semel negavit, semper flevit.* O Petre, ut quid tandem tuos producis fletus? ut quid tua tandem perennant lacrymæ? num tota vite tempore maculam uno quasi momento contractam lavare debes? num te latet, Deum esse patrem misericordiarum, qui a peccatoribus tam austera, tamque diuturna non exigit penitentiam? itaque, o Petre, cur te semper poenitentib[us] peccati, quod, ut primum flere copisti, per Dei misericordiam deletum est? occur lacrymis lavas peccatum jam totaliter latum? ceterum procul dubio die Pentecostes in gratia fuisti confirmatus; idecirco a lacrymis temperare oportet; superest quod gaudes de certitudine salutis quin propter jam condonatum crimen tandem plores. Ecco carnis et mundi rationes, quibus forte aures præberet alius a Petro; at S. huic apostolo tantus de perpetrato crimine dolor inest, ut si aeternum in hoc mundo viveret, aeternum illud detestaretur, semperque in ejus detestatione amare fletet. Scit se brevissimo temporis intervallo peccasse; attamen diuturnis lacrymis crimen suum expiare peroptat. Se semel peccasse novit et vult semper ponitere. Se a Deo gratiam impetrasse, sequit in gratia confirmatum non ignorat; se autem Deum graviter offendisse semper recordatur; ideo propter injuriam Deo suo interrogatam usque ad mortem lacrymas fundere non desinit: *semel negavit, semper flevit.* O quot Petrum sequuntur peccantem! quam pauci vero Petrum imitantur penitentem! *Toties negamus, quoties peccamus,* inquit S. Augustinus; tamen licet innumeri Christum negent cum Petro, nullum ferre reperire est, qui cum Petro vera penitentiae lacrymas profundat. Permulti tot et tantis rei sunt criminibus, ut ad veniam obtinendam sanguineas emittere deberent lacrymas, et tamen nec unicum penitentiae lacrymam effundunt; peccare sciunt et ftere nesciunt: *nesci ftere, qui flenda committit, et cum ipso sit lacrimabilis, non habet culpe lacrymas sue* (serm. 7 in Psal. 118). O peccator, si peccasti, ftere debes, ut peccata tua expuges: *ftere debemus, fratres, peccata que commisimus. Iste fletus sit panis noster, quem*

*die ac nocte comedere debemus* (S. Augst. serm. 11 ad fr. de er.). Heu! si scirent peccatores, quanta vis et quanta virtus sit lacrymarum, certe die ac nocte lacrymas profunderent. Scitote, inquit S. Augustinus, unicam lacrymam ex corde contrito manantem habere virtutem extinguendi totum inferni ignem: *omnes aquæ non extinguerent unicam scintillam in inferno; sed si una lacryma de puro ei contrito corde processerit, totum ignem inferni extinguit* (in Psal. 94). O peccator, si peccata tua defles in hoc mundo, numquam igne cruciaberis in inferno. Propterea si peccasti cum Petro, plora simil cum illo, plora prompte, plora amare, plora dum cunus sancto apostoli. Postquam vero Petri penitentis lacrymas sumus contemplati. *Petri, ut prælati, elevationem admiremur.*

## II PARS.

*Petri, ut prælati, elevatio.*

Petrum fuisse prælatum omni exceptione majorum omnis terra proclamat; ut autem ejus celitudinem et elevationem maijore perspicuitate explicare valeam, eum inspicio respectu urbis Romæ, in qua thronum suum collocavit; respectu totius Ecclesiæ, cui gloriose præfuit, et respectu totius orbis terrarum, quem illuminavit, et sub his omnibus respectibus maxima patet sancti illius prælati celitudo: quia fuit 1. urbis Romæ gloria; 2. Ecclesiæ Christi fundamentum; 3. mundi totius lumen.

1. Non modicum ad urbis Romanae decus et honorem contribuisse censem. Casar Augustus, et quod ex latere et into constructas domos in magnifice commutaverit palatia: *gloriabatur marmorean se reliquisse, quam lateritiam accipisset* (Sveton.). Jamvero ad almae hujus urbis gloriam magis contulit Petrus, qui, destructis deorum templis, omnique eliminata idolatria et superstitione, in ea catholicam religionem institutus; samque fidei centrum, flagellum paganismi, totiusque

orbis Ecclesiastici dominam et principem efficit. Verum est, quod anto Petri adventum Roma esset omnium totius mundi urbium florentissima: imperii namque sui fines ex parte orientis usque ad Euphratrem, ex parte occidentis usque ad Oceanum, ex parte meridie usque ad Africæ terminos et ex parte septentrionis usque ad Danubium dilataverat, et ut ait Strabo, *orbem universum, paucia exceptis, subjecerat.* Magna quidem extitit temporalis haec urbis Roma elevatio; cum autem in eam thronum suum spiritualem transtulit Petrus, longe famosior et illustrior evasit: tunc vere totius mundi prima et caput effecta est: tunc, ut ait S. Leo, ipsa per Petrum longe ultra terminos a Cesariis positos dominationem suam dilatavit: *per sacram Petri fidem caput orbis effecta, latius presides religione divina, quam dominatione terrena* (Serm. Ss. Pet. et Pauli). Antequam in urbe Roma suum Petrus collocasset solium, totum florentissimum illius urbis decus idolatria et horrendis aliis quibus scatabant vitiis, penitus deturpabatur. Verum est, quod esset Roma triumphans; at erat etiam Roma gentilis, Roma impia, Roma idolis serviens, omnibusque fere vitiorum generibus indulgens. Petrus adveniens, per se et per successores suos, turpes illos, quibus urba Roma dedecrabatur, delevit infamia characteres: idolatriam enim totally extirpavit, amandavit paganismum, idola subvertit, idolorum fama in Ecclesiæ convertit, in ea catholicam religionem instituit, eamque puram, sanctam, ac omnibus populis venerabilem efficit; in eo et religione catholica illius gloriam et potentiam ultra terminos per Cesares definitio, longius dilatavit: *latius presides religione divina, quam dominatione terrena.* O magna urbis Roma gloria, que adhuc gloriosior et florentior efficitur, dum per S. Petrum potentiam suam usque ad celos dilatat: Petro enim Romani ingredienti, ipsa habuit claves regni colorum, que S. Iude Apostolo dante erant: *tibi dabo claves regni colorum.* Antequam Romanum Petrus veniret, eo nempe tempore, quo urbs illa famosissima ubique victrix erat et triumphans, advolabant undique cives, qui ut se Romano subdi imperio testarentur, urbium suarum claves

Cesariis offerebant. Magna quidem haec urbis Roma gloria; ego autem fiderem asseram, majorem adhuc ei Petrum attulisse gloriam, quia per Petrum habuit claves regni colorum, ejusque potestas usque ad celum dilatatur: *tibi dabo claves regnum colorum* (Matt. 16). Sanctus ergo Petrus est prelatus, cuius magna est elevatio, quia fuit urbis Roma gloria: *ac etiam quia fuit Ecclesie Christi fundamentum.*

2. Dixit enim ei Christus: *tu es Petrus, et super hanc petram edificabo Ecclesiam meam* (Matt. 16); quasi diceret: o Simon, volo, quod in posterum voceris Petrus, quodque Ecclesiae mee sis petra fundamentalis: o Petre, meæ voluntatis est, quod mecum totius Ecclesiae sis fundamentalis, noui quidem primarium, quod mihi soli competere potest; eris tu fundamentum secundarium, quam dignitatem tibi soli concedam. Sic Christum loquentem inducit S. Leo, sequentibus verbis: *ego petra, ego fundamentum: tamen tu quoque petra es, quia mea virtute solidaris, ut que nisi potestate sunt propria, sint tibi mecum participatione communia* (ser. 3 de S. Petri). Cum venisset Jesus in parte Cesareae Philippi, interrogavit discipulos suos, dicens: *quem dicunt homines esse Filium hominis?* Responderunt, quod ab aliquibus Joannes Baptista, ab aliis Elias et ab aliis Jeremias, aut unus ex prophetis esse crederetur. Christus vero apostolos deinde alloquens, dixit: *vos autem quem me esse dicitis?* Nomine omnium respondit Petrus: *tu es Christus Filius Dei vici* (Matt. 16). Mirabilis haec fuit Petri confessio; mirabilior autem extitit Petri confitentes remuneratio: cum ob hujusmodi confessionem sit effectus totius Ecclesiae fundamentum. Dixit enim Christus: o Petre, quia me Christum Dei Filium confessus es, *ego dico tibi: quia tu es Petrus et super hanc petram edificabo Ecclesiam meam.* Quanta Petri gloria, quanta merces, quod a Christo constitutes sit fundamentum illius Ecclesie, contra quam inferni portia prevalere nequeunt; illius Ecclesie, quam ut sponsam dilexit et quam proprio sanguine irrigavit; illius tandem Ecclesie, que omnium apostolorum, martyrum, virginum et aliorum sanctorum, qui in ecclesiis regnant, mater agnoscitur:

*mercedem Petro dat magnam*, inquit Theophylactus, *quia super eum edificavit Ecclesiam* (in c. 16 Matth.). Magna itaque ad Petrum spectat gloria et elevatio, tamquam universalis Ecclesie fundamentum; magna etiam ejus dicenda elevatio, *quia totius orbis terrarum fuit lux*.

3. *Vero quidem fidelis quisque animarum pastor, lux mundi vocari potest, omnibusque bonis animarum pastoribus dici potest: vos estis lux mundi*: verum sicut stella differt a stella in claritate, ita inter Petrum et alios pastores, ratione lucis, magna est differentia: de aliis enim predicatur, quod fuerint veluti faces accense, vel quasi fulgentes stelle, quibus illustratus est mundus; sanctus Petrus fuit quasi sol, qui virtutum et meritorum suorum radius totum terrarum orbem illuminavit: *luminare majus fuit Petrus* (Dionys. Car. ser. 3 de Apost.). Alii prelati luminaria parva et minora extiterunt; at omnium luminarium maximum exxit Petrus, qui quasi sol et quasi luminare majus, universum mundum irradivit. In mundi creatione fecit Deus duo luminaria magna: unum, ut praeesset diei, et aliud, ut praeesset nocti. Ex his autem duobus magnis luminaribus unum est alio majus, scilicet sol, qui diei praesest, et aliud est minus, videlicet luna, que praesest nocti: *fecitque Deus duo luminaria magna: luminare majus, ut praeesset diei, et luminare minus, ut praeesset nocti* (Gen. 1). Duo haec luminaria in sensu mystico explicans sanctus Bernardus, sit, per ea significari sanctos apostolos Petrum et Paulum, qui duo maxima Ecclesie catholica lumina extitere: *isti sunt duo magna luminaria, quae Deus in corpore sue Ecclesie constituit*. Quem vero ex his duobus *luminare majus* vocabimus; quem ex iis solem esse dicemus? Petrum utique, ut ait sanctus Joannes Chrysostomus: *praest Petrus sol diei Circumcisiorum, Paulus luna nocti praeputii* (in c. 2 ep. ad Gal.). Ideo, inquit, sanctus Petrus dicendus est sol, quia praefuit diei Circumcisiorum; seu quia illuminavit populum Iudaicum, qui erat circumcisus; S. Paulus dicendus est luna, quia praefuit nocti praeputii, seu quia illuminavit Gentiles, qui incircumcis erant et qui in tenebris erroris et infidelitatis deg-

bant. Ecce praeclaram rationem, ob quam S. Petrus dicendus est sol. Aliam proposito nostro idoneam adducit Dionysius Carthusianus, dicens: *luminare majus fuit Petrus, quoniam major exxitus Paulo potestate prælatice et jurisdictione* (Ubi sup.), *sen quia fuit prælatus majoris elevationis et jurisdictionis*. O magnam Petri gloriam! o sublimem hujus apostoli elevationem! Quanto autem sublimior, tanto a nobis magis honorandus est. Omnes sacerdotes Deus honorare jubet: *in tua anima tua, inquit, time Dominum et sacerdotes illius sanctifiea*. In omni virtute tua diligere eum qui te fecit et ministros ejus ne derelinquas. Honora Deum ex tua anima tua et honorifica sacerdotes (Eccli. 7, 31); ecce preceptum de colendo Deo ter repetitum, totiesque his verbis sacerdotes colere præcipitur; ut intelligent omnes, post Deum honorandos esse sacerdotes, qui etiam, licet mali sunt honorandi: *quamvis mali sint sacerdotes, non sunt contemnendi, sed in eis venerandus est ille et colendus, cuius sunt sacerdotes* (S. Pasch. in c. 4 Jérém.). Cum ergo omnes sacerdotes sint honorandi, quanto majori veneratione dignus consensus sanctus Petrus, qui fuit summus sacerdos et prælatus toti Ecclesie præpositus? quanto magis venerari debemus sacerdotem sacerdotum Petrum, qui fuit urbis Romæ gloria, Ecclesie fundamentum et totius mundi lux? Eum venerati sunt ali apostoli, illum venerata est regina apostolorum Dei Genitrix Maria, quæ illum Patrem et pastorem suum vocabat (Adad. c. 8 Apoc.): honoremus et nos lumen prelatum, cuius maxima fuit elevatio. *Petri etiam erga Christum maximus fuit amor*.

## III PARS.

*Petri Apostoli erga Christum amor.*

Omnes apostoli, uno Iuda excepto, Christum Dominum dilexere, cum pro ejus amore omnia reliquerint, vitam laboriosam suscepserint, et gloriose martyrio occubuerint. In S. Petri

erga magistrum et Deum suum amore quid specialius et eminentius eluet; quippe quia eum amavit 1. amore ardentissimo; 2. amore generosissimo; 3. amore observantissimo et reverentissimo.

1. Ter a Petro petit Christus, an ipsum diligenter, *Simon Joannis diligis me?* (Joan. 21). Respondit semper Petrus quod illum diligenter: *tu scis Domine quia amo te.* Jamvero, o Petro, qualis et quantus est ille amor, quo Christum prosequeris? Respondet sanctus Chrysostomus, amorem Petri fuisse ferventissimum, nullumque alium apostolum tanto, quanto Petrum erga Christum amore exarsisse: *nemo ita ut Petrus Iesum amabat* (rom. 2, hom. 51). Et S. Paschalias S. Petrum alias apostolis in fide firmiores et charitate ferventiores exitisse proclamat: *Petrus ferventior fide et charitate* (l. 12 in Matth.). Quam ardens Petri erga Christum fuerit amor, multipliciter apparuit, potissimum autem cum Christus apostolis predixit, quod unus ex eis ipsum traditurus esset: *unus ex vobis tradet me, qui manducat mecum* (Marc. 14, 16). Dixit Christus, quod unus ex eis ipsum proderet, proditorum non manifestavit; cur, quiso, vulgare noluit perfidum Judam fore hunc proditorem, a quo prodendus erat? Respondet Doctor Angelicus, quod apostolos in proditoris cognitionem Christus adducere noluerit, quia si Petrus eum novisset, haud dubio illum occidisset; tanto enim Christum amore prosequebatur Petrus, ut Judam occidisset, si illum Christi futurum proditorem praeconisset: *ita fervidus in amore Christi erat Petrus, quod si pro certo sciisset, Judam fuisse Christum traditum, statim occidisset eum.* O ardentissimum Petri erga Christum amorem: *quem dilexit etiam amore generosissimo.*

2. Sanctus Petrus natura sua animosus erat, ac in omnibus ejus actionibus magnitudo quedam animi, magna quoque cordis elucebat generositas; sive enim operaretur, sive patretur, sive amaret, haec omnia eum ingenita quadam animi generositate periebat. Ejus generositas maxime enitiuit in amore quo Christum prosecutus est; fervidumque hunc ei manifestavit

amorem, cum palam protestatus est, quod pro illius amore carceris ignominiam et mortis supplicium subire paratus esset: *Domine, tecum paratus sum et in carcерem et in mortem ire* (Luc. 22, 33). O Petre, attende ad verba tua; vide, quid Christo pollicearis, facile tibi est promittere, stare promissi tibi difficillimum erit; nil Petro videtur difficile, ut sumi in Christum testetur amorem; tamque ardente in Magistrum inflammatur Petrus amore, ut illo successus difficilia quevis imo et quasi impossibilita aggredi et perficere promittat: *multa charitas animosum eum reddidit, ut pollicetur, que sibi tunc quasi impossibilita* (Theoph. in 22 Luca.). Quam vero generosus fuerit Petri erga Christum amor non verbis solum et promissi, etiam factis multis constat; et precipue ex hoc quod Christi patrocinium in horto Getsemani suscepit; quid enim generosus, quam quod ipse solus, rubiginoso quodam gladio armatus, trecentos circiter armatisimos satellites aggreditur, uniusque ex eis auriculam praecidat; advertit Petrus, trecentos esse qui adversus Christum armati accedunt; novit, eos infensissimos esse Christi et discipulorum eius hostes; prohe seit, huiusmodi homines minas et mortem spirare; videt, quod contra tot satellites nullo modo prevailere possit; quodque si unum percutiat, omnes haud dubie in ipsum irruent; tamen amore ita generoso Christum diligit, ut unus contra trecentos insurgat satellites et gladio, quem casu gestabat, unum ex his percussat. *Malchum percussit eodem mentis ardore, quo cetera faciebat* (Chrysost. in c. 20 Matth.). O generosissimum Petri erga Christum amorem: *quem dilexit etiam amore observantissimo.*

3. Cum vera amicitia sit inter pares, qui alios sibi superiores amant, amori suo reverentiam adjungere, seu illos amore quodam reverentiae diligere debent, quia, inquit Doctor Angelicus, *cuilibet dignitati debetur reverentia* (D. Thom., opusc. 9); et ut sit Hugo a sancto Victore, *amor sine reverentia puerili judicari debet* (*de institut. novit.* 5). Petrus autem Christum amore observantissimo dilexit, tantaque amori ejus adjungebatur reverentia, ut prie humilitate nec in conspectu

ejus remanere auderet. Unde mirabiliter facta piscium capture, coram Christo procumbens, dixit: *exi a me, quia homo peccator sum* (Luc. 5, 8). Christum ardentissime diligens Petrus, tanta signum observantia, tantaque erga illum se gerebat reverentia, ut se hominem infirmum et peccatorem, necnon Christi conversatione penitus indignum fateretur: *multa reverentia Petrus rogat Iesum, ut navi excedat, peccatorem seipsum dicens et indignum illius conversatione* (Teoph. in c. 5 Luc.). Multis aliis in adiunctis Petrus se Christum amore observantissimo diligere testatus est, ac praincipi in morte, cum cruci versis in celum pedibus affigi voluit. Ut enim ait Richardus a sancto Laurentio, *ubi amor, ibi oculi* (de laud. Virg. 4); ideo Petrus, qui summopere Christum amat, pedibus sursum et capite deorsum crucifixi voluit, ut oculos in celum, ubi erat Christus, quem dilgebat, haberet intentos. Insuper crucifigi voluit capite deorsum verso, ut hoc supplicio, se Christum amore observantissimo diligere testaretur: *tantum Christi gloria dedit, ut inversus Christum honoraret vestigia* (S. Ambri., ser. 20 in psal. 118). Christum ita dilexit Petrus, ut pro illius amore crucis supplicium ambierit et libentissime passus sit; hic autem Petri amor tanta fuit reverentiae coniunctus, ut non eodem modo quo Christus, verum inverso corporis siti crucifigi voluerit: *qui non recusat Dominici tormenta patibili, similitudinem expavit triumphi* (S. August., ser. 28 de Sanct.). Miramini peregrinum Petri erga Christum amorem, qui tantus extitit, ut de eo, sicut et de Magdalena, dici debeat: *dilexit multum*. Cum ergo dilexerit Christum Petrus, cur et nos eum diligere renemus? nonne idem Christus? nonne semper infinite amabilis et nonne immensus ab eo acceptis beneficiis ad eum amandum adstringimur? innumeris quidem rationibus sum amare tenemur, et inexcusabiles sumus, si eum non diligamus. *Inexcusabilis est omnis homo, si non diligit Christum ex omni corde; nam naturaliter filius amat patrem, a quo habet partem corporis; quanto magis amare debet Deum, qui corpus et animam ex nihilo fecit?* (S. Bern., de dilig. Deo). Igitur homo infelix, cur Christum

non amat, a quo non solum corpus et animam, sed et gratiam, sacramenta, ac innumerabilia, sive spiritualia, sive temporalia acceperisti bona? cur non amat Christum, qui pro tuo amore, sputa, clavos, lanceas et ipsam mortem sustinuit? hec omnia te ad illum amandum invitant: *clamanti alape, spula, clavi, lancea, irrisiones et verbena, ut ipse toto corde, totisque visceribus diligatur, qui pro dilectione nostra talia, aucta tanta pati dignatus est* (Laur. Just. in fasc. div. amor.). Hæc omnia Christum diligendum esse clamant; clamat insuper D. Paulus, eosque anathema ferit, qui eum non diligunt: *si quis non amat Dominum nostrum Iesum Christum, sit anathema* (1 Cor. 16). Amemus Christum cum S. Petro et cum eo in celo regnabimus. Amen.

## DE SANCTO PAULO

## CONCIO UNICA.

*Gratia Dei sum id quod sum* (1 Cor. 15, 10).

Maximum laudis genus est, cum orationis copiam virtus exsuperat, et cum laudantis ingenium vineat magnitudo laudati: sic enim, ut ait S. Chrysostomus, oratori cuivis, licet facundissimo, *semel inci gloriosius est, quam sepe vicesse*. Hanc autem proculdubio hodie nanciscar gloriam, cum amplissima et altissima mili pertractanda se offerat materia; elogium nempe D. Pauli apostoli, qui tanti extitit meriti, tantisque gavisus est prærogativis ac donis, ut a quocumque homine, quantumvis eruditio, sufficienter laudari nequeat et extolli: *quæ lingua, inquit idem Chrysostomus, laudibus Pauli invenietur æqualis, cum omnia quæ sunt in hominibus, bona, una anima possideat,*

*et ea cuncta plene alque cumulate, que non solum hominum sunt, sed quod amplius est, angelorum?* (hom. I de lau. Pauli). D. Paulum laudare possumus cum Augustino, Chrysostomo, Bernardo et aliis sanctis Patribus; ejus tamen meritis condignas laudes persolvere non valamus, quia cum in eo collecta videntur omnia privilegia, ac omnis aliorum sanctorum merita, tot pro unico Paulo elaborandi essent panegyrici, quot pro omnibus aliis sanctis simul conficiuntur. Non plures, at unicum, sumque breviter et humili stylo contexemus, in quo quid per Dei gratiam D. Paulus fuerit, manifestare consenserim. Aze.

Divum Paulum Tertullianus vocat *Apostolum Christi, Doctorem nationum et vas electionis* (de pud. 4): qui gloriae et honoris tituli ex variis sacre Scriptura locis desumpti habentur et collecti. In sacris enim codicibus D. Paulus dicitur Christi Apostolus: *Paulus Apostolus Iesu Christi* (2 Cor. 1). Ibi etiam vocatur Doctor nationum: *Doctor Gentium in fide et veritate* (1 Tim. 1). Ibi tandem vas electionis appellatur: *vas electionis est mihi iste* (Act. 9). D. Paulus ante conversionem et antequam abundantia gratia superfundebatur, blasphemus extiterat contra Deum, persecutor Christianorum et aduersus religionem catholicam contumeliosus: *prius blasphemus fui et persecutor et contumeliosus* (1 Tim. 1); per gratiam vero quam in conversione accepit, et per cooperationem suam, ex blasphemio Apostolus Christi, ex persecutore Doctor nationum et ex contumelioso vas electionis est effectus. O mirabiles effectus divinae gratiae, quam accepit, et cui cooperatus est Paulus! qui perfectius percipientur, cum probaverimus, Paulum fuisse Christi Apostolum, Doctorem nationum et vas electionis. Paulus I. fuit Apostolus Christi et inter Apostolos zelantissimus; 2. fuit Doctor nationum et inter Doctores humillimus; 3. fuit vas electionis et inter electos Christo similimus.

## I PARS.

*D. Paulus fuit Apostolus Christi et inter Apostolos zelantissimus.*

Apostolica dignitas omnibus aliis Ecclesiae dignitatibus antecellit. *Dignitas Apostolatus*, inquit Doctor Angelicus, est *principia in Ecclesia* (in ep. ad Rom. 1). Eam ita sublimem, et eminentem censuit D. Paulus, ut illa se indignum existimaverit: *non sum dignus vocari Apostolus* (2 Cor. 15). Fuit tamen Apostolus, non quidem ex duodecim, qui a Christo adhuc in terris cum hominibus versante, vocati sunt; fuit Apostolus, quem Christus post Ascensionem mirabil modo ad Apostolatum vocavit, et Apostolorum collegio adjunxit; in quo in apostolico honore dignus factus est, ut simpliciter et per Antonomaniam *Apostolus* dici et appellari solet: *sicut urbs antonomanistica vocatur ipsa Roma, ita Paulus vocatur Apostolus* (D. Thom. ubi sup.). Apostolus fuit D. Paulus, qui non ab hominibus, verum a Christo revelante Evangelium didicit: *neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per revelationem Jesu Christi* (ad Gal. 2). Ab eodem autem Christo, a quo Evangelium didicit, missus est, ut illud Gentibus et Iudeis prediceret; licet enim se Gentium Apostolum vocet, *ego sum Gentium Apostolus* (Rom. 11), a Deo tamen electus et missus est, ut nomen et Evangelium suum non solum Gentilibus, etiam Iudeis annunciat: *vas electionis est mihi iste, ut portet nomen meum coram gentibus et regibus et filiis Israël* (Act. 9). O magnum Apostolum, cuius missio non ad hanc dumtaxat, vel illam provinciam, sed ad omnem penitus mundum extenditur! neque minus patet latitudo zeli illius; est enim inter Apostolos zelantissimus, cum ejus zelus ad omnes totius orbis homines diffundatur, quorum omnium salutem optat et pro quorum salute laborat. Sancto hoc zelo successus Paulus optasset, si licuisset, et si fieri posset, alienus et segregatus esse

a Christo pro omnium hominum salute: *optabam ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis* (Rom. 9). Eodem zelo ardens, omnium salutem se desiderare contestabatur; Philippensis enim et in eorum persona omnibus hominibus dicebat: *testis est mihi Deus, quomodo cupiam omnes vos in visceribus Iesu Christi* (ad Phil. 1); seu, ut exponit Doctor Angelicus, *testis est mihi Deus quomodo cupiam vestram salutem*. Et quia cordis desideria soli Deo patient, testem invocat Beum, quod salutis omnium zelo vera ardeat: *testis est mihi Deus*. Quia ergo ratione dixit Chrysologus, Christi cor esse *totius orbis cor*, quia omnium hominum salutem summo affectu desiderabat; similiiter cor Pauli *totius orbis cor* dicendum videtur, eo quod grandissimum zelo omnium hominum salutem ardenter optaret. De corde etiam Pauli merito dicitur quod de sphera ab Archimede composita dicebat Cassiodorus: *parva machina gravida mundo*; cor enim Pauli erat *parva machina a Deo elaborata et sanctissimus motibus a Spiritu Sancto agitata*; hec autem machina erat *gravida mundo*, quia prae nimio quo Paulus ardebat zelo, totum mundum salvare optabat: *testis est mihi Deus, quomodo cupiam omnes vos in visceribus Iesu Christi*. Ardentissimus hic sancti Pauli zelus non in solis affectibus et desideriis, etiam in laboribus plurimis constituit ac innovit: zelus enim ejus naturam redolebat ignis, qui latere non potest, nec in sinu abscondi, quin foras erumpat: *nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, ut vestimenta illius non ardeant?* (Prov. 6, 27). Zelus ergo, quo cor ejus succendebatur, foras prorupit; summaque zelum testatus est laboribus plurimis, quos pro animarum salute suscepit. Laboraverunt quidem omnes Apostoli; plus alius laboravit Paulus. Aliarum rerum gloria vinci a commilitonibus passus est, sed in laborando pro animarum salute alius omnibus antecelluit: *abundantius, inquit, illis omnibus laboravi* (1 Cor. 15). Gratiam Apostolatus quam accepérat, in se otiosam et inutilē residere noluit, verum illa adiutor, salutis animarum procurandæ incubuit; et, ut ait D. Hieronymus, licet Paulus in collegio apostolico esset ultimus ordine, fuit tamen

omnium primus in labore: *Paulus novissimus in ordine, primus in meritis est; quia extremus licet, plus omnibus laboravit* (ep. 13). Noverat sanctus Apostolus, quod *nullum est tam gratum Deo sacrificium, quam zelus animarum* (S. Greg. in Ps. 4 penit.); ideo sancto hoc salutis animarum zelo exardescens, plus alius omnibus laboravit: *abundantius illis omnibus laboravi*. Aliquam laborum, quos pro animarum salute suscepit, ideam nobis objicit Paulus, cum se ab Jerusalem per circuitum usque ad Illyricum predicasse ait: *ita ut ab Jerusalem per circuitum usque ad Illyricum repleverim Evangelium Christi* (ad Rom. 15, 19). Latius vero a zelantisimo hoc Apostolo pro Dei gloria et animarum salute suscepitos, ac exantatos labores enarrat S. Chrysostomus, dicens: «Paulus terram ac mare, Graciam simulque Barbariam, omnemque prorsus regionem quasi volitans circumivit, peccatorum spinas evellens et verbum seminans ubique pietatis, fugans errores, veritatem reducens, ex hominibus Angelos faciens; quin in eo ipsos homines quasi ex demonibus in Angelos provehens» (hom. 1 de laud. Pau.). Sicut enim dæmon invidia tabescens terram circuit, ut animas Christi sanguine redemptas perdat: *circuui terram*; ita et D. Paulus apostolico accensus zelo terram, mare, ac omnem fere mundum lustravit, ut eas e satanæ manibus eriperet, easque ad Christi ovile adduceret. O peregrinum sancti hujus Apostoli zelum! quem clarius adhuc manifestare videtur Chrysostomus, cum Paulum *solem* appellat: *sol quidem hominibus est Paulus* (ib. hom. 8); sol enim fuit Paulus, qui totum fere lustravit orbem; et sol fuit, qui zeli sui flammis undique dispersit. Sol noster materialis non in una mundi parte fixus stat; verum, ut ait Sapiens, *oritur sol et occidit, et ad locum suum revertitur; ibique renascens, gyrat per meridiem, et flectitur ad aquilonem, lustrans universa* (Eccli. 1, 4). Sic sanctus Paulus non in uno aut paucis locis fixus permanxit; veluti sol, zeli sui flammis ardens, totum fere peragravit orbem, et ubique magna zeli sui dedit testimonia, tum prædicando, tum disputando, tum idola subvertendo, tum impios arguendo, tum miracula multa faciendo: *dæmones expulit*,

*peccatorum nexus resolvit, tyrannos compescuit, philosophorum linguas obturavit, orbem Deo adduxit.* Perbelli dixit Terentianus, quod quilibet homo adversus eos, qui regi sunt rebeller, arma sumere et militare debeat: *contra majestatis rebellum est omnis homo miles.* Omnes autem peccatores non regi terreno, sed Deo sunt rebeller, ac proinde omnes penitus homines, acuto verbi Dei gladio armati, adversus hos rebeller insurgere debent, ut in iis destruant corpus peccati, ac ut eos Deo reconciliant. Quod perfectissime adimplieverunt multi viri zelantissimi, qui Evangelii armis instructi pro Dei gloria adversus peccatores decerpserunt: ac praecipue D. Paulus, qui animadverterns, omnes ferae totius orbis homines divinae majestati esse rebeller, sancto verbi Dei ac Evangelii gladio instructus, omnem pene peragravit orbem, ut undique Dei intensos peccatores quereret, ac in Dei gratiam reduceret. Illic temporibus totus mundus in maligno positus, ac infidelibus, idololatriis et aliis peccatoribus, qui Dei jugo subdi recusabant, replebat; Paulus autem sumptis sancti Evangelii armis, totum ferae volavit per orbem, et ubique precibus, prædicationibus, disputationibus, omnibusque modis sibi possibilibus contra hos rebeller pugnavit, ac immumeros Deo reconciliavit, et in viam salutis adduxit: *demones expulsi, peccatorum nexus resolvit, tyrannos compescuit, philosophorum linguas obturavit, orbem Deo adduxit.* O virum zelantissimum! o Apostolum igne zeli vere successum! et o utinam aliqua igitur illius scientia corda nostra accendearet! A nobis Deus non exigit, ut pro animalium salute laborarim, totum terrarum orbem peragremus; vult saltem, ut videntes coram nobis majestatem ejus offendit, pro illius gloria arma sumamus; vult, ut pro hujusmodi causa simus omnes milites: *contra majestatis rebellum est omnis homo miles.* Nec dicat quis: ignorans sum, pauper sum, contemptibilis sum, ac proinde meum non est peccatores, qui Dei injuriam irrogant, mouere, corrumpere et arguere, et a semitis impietatis avocare. Haec enim ratio non valet, quia cum de Dei gloria agitur, omnis homo arma capere et a Dei partibus stare tenetur: *contra Majestatis rebellum omnis homo miles.* De regis Croesi filio a

nativitate muto referunt historici, quod cum miles quidam, adacto ferro, Croesum occidere vellet, filius ille mutus, qui patri adstebat, paterni amoris vi et impetu actus, nescio qua virtute, diruptis linguis impedimentis, clamaverit dicens: *o homo, cave ne regem interficias.* Ecce quid fecerit ardens amor et zelus filii in patrem; et ecce etiam quid in nobis operari debeat zelus et amor noster in Deum; cum enim nobis adstantibus, ei injurya infertur, licet simus ignari, pauperes, contemptibiles, et ut ita dicam, muti; pro Dei tamen gloria, si fieri potest, est loquendum, ac strenue decertandum. Accendamus ergo sancto zelo instar D. Pauli, qui fuit inter Apostolos zelantisimus: *ac etiam inter Doctores humillimus.*

## II PARS.

*D. Paulus fuit Doctor nationum, ac inter Doctores humillimus.*

Divus Paulus se Graeci sermonis imperitum, non tamen scientia vacuum fatetur: nam *etsi imperitus sermone, sed non scientia* (2 Cor. 11): scientiarum quidem imperitus non fuit, qui juvenili etate sub Gamaliële magistro in legę et prophetis doctissimum evasit; et qui postmodum ingentes in celo scientiarum thesauros acquisivit, quibus instructus, non quorundam dumtaxat hominum, vel quarundam nationum, verum totius mundi magister et doctor factus est: Paulus, inquit Chrysostomus, est magister orbis (hom. 7 in Gen.). Verum est, quod praecipue Gentiles scientiam salutis docuerit: *Doctor Gentium in fide et veritate* (Eph. 3). Ipse vero fuit etiam Doctor Iudaorum, ac omnium hominum, ad quos omnes docendos et illuminandos a Deo missus est: *michi omnium sanctorum minimo data est gratia hec, in Gentibus evangelizare investigabiles divitias Christi et illuminare omnes.* Magnus quidem Doctor extitit D. Paulus, cuius schola fuit totus orbis terrarum, in quo per se et per suas epistolas omnes homines praelaram salutis sci-

tiam edocuit. Si sanctis Patribus fidem adhibeamus, Paulus habuit etiam scholasticos in celo, Angelos scilicet, qui multa ab ipso mysteria didicerunt, et qui ipsum ut magistrum et Doctorem habuerunt: *Paulus, ait S. Joannes Chrysostomus, angelorum Evangelista, hic eos illuminavit* (in ep. *ad Eph.* 3). Chrysostomo assentitur sanctus Cyrillus Alexandrinus dicens: *quod Paulo predicante, Evangelii mysteria didicerunt angeli.* Unde S. Ambrosius eum non solum hominum, verum et angelorum magistrum nuncupat: *non solum hunc magistrum dedit Gentibus, sed etiam Angelis* (in ep. *ad Eph.* 3). O mirabilem Doctorem! cuius scientia praeclipe eruit in disputationibus ab eo susceptis et in suis epistolis. Disputabat sepiissime D. Paulus, nec aliquis Apostolorum tam crebro, quam ille, publicas instituit disputationes. Cum esset Athenis, disputabat in synagoga per singulos dies; alibi etiam sepiissime disputabat et suas nonnunquam disputationes usque ad medium noctem pertrahebat, ac ita efficaciter ex variis veteris testamenti locis Christum verum Deum probabat, ut confundaret Iudeos: *confundebat Iudeos, qui erant Damasci, affirmans, quoniam hic est Christus* (Act. 9). Stupebant omnes qui Paulum de Christo disserente audiebant, et praeclipe Festus Praeses, qui eum omniam scientiam insanire creditit: *huc loquente eo, et rationem redditore, Festus magna voce dixit: insanis Paule, multa te literæ ad insaniam convertunt* (ib. 16). Docuit philosophorum princeps, *illos qui clarescant ingenio melancholicos esse, ac ritus atræ bilis infestari et mente alienari* (Aristot. in *Probl.* sect. 30); idque Paulus accidisse creditit: Festus, qui eum a nimio ingenii acumine, ac a nimia scientia insanire dixit: *multa te literæ ad insaniam convertunt*. Paulum disputatione audire non meruimus; ejus autem epistolas in manibus habemus, in quibus est doctrina tonans, doctrina universalis, doctrina perpetua, ac usque ad mundi finem duratura. In epistolis ejus habetur doctrina tonans et terrens; non enim persuasibilis humanae sapientiae verbis uitiorum, verbis et sententiis tonantibus omnium hominum, etiam peccatorum quorumcunque corda cunctuit; unde dicebat D. Hieronymus:

*quotiescumque Paulum Apostolum lego, videor mihi non verba audire, sed tonitrua (ad Panmac.).* Pariter in ejus epistolis continetur doctrina universalis, tum quia in his, de omnibus que ad Evangelicam Doctrinam spectant, agitur; tum etiam quia omnibus est utilis, ac per totum orbem diffusa, ut fatetur Gerson: *jam non est in orbe Ecclesia, quæ B. Pauli non fulciatur doctrina* (Medit. 1 de *incarn.*) Illius tandem in epistolis repperitur doctrina sana et utilissima, que usque ad mundi terminum durabit; unde S. Chrysostomus ait, D. Paulum esse Doctorem, qui post mortem docet et praedicat: *post mortem proco* (hom. 22 *ad pop.*). Non enim solum, dum viveret, in omnibus fere orbis nationibus praedicavit, verum etiam nunc ubique praedicat, ubique docet et usque ad mundi finem per suas epistolas ubique homines docebit. Avaros semper debet, ut terrena despiciant; luxuriosos, ut castitatem sectentur; superbos, ut se humilient; fures, ut ablata restituant; iracundos, ut manusuetos se exhibeant; et omnes, ut coelestia bona summo affectu inquirant: *quaerite sursum sunt, quaerite*; unde de divo Paulo, sicut de Abel justo dici potest, quo *defunctus adhuc loquitur*; per epistolas enim, quas scripsit, adhuc loquitur, et usque ad mundi finem loquetur, omnesque docens homines, quid credere, quid amare, quid desiderare et quid agere debeant. O magnum Doctorem, qui docet omnes, qui docet ubique, qui docet semper et qui docet omnis quæ ad hominum salutem et perfectionem pertinent. Merito sancti Patres ejus scientiam quam maxime extollunt: *Di enim Hieronymus eum vocat bibliothecam divinitatis, ut indicet eum de divinitate caluisse quidquid de ea purus homo soire potest;* S. Dionysius illum *abyssum sapientiarum* nuncupat: S. Chrysostomus illum *mare sapientie* vocat: *ipse mare sapientie purissimum et profundissimum* (hom. 4 de lau. Pauli). Et S. Vincentius Ferrerius ait, quod Paulus *scivit plus quam Solomon et omnes philosophi in tota vita sua* (ser. de S. Paulo). O quam eminens fuit D. Pauli scientia! item o quam humilis extitit Paulus, qui de sua scientia non superbivit, sed inter Doctores *humillimus fuit*. Homines docti, nisi magna virtute

olleant, in superbiam persepe incidunt, quia *scientia inflat* (1 Cor. 8), id est, facile extollit hominem in superbiam; non quidem ex natura sua, sed occasionaliter, quia multis fit occasio superbiedi. Unde haec est differentia inter scientiam et charitatem, quod *charitas edificat*, non inflat; *scientia vero*, ut ait Bernardus, *est inflans, non edificans* (ser. 9 in Cant.). Divum tamen Paulum, licet doctissimum, scientia non inflavit; ipse humillimus semper exitit, adeo ut ex affectu humilitatis nunc se Apostolorum minimum et Apostoli nomine indignum vocet: *ego enim sum minimus apostolorum, qui non sum dignus vocari apostolas*. Modo non solum apostolorum, verum et omnium sanctorum, seu omnium christianorum ultimum se nuncupat: *michi omnium sanctorum minimo* (Ephes. 3). Et modo se omnium peccatorum maximum appellat, *Christus Jesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere, quorum primus ego sum* (1. Tim. 1). O magnam hujus Doctoris humilitatem! o virum vere humilem! si enim, ut ait D. Bernardus, *verus humilis, ciliis vult reputari* (ser. 16 in Can.); quanta censenda humilitas D. Pauli, qui omnium apostolorum ultimus, omnium christianorum minimus et omnium peccatorum maximus dicit vult et reputari? Certe Paulus habendum inter Doctores humillimus. O utinam Paulum has in parte imitarentur omnes docti! Econtra heu! minima scientiae scintilla in plerisque ingentes superbiae ventos excitat; sciunt parum et superbiant multum; modica ac quasi nulla callent scientia, et maxima ac quasi diabolica tumescunt superbiae. O miser! ut quid diligitis vanitatem? ut quid superbitis de scientiis vestris, quae modice sunt et de quibus aeterno Iudicii vobis reddenda ratio? *Noli extollis de tua scientia*, inquit Joannes Gersen, *sed potius time de data tibi notitia* (De Init. Chr. 1, 2); et rationem dat propter quam quisque ob datum sibi a Deo scientiam timere debeat: quia, inquit, *quanto plus et melius sis, tanto gravius inde iudicaberis*. Quapropter quanto doctiores, tanto humiliores estote instar S. Pauli, qui inter Doctores fuit humillimus et qui fuit *vas electionis*, ac inter electos *Christo simillimus*.

## III PARS.

*Sanctus Paulus est vas electionis et inter electos Christo simillimus.*

Paulus recte appellatur *vas auri solidum, ornatum omni lapide pretioso* (Eccli. 50, 10): fuit enim *vas auri* propter fulgorem sapientie, *solidum propter charitatem qua arsi*, et *ornatum omni lapide pretioso*, scilicet omnibus virtutibus, quibus tamquam praticis margaritis ejus anima decorabatur. Dici etiam posset cum Doctor Seraphico (serm. 2 de conv. S. Paul.), divum Paulum fuisse *vas altum et elevatum per contemptum torrenorum, vas solidum et firmum propter patientie virtutem, vas purum et mundum propter continentie donum*. Nos autem cum Christo Paulum predicabimus *vas electionis*; *vas electionis est mihi iste*. Non enim *vas perditionis et reprobacionis*, sed *vas electionis* fuit D. Paulus, quia ab aeterno a Deo electus et ad aeternam beatitudinem est predestinatus: *Paulus*, inquit, D. Hieronymus, *fuit vas electionis et predestinationis* (in ep. ad Gal. 1); et ut ait Doctor Seraphicus, *notatur Pauli eterna electio, cum dicitur, vas electionis est mihi iste*. De Paulo Anania dixit Deus: *vade quoniam vas electionis est mihi iste, ut portet nomen meum coram gentibus et regibus et filiis Israel* (Act. 9). In quibus verbis, ut docet D. Bonaventura, duo tanguntur, temporalis scilicet Pauli vocatio et aeterna ejus predestinationis; temporalis vocatio in his verbis exprimitur, *ut portet nomen meum coram gentibus et regibus et filiis Israel*, quia illis verbis manifestatur ipsum esse temporaliter vocatum ad praedicandum gentibus et omnibus populis: aeterna Pauli electio et predestinationis his verbis adnotatur, *vas electionis est mihi iste*. Ut enim ait Doctor Seraphicus, «ad gratiam sanctus apostolus et ad gloriam ab aeterno fuit electus et a Christo temporaliter est vocatus; ut et gratiam haberet abundanter in via et gloriam obtineret in

patria. Unde bene de eo dicitur, *vas electionis est mihi iste*. Fuit ergo D. Paulus vas non in contumeliam, sed in honorem; fuit *vas electionis*, seu fuit ipse electus et predestinatus ad gloriam; imo et fuit electus, ut ad altioris coeli sedes sublimaretur. Quod autem mirum est, D. Paulus *inter electos fuit Christo simillimus*. Christus est exemplar primarium, cui omnes electi similes et conformes fieri debent; *quos prascivit et praedestinavit conformes fieri imaginis Filii sui* (Rom. 8, 26). Christus est primogenitus electorum, *primonogenitus in multis fratribus*; ipsi ergo ut primogenito reliqui fratres secundogeniti, seu adoptivi, quoad fieri potest, similes ac conformes reddantur oportet, praeципue in doloribus, passionibus et tribulationibus; ipse enim gravia tolerando, se omnibus electis in exemplum dedit, quod imitetur: *Christus passus est pro nobis, nobis relinquent exemplum, ut sequamini vestigia ejus* (2 Pet. 2, 21). Divus autem Paulus maxime conformis et similis evasit Christo in passionibus; unde ait, se cum Christo cruci affixum manere; *Christo confixus sum cruci*. Et ut pateat, quantum ei similis in hoc fuerit, audiamus eum enarrare gravia que pertulit: « in laboribus plurimi, iniquit in carcerebus abundantibus, in plagiis supra modum, in mortibus frequenter. A Iudeis quinque quadragesim, una minus accepi. Ter virgis casus sum, semel lapidatus sum, ter nanfragium feci, nocte et die in profundo maris sui, in itineribus sepe.... in labore et seruma, in vigiliis multis, in fame et siti, in jejuniis multis, in frigore et nuditate» (2 Cor. 11). Tot et tanta passus est D. Paulus, ut ejus vita, non tam vita, quam quotidiana et perennis mors videatur: *quotidie morior* (1 Cor. 15). Unde D. Chrysostomus, divum Paulum ita gravia, sive a seipso, sive ab imperatoribus, sive a judicibus, sive a Gentilibus, sive a falsis fratribus passum esse dicit tormenta, ut ea importabilia esse censeat: *Pauli famem, nuditatem, naufragia, deserti habitationes, timores, pericula, insidias, carceres, verbera, vigilias et alia que perpessus est, ne ferenda quidem arbitror. O quam gravia fuere Pauli supplicia! o quam similis et conformis extitit Christo, cum quo gravissima multa*

pertulit! Ad hæc se illi simillimum exhibuit dum gravia quævis supplicia maxima cum patientia perpessus est. Tanta in mediis suppliciis fuit Christi patientia, ut *cum malediceretur, non maledicerat; cum patreteret, non comminabatur*. Hæc et alia multa patientias sua testimonia prebuit Christus, in quo ei simillimum videmus Paulum, qui adversus persecutores non est iratus; imo tanta ejus extitit patientia, ut benediceret maledicentibus et pro omnibus persecutoribus oraret: *maledicimur, inquit, et beneficimus, persecutionem patimur et sustinemus, blasphemamur et obsecramus* (1 Cor. 4, 11). Et ut sanctus ille apostolus majora ederet patientia sua testimonia, in mediis infirmitatibus et persecutionibus gaudebat: *placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumelias, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo* (2 Cor. 12, 10). Admirabilis non censetur hominis patientia, cum levia, aut nulla sunt qua patitur; tunc sane fit admirabilis, cum gravia multa immobiliter et constanter tolerat: *non esset laudabilis, nec admiranda patientia, si nullis inimicorum jaculis impetu, tranquillitatis propositum retineret; sed in eo est proclara atque gloria, quod irruentibus in se tentationum procellis, immobilis perseverat* (Cassian. collat. 18, 13). Iamvero o quam mirabilior adhuc extitit S. Pauli patientia, quippe qui inter innumerulas tribulationes et persecutions, quas a Iudeis et Gentilibus, a plebejis et principibus, ab inimicis et ab ipsis fratribus perpessus est, non solum immobilis perseveravit, verum et pro consequentibus oravit, nis benedixit, ac omnia sequo et hilari animo pertulit, imo et totam gloriam suam in cruce et in tribulationibus constitut: *mihi absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi* (Gal. 6). Admiremur Pauli patientiam, ac eam pro viribus imitemur. De numero electorum fuit, atque inter electos Christo simillimus extitit, præsertim in patientia, quam exhibuit in medio laborum et persecutionum. Si etiam nos de numero electorum cum ipso esse velimus, patientiam cum illo sectetur necesse est, quia patientia est necessaria ad calum via. Audite D. Paulum, qui patientiam ad salutem necessariam proclamat: *patientia*

*cobis necessaria est, ut voluntatem Dei facientes, reportetis promissionem* (Heb. 10, 36). Necessaria quidem est quia tot difficultatibus, temptationibus, persecutionibus et adversitatibus vita christiana refertur, ut nisi continua patientia christiana instructus incedat, ad vitam eternam pervenire nequeat. O fratres, vultis regnum coeleste assequi? *Patientia vobis necessaria est.* Lex illa omnibus hominibus est posita: *si sustinebimus et conregnabimus* (2 Tim. 2). Qui iniicii crucis sunt in hoc mundo, nunquam cum Christo regnabunt in celo: si vero contumelias, afflictiones, persecutio[n]es et quecumque in via mandatorum Dei dura et aspera occurruant, patienter sustinerimus cum Christo, cum eo etiam in celo regnabimus. Igitur omnium virtutum et presertim patientiae exercitiis r[ati]cemus, ut aeternam beatitudinem obtineamus. Amen.

### DE SANCTISSIMO SACRAMENTO

#### CONCIO PRIMA.

*Quomodo fiet istud?* (Luc. 1, 34).

*Credere oportet accedentem ad Deum* (Heb. 11).

Magnum prateritis saeculis, circa angustissimum Eucharistie Sacramentum, Ecclesiam inter et daemonem initum est p[re]l[im]inium. Pugnavit demon per hereticos et pugnavit Ecclesia per Doctorum sanctissimos, per concionatores zelantissimos, ac per martyres constantissimos, qui purpureis sanguinis sui characteribus quidquid de Eucharistia credimus generosissime subsignarunt. Spiritu satanae agitata Ecclesiam aggressi sunt Berengarius, Calvinus et alii heretici pravitatis sectatores, qui ecclesias valuerunt, altaria deturbarunt et mysteria nostra prophanarunt

Dei vero spiritu succensi militarunt veri sanctae Romane Ecclesie filii, qui convitia, verbera et ipsam mortem pro mysteriorum nostrorum veritate propugnanda sustinuerunt. Maxima certavit daemon nequitia adversus Ecclesiam, que exinde gravissima est mala perpessu; maxima etiam prestitit fortitudine Ecclesie, quam veluti Salomonis locutum, plures viri fortissimi ambierunt, *omnes tenentes gladios et ad bella doctissimi* (Cant. 3, 8); que tandem Doctorum suorum argumentis, principum sutorum armis et martyrum suorum passionibus de heresi triumphavit; tantusque ejus preseruit Gallia, extitit triumphus, ut nunc magna perfruatur pace, suaque mysteriis ubique libere celebret. Hac estate non in antris, at palam sacerdotes sacrificant; hoc sevo hand occiduntur qui ad Christum in Eucharistie honorandum convenient; hodie conzionatoribus catholicis de Eucharistie dicentibus non parantur insidie, lingua non absconditur et mors non infurtur. Itaque veniant, queso, per totam hanc octavam auditores, quibus libere et quam utilissime juxta vires de dispositionibus ad Eucharistium debite recipiendam adhibendis praedicabo. Cum Archangelus Gabriel Maria, Verbum aeternum in ejus utero incarnandum nunciavit, protinus petit illa ab angelo quomodo hoc fieret: *quomodo fiet istud?* Ego pariter dum angelico praedicatoris fungens munere, in hac cathedra, de Verbo incarnato per Eucharistie sumptionem ad nos veniente locuturus appareo, milii audire video[re] quotquot adstant fideles a me inquirentes, quomodo ad illud debite recipiendum se preparare debant, ac dicentes cum Maria: *quomodo fiet istud?* Octo responsionibus huic petitioni satisfacere conabor. Hodie respondebo, accedendum cum fide: *credere oportet accedentem ad Deum* (Heb. 11). Cras, cum admiratione veniendum dicam: *mirabitur et dilatabitur cor tuum* (Isa. 50). Die Sabbati proximo, cavendum ab indigna communione respondabo; *qui manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit* (1 Cor. 11). Responsum dabo die dominica, quod tollenda sit omnia peccata per veram penitentiam: *penitentiam agite* (Matth. 3). Die Luna, quod ad dignam receptionem spirituali cultro omnia vitia, seu affectus pravi sint abscondendi: *statue*

*cobis necessaria est, ut voluntatem Dei facientes, reportetis promissionem* (Heb. 10, 36). Necessaria quidem est quia tot difficultatibus, temptationibus, persecutionibus et adversitatibus vita christiana refertur, ut nisi continua patientia christiana instructus incedat, ad vitam eternam pervenire nequeat. O fratres, vultis regnum coeleste assequi? *Patientia vobis necessaria est.* Lex illa omnibus hominibus est posita: *si sustinebimus et conregnabimus* (2 Tim. 2). Qui iniicii crucis sunt in hoc mundo, nunquam cum Christo regnabunt in celo: si vero contumelias, afflictiones, persecutio[n]es et quecumque in via mandatorum Dei dura et aspera occurruant, patienter sustinerimus cum Christo, cum eo etiam in celo regnabimus. Igitur omnium virtutum et presertim patientiae exercitiis r[ati]cemus, ut aeternam beatitudinem obtineamus. Amen.

## DE SANCTISSIMO SACRAMENTO

## CONCIO PRIMA.

*Quomodo fiet istud?* (Luc. 1, 34).

*Credere oportet accedentem ad Deum* (Heb. 11).

Magnum prateritis saeculis, circa angustissimum Eucharistie Sacramentum, Ecclesiam inter et daemonem initum est p[re]l[im]inium. Pugnavit demon per hereticos et pugnavit Ecclesia per Doctorum sanctissimos, per concionatores zelantissimos, ac per martyres constantissimos, qui purpureis sanguinis sui characteribus quidquid de Eucharistia credimus generosissime subsignarunt. Spiritu satanae agitata Ecclesiam aggressi sunt Berengarius, Calvinus et alii heretici pravitatis sectatores, qui ecclesias valuerunt, altaria deturbarunt et mysteria nostra prophanarunt

Dei vero spiritu succensi militarunt veri sanctae Romane Ecclesie filii, qui convitia, verbera et ipsam mortem pro mysteriorum nostrorum veritate propugnanda sustinuerunt. Maxima certavit daemon nequitia adversus Ecclesiam, que exinde gravissima est mala perpessu; maxima etiam prestitit fortitudine Ecclesie, quam veluti Salomonis locutum, plures viri fortissimi ambierunt, *omnes tenentes gladios et ad bella doctissimi* (Cant. 3, 8); que tandem Doctorum suorum argumentis, principum sutorum armis et martyrum suorum passionibus de heresi triumphavit; tantusque ejus preseruit Gallia, extitit triumphus, ut nunc magna perfruatur pace, suaque mysteriis ubique libere celebret. Hac estate non in antris, at palam sacerdotes sacrificant; hoc sevo hand occiduntur qui ad Christum in Eucharistie honorandum conveniunt; hodie conzionatoribus catholicis de Eucharistie dicentibus non parantur insidie, lingua non absconditur et mors non infurtur. Itaque veniant, queso, per totam hanc octavam auditores, quibus libere et quam utilissime juxta vires de dispositionibus ad Eucharistium debite recipiendam adhibendis praedicabo. Cum Archangelus Gabriel Maria, Verbum aeternum in ejus utero incarnandum nunciavit, protinus petit illa ab angelo quomodo hoc fieret: *quomodo fiet istud?* Ego pariter dum angelico praedicatoris fungens munere, in hac cathedra, de Verbo incarnato per Eucharistie sumptionem ad nos veniente locuturus appareo, milii audire video[re] quotquot adstant fideles a me inquirentes, quomodo ad illud debite recipiendum se preparare debant, ac dicentes cum Maria: *quomodo fiet istud?* Octo responsionibus huic petitioni satisfacere conabor. Hodie respondebo, accedendum cum fide: *credere oportet accedentem ad Deum* (Heb. 11). Cras, cum admiratione veniendum dicam: *mirabitur et dilatabitur cor tuum* (Isa. 50). Die Sabbati proximo, cavendum ab indigna communione respondabo; *qui manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit* (1 Cor. 11). Responsum dabo die dominica, quod tollenda sit omnia peccata per veram penitentiam: *penitentiam agite* (Matth. 3). Die Luna, quod ad dignam receptionem spirituali cultro omnia vitia, seu affectus pravi sint abscondendi: *statue*

*culturum in gutture tuo* (Prov. 23). Die Martis, vitam in melius mutandam esse dicam: *mutaberis in virum alterum* (1 Reg. 10). Die Mercurii, affectu filiali suspirandum asseram: *antequam comedam suspiro* (Job. 3). Et tandem die ultima respondebo, quod quisque se disponere tenetur, quasi exiturus esset de hoc mundo: *disponere domui tuae* (Isa. 39). Ecce octo dispositiones, qua octo concionum materiam suppeditabant. Incipiamus hodie a fide, qua credere debemus, Christum esse vere et realiter in Eucharistia. *Ave.*

Inter omnia fidei nostra mysteria augustissimum Eucharistie Sacramentum per excellentiam *mysterium fidei* vocatur. Verum est, Christi Incarnationem, Resurrectionem et Ascensionem esse fidei mysteria: nullus quoque dubitat, quin personarum Divinarum Trinitas sit magnum mysterium fidei; multa etiam alia nobis credenda proponuntur mysteria, que nullo modo mente concepi et comprehendi possunt. Tamen sacrosanctum Eucharistiae Sacramentum *mysterium fidei* specialiter dicitur, quoniam licet ad omnia supernaturalia mysteria fides requiratur, multo tamen necessarius videtur ad hoc Sacramentum, tum propter innumeratas que circa illud menti nostrae sese offertur difficulties; tum quia in aliis mysteriis ea solum credimus, que non videamus, et in isto unum videntur et aliud credamus necesse est. Omnia in hoc sanctissimo Sacramento fide credenda percurtere hodie mei non est animo: de sola disseram reali Christi presentia in Eucharistia, qua credenda est 1. fide firma et constante; 2. fide animosa et triumphante; 3. fide efficaci et operante.

#### I PARS.

*Fide firma credendum est, Christum esse realiter in Eucharistia.*

Primitus Ecclesie saeculis, antequam Eucharisticus panis fidelibus distribueretur, alta voce clamabat Diaconus: *accedit*

*cum fide* (S. Gregor. *Dial.* 2). Laudabilis haec modo obsoletum consuetudo: eius vero non clamet jam diaconus, clamant tamen Prophetae, clamant Concilia, clamant summi Pontifices et sancti Patres, accedendum cum fide. Clamori autem eorum clamorem meum adjungo toisque affectibus clamo, accedendum esse cum fide, ac firmiter credendum, Christum vere et realiter contineri in Eucharistia, quia ipse est Deus fidelis, verax et omnipotens: ipse est 1. Deus fidelis, qui promittit; 2. Deus verax, qui asserit; 3. Deus omnipotens, qui perficere potest quod asserit et promittit.

1. Aliquanto ante sanctissimi Eucharistie Sacramenti institutionem, discipulis suis promisit Christus se illis daturum carnem suam ad manducandum: *panis*, inquit, *quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita* (Joan. 6). Non dixit Christus, Eucharisticum panem, quem datus erat, carnis sue esse figuram; dixit ipsummet esse carnem suam; non dixit, ait Theophylactus, *panis quem ego dabo, figura est carnis, sed caro mea est*. Et ut omnino dubitandi locum tollat Christus, explicat clarissimus quis sit illa caro, quam datus est ad manducandum, dicente, esse eamdem quam in cruce datus est pro mundi vita: *panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita; quasi diceret: hec caro quam datus sum ad manducandum, non est caro imaginaria, metaphorica et in figura; sed est eadem caro mea, quam in crux et mortem quoque tradam pro mundi vita et salute: panis, quem ego dabo ad manducandum, est illa ipsa caro mea, quam in mortem pro mundi vita datus sum* (Enthym.). Ecce quid promiserit Christus; cum ergo pollicitus sit, se vere daturum carnem suam ad manducandum, nullo modo est dubitandum, nec ullatenus vacillandum, at firmiter credendum, vere et realiter Christi carnem et ipsum Christum esse in Eucharistia, in qua illum recipimus et manducamus. Christus nequaquam se gerit sicut homines nebulae et mendaces, qui promissa fallentes unum promittunt et aliud faciunt; est ipse Deus fidelissimus, qui certo stat promissis: *fidelis autem Dominus est* (2. Thes. 3). Propterea cum promiserit Christus, daturum seipsum nobis in Eucharistia,

omnino firmiter credendum, tantaque fides est adhibenda Christo promittenti, ut plus ejus, quam oculorum nostrorum testimonio sit fidendum: *si tuorum oculorum testimonium fidele putas, testimonium Dei majus est* (D. Bern. serm. 77 in Cant.). Certum est, quod si corporei oculis in Eucharistia Christum quis videret, sum ihi presentem firmiter crederet; jamvero, ait D. Bernardus, plus Christi promittentis, quam oculorum nostrorum testimonio credendum est. Credamus ergo, Christum vere et realiter esse in Eucharistia, quia ipse fidelis Deus qui promittit; firmiter etiam credamus, Christum esse vere et realiter in Eucharistia, *quia ipse est Deus veraz, qui hoc asserit.*

2. Promiserat Christus, daturum *se nobis* ad manducandum; nec multo post id quod pollicitus erat, adimplevit: adstantibus enim apostolis, « accipit Jesus panem et benedixit, ac frigat, dedit discipulis suis et ait: accipite et comedite: *hoc est corpus meum*. Et accipiens eadie gratias egit, et dedit illis, dicens: bibite ex hoc omnes; *hic est enim sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum* (Matth. 26) ». Non dixit Jesus: *hunc est figura corporis mei*; asseruit ibi esse corpus suum: *hoc est corpus meum*. Neque dixit etiam Jesus: *hunc est figura sanguinis mei*; simpliciter asseruit ibi esse suum sanguinem non imaginari, at realiter et eundem quem in cruce fusurus erat: *hic est sanguis meus, qui pro multis effundetur*. Quid clarius? Pharisei tamen non valentes percipere, Christum vere et realiter contineri sub speciebus Eucharisticis, de hoc dubitarunt. Christus autem quae dixerat, iterum atque iterum asseruit et juramento confirmavit, dicens, quod nisi carnem ejus manducarent, ejusque sanguinem biberent, vitam eternam non consequerentur: *dixit eis Jesus: Amen, Amen dico vobis, nisi manducaveritis carnem Fili hominis et bibetis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis* (Joan. 6). Ecce quid asserat Christus, qui non ambigue, non figurative, nec amphibologice loquitur; ideo cum asseruerit, se vere et realiter esse in Eucharistia, de hoc nullo modo dubitandum, invero firmissime credendum est:

*quoniam ille dixit: hoc est corpus meum, nulla dubitatione teneamur, sed credamus, inquit sanctus Chrysostomus (hom. 60 ad pop.). Cum Christus ipse affirmet, atque dicat de pane: *hoc est corpus meum, quis deinceps audet dubitare?* ait S. Cyrilus (Catech. 4). Itemque sanctus Ambrosius inquit; *ipse Dominus testificatur nobis, quod corpus suum accipinus et sanguinem, numquid debemus de ejus fide et testificatione dubitare?* (l. 4 de Sacr.). Certo non est quod dubitemus; Christus enim est suprema veritas, qui mentiri nequit; *impossibile est mentiri Deum* (Heb. 6); ideo cum se vere et realiter in Eucharistia presentem asserat, nullum in mentibus nostris remanere debet dubium; hoc firmiter credamus necesse est. Familiari utitur argumento S. Bernardus, ut hanc studeat veritatem. Si, inquit, credamus Galeno in his que ad humani corporis constitutionem spectant; si Ptolomeo fidem adhibeamus in his, que ad motum, figuram, magnitudinem et influxus astrorum attinent; si in rebus philosophicis Aristoteli et in arte eloquentia Ciceroni fidem tribuamus; quanto majori jure credendum Christo, qui se in Eucharistia Sacramento contineri asserit? *Cur non magis credimus Deo, qui vult hoc Sacramentum esse corpus suum* (serm. de Ss. Sacram.). Aliud hic simile adducit argumentum S. Augustinus, dicens: multa nunquam vidimus, quia tamen esse credimus, quia haec esse ab hominibus didicimus; credimus verbi gratia esse unum aliquod regnum quod vocatur Hispania et esse unam aliquam urbem quae Roma dicitur; credimus etiam esse avem quae appellatur phoenix et quoddam esse animal quod nominatur elephas; eaque credimus, non quod viderimus, sed quia ea esse ab hominibus audivimus: si autem fidem adhibeamus hominibus hec; et alia multa, referentibus; cur non firmius credemus Christo se sub eucharisticis speciebus latenter asserenti? *cur non magis credimus Deo, qui vult hoc Sacramentum esse corpus suum?* His duobus argumentis tertium subiungo, quod desumo ex motivo fidei nostre, quod non est aliud, quam authoritas Dei revealantis, sed Deus ipse in quantum revelans; eum enim credimus originale peccatum baptismō ablui, Verbum eternum humanam*

carnem assumpisse, tres esse in divinitate personas, Patrem esse innascibilem, Filium a Patre procedere, Spiritum Sanctum communum Patris ac Filii spirations produci et alia fidei mysteria? hec omnis credimus, quia Deus, qui est suprema veritas, ea revelavit; omnia hanc dubie ex illo motivo credimus. Dicat nunc quis, an sit aliquod fidei mysterium, quod Deus clarus et expressus revelaverit, quam existentiam Christi in Eucharistia? Nullum; non enim its clare revelavit divinitatem Filii, processionem Spiritus Sancti, existentiam suam ab aeterno, baptismi virtutem et alia fidei mysteria: nunquam tam clare locutus est, quam in institutione Eucharistiae; ut enim referunt Evangeliste Mattheus, Marcus et Lucas positive et clare et expressis terminis declaravit et asservavit corpus suum esse in Eucharistia, dicens: *accipe et manducate: hoc est corpus meum;* quapropter cum Christus, qui verax est, hoc asservat, ei firmiter credendum; eique firmissime quoque assentendum eo quod *ipse sit Deus omnipotens, qui hoc facere potest, quod promittit et asserit.*

3. Cum Mariam Christi matrem fore prænunciabat Gabriel, non facile cognovit Deipara, quomodo ipsa simul mater et virgo esse posset. Mysterium explicavit angelus et quomodo hoc fieret, enarravit; ut autem omnis dubia, omnisque suspicionis umbram e Virginis corde tolleret, conclusit dicens, quod hec hoc facile concipi requiret, hoc tamen Deo minime fore impossibile: *quia non erit impossibile apud Deum omne verbum* (Luc. 1, 37). Altissimum similiter est Eucharistiae mysterium nec facile concipi potest; quomodo Christus sit realiter in Eucharistia, quomodo in calo simul sit et in Sacramento, quomodo totus in tota et totus in qualibet hostiæ parte existat, quomodo accidentia remaneant sine subjecto et quomodo Christi corpus sit in loco sine extensione locali; jamvero haec et fere omnia alia evanescunt dubia, si perpendamus, Christum esse omnipotentem, nilque ei esse impossibile; *quia non erit impossibile apud Deum omne verbum;* itaque cum Christus se in Eucharistia esse asservaret, et hoc facere potuerit, ipsum vere et realiter in Eucharistia esse firmissime credendum est. Ut hujus

mysterii veritatem suadeant sancti Patres, vario et portentoso divine omnipotentie effectus proponunt. Sanctus Cyrillus Christum in nuptiis Canæ Galilæe aquam in vinum mutasse ait; ex quo a pari vinum in proprium sanguinem mutare potuisse inferit (Catech. 4 mystag.). Sanctus Ambrosius (*de iis qui myster. init.* 9) a Christo, ut Verbo, creatam totius mundi machinam, Moysi virginem in serpentem immutatam ac ab omnipotenti ejus manu innumera miracula manasse dicit; ex quo concludit, quod si haec a Christo facta sint, multo magis credendum, quod sub speciebus Eucharisticis seipsum collocare potuerit. Dicunt alii, quod sicut Christus maternitatem et virginitatem in Mariæ conjugere valuit, ita et sub panis speciebus corpus, et sub speciebus vini sanguinem suum ponere potuit. Hoc certe potuit Christus, qui est omnipotens; hoc potuit Christus, cui, ut ait sanctus Joannes, a Patre aeterno communicata est omnipotentia: *sciens quia omnia dedit ei Pater in manus* (Joan. 13, 3); cum ergo Christus se in Eucharistia esse dixerit et hoc facere potuerit, firmissima fide credamus oportet, ipsum vere et realiter contineri in Eucharistia: *et hoc etiam credendum est fide generosa et triumphante.*

## II PARS.

*Fide generosa et triumphante credendum est,  
Christum esse realiter in Eucharistia.*

Corda nostra fides prima subit, ut nos ad gratiam Spiritus Sancti recipiendam disponat; unde fidem, *antistitam templi quod Spiritus Sanctus subit;* vocat Hieronymus (*dial. cont. Lucif.* 4). Haec autem fides, que Spiritum Sanctum ad nos venientem anteit, Christum etiam in Eucharistia se nobis dantem praecedere debet; ipsum enim ibi vere et realiter presentem credere debemus, non solum fide firma, verum et fide generosa ac triumphante, que triumphet de visu, qui com-

primendus est; *de intellectu, qui capti<sup>r</sup>andus est; de spiritu particulari, qui sacrificandus est.*

1. Cum Thomas Christum a mortuis surrexisse nuntiatum est, pertinaciter incredulus respondit hic Apostolus: *Nisi video, non credam.* O Thoma, tu crede magistro, qui tot te presente operatus est prodigia; crede Christo, qui post tres dies se resurrectum promisit; crede Mariæ Virginem; crede Magdalena, crede Apostoli qui Christum a mortuis surrexisse asserunt: *nisi video, inquit, non credam.* O quam incredulus Thomas! ac similiter, o quam increduli sunt omnes heretici! Thomas videre noluit, ut crederet, et innumeri heretici, nisi viderint, credere renunt: dicit Christus se esse realiter in Eucharistia, et hi non credunt, eiusque verba in deteriorem sensum detorquent. Concilia oecumenica, summi Pontifices, neconu sancti Patres unanimiter asserunt Christi verba non figurative, verum literaliter intelligenda, ac proinde ipsum vere et realiter esse in Eucharistia; hi tamen pertinaciter credere renunt, nec unquam credent nisi videant ipsorum quilibet cum D. Thoma ait: *nisi video, non credam* (Joan. 20). E contra in hoc mysterio nullatenus consulendi sunt oculi; de hoc Sacramento iuxta illa que exterrit videmus minime judicandum; fide generosa aliud ab eo, quod oculo corporeo cernimus, credendum est: *quod non capis, quod non vides, animosa firmat fides.* Vides in hoc Sacramento speciem panis et panem non esse credendum est. Vini speciem vides et credendum non esse vinum: Christi corpus et sanguinem non vides, et ibi Christi corpus et sanguinem esse credendum est. Fides enim, ut ait S. Augustinus, est credere quod non vides (ser. 27 de verb. apost.). Fides non est credere aliquid quod videmus, et quia illud videmus, vera fides est credere quod non videmus, quia Deus illud revelavit: *fides ex auditu* (Rom. 10); idcirco cum Christus revealaverit se esse realiter in Eucharistia, non fidendum oculis, qui illum non vident; ipsi comprimendi sunt, et fide generosa ac triumphante Christum ibi vere et realiter esse credendum. Omnes sensus esse fallibilis ait Chrysostomus: *sensus noster deceptu facillimus est* (hom. 23 in Matth.). Quod praeципue

de visu comprobatur; si enim ex visu de solis magnitudine judicemus, eum mola asinaria minorem esse censemus; si baculus in aquam seminergatur, visui curvus, vel fractus apparebit, licet rectus sit et integer. Turris quadrata, multumque distans, visui rotunda videtur; ex quo patet in his et aliis multis visum faciliter decipi. Multoque magis fallitur in spiritualibus et supranaturalibus; non enim ejus est cognoscere, an Deus sit in mundo, an anima sit in corpore, et an Christus sit in Eucharistia: hujusmodi sunt extra sphaerae activitatis oculorum, qui, ut ait Doctor Angelicus, *de accidentibus sibi notis tantummodo judicant* (hom. de Euch.). Verum est, oculos, si sani sint, de objecto materiali, haud nimum distanti saltem quoad exteriora judicare posse, et sic oculi judicare, seu recte cognoscere valent magnitudinem, figuram et colorem hostie; interna autem non penetrant, nec cognoscunt, an sub speciebus hostie consecrata habeatur Christi corpus, vel substantia panis: si de hoc ex aspectu judicaremus, falleremur et in errorum caderemus. Ideo cum oculi sint fallibilis et facile decipi et decipere possint, fide generosa de iis est triumphandum, ut credamus Christo dicenti se esse in Eucharistia: *hoc est corpus meum.* Et hoc etiam credere debemus fide generosa, *qua triumphat de intellectu.*

2. Cum Christus carnem suam ad manducandum se datrum asseruit, Pharisæi, intellectus sui acie hoc mysterium capere non valentes, dixerunt: *quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?* (Joan. 6). Non advertabant, quod *qua exsuperant rationem, sole indigent fide;* nondum probe sciebant, quod *obedientiam fides exigit, non curiositatem,* ut ait Chrysostomus (*in ep. ad Rom. hom. 7*); igitur curiose querebant quomodo nobis dare se posset ad manducandum: *quomodo?* Eadem curiositate laborant heretici et impii: *quomodo, inquit, fieri potest, Christum sub parva hostia, imo sub quavis hostie parte totum esse et remanere?* quomodo, ajunt, virtute quatuor verborum et celis descendit Christi corpus, et in manus venit sacerdotis? quomodo verborum illorum vi, tota panis in totam corporis Christi substan-

tiam convertitur? quomodo unum et idem corpus uno et eodem tempore in mille hostiis consecratum, et in mille locis dissitis esse potest? quomodo accidentia sine subiecto manere valent? ac quomodo quantitas, color, sapor et odor panis esse possunt sine pane? hi instar Pharisaeorum dicunt: *quomodo?* Jamvero hoc mysterium ratione naturali non est scrutandum: non est curioso dicendum, quomodo *ne queramus quomodo?*, inquit sanctus Cyrilus Alexandrinus; *quomodo non cogitemus, aut proferamus; judaicum enim hoc verbum est et extremi supplicii causa* (*in Joan. 4, 18*). Non utique dicendum, *quomodo?* verum fide generosa credendum Christo dicenti: *accipite et manducate, hoc est corpus meum.* Non enim dixit Christus, accipite et examinate; ait, *accipite et manducate;* ne ergo examinemus, sed credamus: non dicamus, quomodo? sed captivus intellectus nostros in obsequium fidei, et sicut captivus non debet a domino suo rationem querere coram que jubet, ita et rationem non petamus a Christo instituente Eucharistiam. Non dicamus *quomodo?* vobis ratio nostra sit revelatio divina: cui innitentes, fide generosa credamus, Christum esse in Eucharistia, quoniam ipse dixit: *hoc est corpus meum.* Iudeos, curiose nimis inquirentes quomodo Christus sit in Eucharistia, modo mirabiliter arguit S. Cyrilus Alexandrinus. O Iudee, inquit, si a me petas, quomodo Christum possit carnem suam dare nobis ad manducandum, a te vicissim inquiro, quomodo Moysi virga in serpente mutata sit? quomodo aqua in sanguinem conversa sit? quomodo, percussa petra, fluxerint aqua? quomodo secco vestigio mare trajeatur? Dic, inquit, o Iudee, quomodo haec facta sint: certe haec explicare nequires, et tamen illa credis; cur ergo similiter Christo dicenti se esse in Eucharistia non credes, licet illud mysterium non concipiatis? certe istud credendum est sicut cetera, nec dicendum, *quomodo?* Ecce sancti Cyrilli rationem adversus Iudeos; qua ut adversus incredulos christianos utar, sic argumentor. Queris, o christiane, quomodo possit Christus carnem suam dare ad manducandum? et ego a te exquiro, quomodo Deus sit simul trinus et unus? quomodo sit aeternus

et immensus? quando anima rationalis sit tota in toto corpore et tota in qualibet corporis parte? et ut ad faciliora descendam, dico mihi, o christiane, quomodo et quibus funibus magnes ad se ferrum trahat? quomodo basiliscus solo visu eum occidat, quem prius viderit, quam sit ab eo visus? quomodo Salamandra ab igne non consumatur, ac quomodo navis magno impetu procedens, a piscicolo, *remora* dicto, subito detineatur? (1). Et ut magis adhuc humani intellectus elucescat infirmitas, a te peto, o christiane, an scias ex quo conficiatur formica, vel vilis quidam vermiculus? an cognoscas, ex quo constitutatur unius muscae pes, festuca una, imo et lutum quod pedibus calcus? constitutur ne haec ex punctis, vel partibus in infinitum divisibilibus? quae est rerum illarum materia et forma? certe haec concipere nequis; propter quod cum ita debiles et infirmi sint intellectus nostri, ut haec communia et facile concipere non valeant; quanto debiliores reputant et infirmiores ad altissimum Eucharistiae Sacramentum concipiendum? pro certo ibi noster habebit animus; et ideo non dicendum, *quomodo?* at generose captivandus intellectus noster in obsequium fidei. Non dicendum, *quomodo?* simpliciter credendum Christo dicenti, se esse in Eucharistia. Non dicendum *quomodo?* credendum est fide generosa, quae triumphet de intellectu: et *que triumphet de spiritu particulari.*

3. Omaes fere Hæresiaræ, argumentorum vi ad silentium redacti, spiritu privato ipsis contrarium inspirante et testificante, se tegunt. Cum ad confutandos illorum errores manifesta Conciliorum generalium decretâ, aperta Ss. Patrum platica, et rationes indissolubiles adducuntur, se, lis rejectis, spiritui privato contrarium dietanti credere profitentur. Cum Abayardo

(1) Triâ presulca portenta, que retractis sacculis iaudabantur, hanc amplius agnoscit recent scientia naturæ; neque, his demptis, deficit argumentum deductum ex immensi mysteriis, que in rebus naturalibus perspicuntur, quin comprehendantur; seu esse noscentur, quin earum essendi modum mens valeat explicare humana.

objiciebatur, sanctos Pares et omnes penitus homines hereticae ejus doctrinae adversari, respondebat ipse: *omnes sic, ego autem non sic.* Eodem spiritu commotus Lutherus, sanctorum Patrum doctrinae convicabatur, ut suam extolleret, eique pertinaciter adhaeret: Chrysostomus, inquebat, verbosus est; Augustinus est ingeniosus; Hieronymi cerebrum a jejunis debilitatum est; hi suo modo senserunt, et ego alio: *omnes sic, ego autem non sic.* Simili etiam spiritu ductus Calvinus, ait, Christum non esse realiter in Eucharistia; Christo corpus et sanguinem suum in Eucharistia esse assentient non credit, Ecclesiam Romanam Christum ibi esse docentem contemnit; et si ei dicatur sanctos Ecclesia Patres idem sentire, respondebit ille: *ego autem non sic.* Ecce spiritum Calvini; equis credit, quod hujus homuncionis spiritus nostre fidei regula esse debeat? qui arbitretur privatum Calvini spiritum esse priuolum totius orbis christiani mobile, a quo omnes fidèles regi teneantur? seu potius, quis non censeat diabolicum, ridiculum et imaginarium hujusmodi spiritum? non enim nos in materia fidei a proprio et privato rationis instinctu, verum a fide divina dirigi et gubernari debemus. Equidem sensum errores corrigat emendata ratio; rationis errores fidei divina luce emendandi sunt: *ideo nos fidèles appellamus*, inquit Chrysostomus, *ut humana rerum cogitationum vilitate contempta, ad fidem altitudinem evadamus* (hom. 24 in Joan.). Itaque privato huic non fidamus spiritui, et sicut olim Isaac Deus sibi sacrificari petit, privatum hunc ei sacrificium spiritum; non credamus, quod hic dicitur spiritus; fide animosa, ac de hoc spiritu triumphante credamus Christo assentient se vere et realiter esse in Eucharistia: *hoc est corpus meum.* Postremo hoc credendum est *fidei efficaci et operante.*

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## III PARS.

*Fidei efficaci et operante credendum est, Christum esse realiter in Eucharistia.*

Cum fides sine operibus mortua sit, fidem nostram opera comitari, aut subsequi debent. Non sufficit dicere, *credo*; fidem operibus manifestanda est: *ostendam tibi ex operibus fidem meam* (Jac. 2). Tanta inter fidem et opera extat connexio, ut fidei, si vera sit, respondere debeant opera; ut enim ait S. Gregorius, *ille veraciter credit, qui exercet operando quod credit* (ho. 38 in Evang.). Unde si peccata poniuntia deleri credamus, poniuntia operibus est vacandum; si Christo inimicorum amorem precipienti fidem adhibeamus, non odio habendi, imo sincere diligenti sunt; et si credamus Christum vere et realiter esse in Eucharistia, eum ibi praesentem credamus oportet, non fide speculativa et otiosa tantum, verum fidei efficaci et operante, que inducat 1. ad eum visitandum devote; 2. ad eum adorandum humiliter; 3. ad eum recipiendum frequenter.

1. Credis, inquit, o Christiane, Christum esse realiter in Eucharistia; credis ibi eundem esse Christum, qui in Virginis utero recubuit, eundem qui pro nobis in cruce mortuus est et eundem qui nunc in celo cum Angelis regnat; credis hoc, secus eses hereticus et aternis suppliciis dignus. Si ergo Christum praesentem realiter in Eucharistia credas, cur non eum sepe et devote visitas? Dixit ipse: *delicia mea esse cum filiis hominum* (Prov. 8, 31); cur ergo ad illum in tabernaculis existentes non vadis? cur non illum ibi devote et sepe invisis? Audisti eum dicentem: *venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis* (Sap. 8); cur ergo tu, o Christiane, qui innumeris gravaris infirmitatibus, ad eum non vadis, qui *sanat omnes infirmitates vestras*? scis, quod non habet amaritudinem conversatio ejus; cur ergo ad eum non advolas, ut cum ipso

verseris, ut coram illo cor tuum effundas, et ut ei debita servitutis officia persolvias? Certe Christum in Eucharistia existentem saepe, pie et religiose non visitas, quia eum ibi esse non perfecte credis: si enim Deum, Creatorem et Redemptorem tuum ibi inveniri perfecte crederes, profecto illum crebro et devote visitares; eja, Christiane, fac ut tua, quae usque modo languit fides, in posterum fervida sit et ad visitandum Christum in Eucharistia residentem te allicit. *Opus est*, inquit S. Ambrosius, *volenti colum possidere, fidem operibus comitari* (in ep. ad Heb. 4); enim igitur credas Christum esse in Eucharistia, fidem tuam ita contenter opera, ut eum ibi frequenter et devote visites. In Eucharistia Christum vere ac realiter containeri firmissime credebat Seraphicus Pater S. Franciscus; et ut fidem suam operibus manifestaret, ad eum indesinenter anhelabat, neconu sapissime ac devotissime non salutem in domesticis, verum et in campestribus, ac in pauperibus Ecclesias eum visitabat. Tanta aliorum multorum sanctorum erga sanctissimam Eucharistiam fides extitit, et in templis, imo et in altaris suppeditaneo decumberent, ac ab Ecclesiis rarissime discenderent; ibi pascebant, ibi cubabant, ibique manebant die ac nocte. Alii plurimi sancti viri, cum ob infirmitates, ob nimiam distantiam, aut ob negotiorum multitudinem ad Ecclesias Christum inviisuros se conferre non valerent, eum mente et corde plures qualibet die visitabant, ac eodem modo erga eum affiebantur, quo si in Ecclesiis fuissent. O Christiane similem habeto fidem, et si Christum credas esse in Eucharistia, ita credas, ut eum frequens visites: ita efficax et operans si fides tua, ut te inducat ad eum visitandum sepe et devote, et ad eum adorandum humiliiter.

2. Christum in Eucharistia mansum spiritu propheticamente pravidens regius Yates summo affectu ad eum ferebatur. Unde modo dicebat: *quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum, concupiscit et deficit anima mea in atria Domini* (Ps. 85); modo ajebat: *quenadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus* (Ps. 41); et modo clamabat: *quando veniam et apparebo ante faciem Dei*. Opta-

hat quidem propheta ad templum venire, ut Deum laudaret et adoraret, non ut garret, aut nugaretur; *adorabo ad templum sanctum tuum et confitebor nomini tuo* (Ps. 137). O Christiane, si Christum in Eucharistia esse credas, ad Ecclesias propera, ad Ecclesias advola, non ut ubi confabuleris, non ut ibi familia tua negotia pertractes, non ut de omnibus que in civitate flunt disseras, non ut videaris et videoas; veni ut ibi Christum humiliiter adores, et cum propheta dicas: *adorabo ad templum sanctum tuum et confitebor nomini tuo*. Cum Christus idem sit in celo et in Eucharistia, idem hic et illic ei debet honoris; idem angeli, qui in celo Christum adorant, ad nos etiam descendunt, ut eum in Eucharistia adorent: *assistunt Cherubim, descendunt Seraphim, qui senis alis prodiiti cultus demittunt* (Chrysost., hom. de mensa et judic.). Celestes illos imitetur spiritus, mente Christum contempletur in celo, ibique cum adoremus; pariterque Ecclesias frequenter audeamus, ut ibi Christum Salvatorem mente et corpore adoremus; *adora et communica*, inquit Chrysostomus (hom. 6 ad pop.). Non mirum, sacramentarios Christum in Eucharistia non adorare, cum eum ibi presentem minime credant. Tu vero, o Christiane, qui Christum in Eucharistia re ipsa presentem confiteris et profiteris, ad ipsum adorandum frequentissime accedere debes. *Nihil prodest verbis proferre fidem et factis deserere veritatem*, inquit Augustinus (serm. 1 de defunct.); itaque si Christum in Eucharistia vere adesse credas, tuum operibus ostende fidem, fidesque tua ita efficax sit, ut te inducat ad illum humiliiter adorandum: *ac etiam ad eum recipiendum frequenter*.

3. In nascentis Ecclesiae primordiis tanta et tam efficax erat erga SS. Eucharistiam fides et devotione, ut singulis diebus fideles communicarent: idque in primitiva Ecclesia, quando magna vigebat devotio fidei christiana, statutum novimus, ut quotidie fideles communicarent. Unde Anacletus Papa dicit: *peracta consecratione omnes communicent, qui noluerint Ecclesiasticis carere limibus; sic enim et Apostoli statuerunt et sancta Romana tenet Ecclesia*. Primus ille fidei fervor paulatim elonguit, et hac

estate innumeri vix semel in anno communicant; credunt, inquunt, Christum in augustissimo Eucharistie Sacramento esse ac manducari, et tamen ad illum recipiendum quam rarissime accedunt. O frater, si Christum in Eucharistie esse credas, fides tua sit efficax, teque ad illum frequenter sumendum inducat. Audi sanctos Tridentini Concilii Patres te monentes et hortantes ad talen realis Christi in Eucharistia praesentiae fidem, ut ad illum frequenter sumendum pertrahat. Paterno affectu admonet sancta Synodus, hortatur; orat et obsecrat per viscera misericordiae Dei nostri, ut omnes et singuli qui Christiano censemur nomine, hec sacra mysteria corporis et sanguinis ejus, ea fidei constantia et firmitate, ea devotione ac pietate credant et venerantur, ut panem illum supersubstantialem frequenter, imo vel quotidie suscepturi accedant. Non ait Concilium, ita credere debere fideles, ut raro sumant; optat *ut frequenter suscipere possint*. Ad frequentem Eucharisticam sumptionem hortantur nos quotquot hac de materia scripsere Doctores Catholicci et optaret sancta Synodus, ut singulis Missis fideles adstantes non solum spirituali affectu, verum sacramentali etiam Eucharistie perceptione communicarent. Optaret etiam sanctus Augustinus, ut omnes fideles ita perfecte viverent, ut quotidie Christum in Eucharistia sumere digni haberentur; *sic vivo, ut quotidie meraris accipere* (serm. 18, de verb. Dom.). Id unum ego optarem, ut omnes Catholicci perfecte Christum in Eucharistia praesentem crederent; nec enim hoc ab aliquo perfecte credi potest, quin ad eum sepiissime et ferventissime sumendum moreatur. Itaque, o fratres, languentes et forte mortuam in cordibus vestris excitate fidem; dicat quisque verstrum: *Domine adauge nobis fidem* (Luc. 17, 5); habeat quisque fidem firmam et constantem, fidem generosam et triumphantem, fidem efficacem et sperantem; et in die judicii dicet ei Christus: *fides tua te salvum fecit. Amen* (Marc. 10).

## CONCIO SECUNDA.

*Quomodo fiet istud?* (Luc. 1).

*Mirabitur et dilatabitur cor tuum* (Isaiæ 60, 5).

Mirabilia quidem omnia Dei sunt opera, nec quisque coolum, terram, mare et quaevis creatuam serio contemplari potest, quin in admirationem rapiatur et quin cum regio Prophetæ clamet: *mirabilia testimonia tua, Domine* (Ps. 118). Deus autem, qui in orbis opificio se mirabilem exhiberat, majorem in Verbi incarnatione cunctis præbet admirandi materiam; cum scilicet magnus fit parvus, Deus fit infans et Creator creatura, ac cum sine ulla substantia confusione *Verbum, anima et caro*, ineffabili vinculo in persone unitate conjugantur. Uterius innovantur signa, augentur mirabilia, multiplicantur Dei miracula, dum Verbum caro factum in Eucharistia se sistit Sacramento, quod hodie admirantes contemplatur sumus: *mirabitur et dilatabitur cor tuum*. Cum altitudinem, variosque maris astus concipere nequit Chrysippus philosophus, in illud nescio quo spiritu præcipitem se dedit, dicens: *o abyse, cum te capere non valeam, tu me recipe*. Profunda quidem abyssus et mare magnum est Eucharistia, cuius mysteria humanus capere nequit intellectus; in illud ergo immergatur oportet, non ut ea curiosus perseruetur, invero ut ea plene et corde dilatato admiretur: *mirabitur et dilatabitur cor tuum*. Altissimum ergo hoc admiretur mysterium. *Ave.*

Bonitas, sapientia et omnipotentia mirabiles Dei sunt perfectiones, quibus quasi tribus manus sua digitis, omnia facit, omnia regit, omniaque conservat: *appendis tribus digitis molam terre* (Isa. 40). Verum est, quod aliqua Dei opera ejus bonitatis, alia ejus sapientie et alia ejus potentiae speciali quodam titulo tribui et adjudicari solet; unde communiter mundi creatio opus potentiae, creaturarum mirabilis ordo opus sapientie et gratiarum effusio bonitatis opus esse dicitur. In omnibus

tamen Dei operibus tres illae Dei simul emicant perfectiones, nec aliquid est Dei opus in quo bonitatis, sapientiae et potentiae divinae radii non eluceant; præcipue tamen Eucharistia est quasi speculum, in quo haec Dei perfectiones mirabiliter apparent. In hoc speculo eas nunc inspiciamus; in Eucharistia et bonitatem et sapientiam et potentiam Dei contemplemur, atque in ea admiremur 1. bonitatis Christi excessus; 2. sapientiae Christi adinventiones; 3. potentiae Christi prodigia. Haec in Eucharistia mirari debet cor nostrum: *mirabitur et dilatabitur cor tuum.*

ALERE FLAMMAM  
VERITATIS

I PARS.

*In Eucharistia admiremur bonitatis Christi excessus.*

Christus Dominus Eucharistiam instituit, in Eucharistia se nobis dat ad manducandum et in Eucharistia residet, ac usque ad mundi finem permanebit. Eucharistiam instituit Christus ipsa nocte qua traditus est: *in qua nocte tradebatur* (Cor. 11); in Eucharistia se nobis dat ad manducandum, quotiescumque ad illum sumendum accedimus: *accipite et manducate;* et in Eucharistia usque ad mundi finem in tabernaculo nostro permanebit: *ecce ego cobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem seculi* (Matth. 28). Maxima autem dicenda bonitas I. Christi hoc Sacramentum institutus; 2. Christi in hoc Sacramento ad nos veniens; 3. Christi in hoc Sacramento nobiscum manentis.

1. Juxta vulgatissimam sancti Dionysii sententiam, *omne bonum est sui diffusivum;* ideo cum Deus sit infinite bonus, infinite etiam eum diffusivum et communicativum esse oportet. Profecto infinita Dei habetur communicatio ad intra, seu intra Divinitatis sinum, cum Pater aeternus divinam sui ipsius naturam Filio, et uteque eamdem Spiritui Sancto communiceat. Deus autem, ut incomprehensae bonitatis sua magnitudinem ad extra, sive in ordine ad creaturas manifestaret, se ipsum

infinite in Verbi incarnatione et in Eucharistie institutione communicavit; in incarnatione quidem, cum Verbum eternum humana Christi natura uniri voluit; et in Eucharistie institutione, cum Christus ipsa nocte, qua tradebatur, divinam hoc instituit Sacramentum, in quo seipsum Deum et hominem omnibus sumere volentibus, ac ut ait sanctus Chrysostomus, *singulis fidelibus per hoc mysterium se communicat* (hom. 23 in Matth.). O infinita Dei summe boni communicationem! o infinitam etiam Dei Eucharistiam institutus bonitatem! Christus qui ab incunabulis magna hominibus amoris et bonitatis sua testimonio dederat, specialiora eis, ut ait S. Joannes Evangelista, circa vite sue finem dilectionis et bonitatis signa praebuit: *cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos* (Joan. 13). Major quidem Christi in vita saepe erga homines bonitas tunc illuxit, cum ipsa nocte, qua tradebatur, Eucharistiam instituit, in qua se comedibilem fecit, sequente in cibum hominibus dedit: *Dominus Jesus, in qua nocte tradebatur, accepit panem, et gratias agens, fregit et dixit: accipite et manducate, hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur* (1 Cor. 11). Ecco institutionem Eucharistie, in qua Christi bonitas quam maxime manifestatur non solum quia instituit Sacramentum, in quo ipse fit cibus hominum; verum et quia illud instituit, *qua nocte tradebatur*; ipsa nocte umbra et tenebrosa, in qua pontifices adversus illum insurrexerant, in qua perfidus Judas illum prodidit, et in qua flagella, clavos et cricem, cui affigendus erat, carnificis preparabant. Hac, inquit, nocte in qua homines illum dire persequebantur, ipse amoris igne succensus, panis et vini accepit elementa, eaque in corpus et sanguinem suum transubstantiavit, ut se manducandum hominibus traduceret: *in illo fervoris excessu,* inquit S. Bernardinus, *quando paratus erat pro nobis in mortem tradere vitam suam, ab excessu amoris majus opus agere coactus est, quam unquam operatus fuit ab origine mundi; dare nobis corpus suum in cibum et sanguinem suum in potum* (serm. 54, art. 2). O ineffabilem Christi erga nos bonitatem! o ardenter ejus amorem! o admirandam ejus erga

nos charitatem! o Domine Jesu, certe plus quam explicari et concipi possit, dilexisti nos in fine vite tue, cum adorandum Eucharistie Sacramentum instituisti. *Maxima etiam patet bonitas Christi ad nos et intra nos venientis.*

2. Non solum Sacramentum instituit Christus, in quo posset omnibus se dare et communicare; revera omnibus hoc Sacramentum sumere volentibus se communicat et intra illos venit. Non solum dat corpus suum dignis et amicis, illud etiam non subtrahit indignis, malignis et inimicis; appropianter super eum nocentes, ut edant carnes ejus; tantaque, ut ait Doctor Angelicus, est Christi bonitas, ut *permittat se sceleratorum etiam manibus tracari, et inimicorum ac immundorum dentibus in Sacramento lacerari* (opusc. 58, 15). Si Christus soli Marie Virgini, aut apostolis, aut aliis quibusdam peregrinatio sanctitatis viris corpus suum sumere permisisset, hanc ejus bonitatem omnia saecula proclamassent; at longe major est Christi erga homines bonitas, dum justis et peccatoribus, dignis et indignis se dat ad manducandum; omnibus se praebet in cibum et aequo vere in Iudea, ac in Petri corpus intrat, *ita quod*, ut ait D. Thomas, *untantur in unitate corporis cibus et sumens* (Ubi sup.). O portentosam Christi erga nos bonitatem! Ut Artemisiam Mansoli Carissima regia uxorem, suum, plus quam credi potest, virum amasse perhibeant historici, de illa narrant, quod nedium undeque accersiri curaverit viros eloquentissimos, qui mariti sui facti virtutes et res preclare gestas orationibus suis exhortarent, nec solum etiam sepulchrum, a nomine regis *Mausoleum* dictum, aedificari curaverit adeo splendidum et magnificum, ut inter septem orbis miracula fuerit annumeratum; praeterea in maius amoris argumentum mariti ossa in pulveras jusserit redigiri minutissimos, quos postea vino commixtos elubet, ut quantum fas esset, a marito non separaretur, ac intra se haberet quem diligebat. Magnus quidem extitit hujus mulieris amor; longe major tamen Christi erga nos extitit bonus, qui corpus et sanguinem suum ita sub speciebus Eucharisticis aptavit, ut a nobis edatur, intra nos veniat, nobis se commisceat,

ac nobis quodammodo uniatur. Unde sicut olim pocula amatoria, seu philtera faciebant amantes, ut aliorum sibi amorem conciliarent, ita Christus quasi celeste philtrum et poculum vere amatorum exhibet nobis in Eucharistie Sacramento, in quo ad nos et intra nos venit, nobisque corpus suum ad manducandum, et sanguinem ad bibendum praebet. O pereximum Christi erga nos amorem! O nunquam satis predicanam ejus bonitatem! En maximam bonitatem Christi in Eucharistie ad nos venientis: *videamus superemeritent etiam bonitatem Christi in Eucharistia nobiscum manentis.*

3. Non est qui neget, Christi Salvatoris bonitatem maxime eluxisse in hoc, quod cum hominibus versari et tringita trium annorum tempore manere dignatus sit; hanc autem Christus multiplicavit bonitatem: *multiplicasti misericordiam tuam*, seu, ut alia habet versio, *extendisti misericordiam tuam* (Ps. 35); Christus enim, cuius tanta fuerat bonitas et misericordia, ut his in terris aliquibus annis visibiliter commoraretur, suam adhuc multiplicavit et extendit bonitatem, cum nobiscum invisibiliter in Eucharistie Sacramento usque ad mundi finem manere voluit. *Ecce, inquit, ego vobiscum sum omniabus diebus usque ad consummationem seculi:* ubinam est Christus nobiscum? quo in loco nobiscum manet? in *Sanctissimo Eucharistie Sacramento*, ut exponit Lyranus, ibique manet non per intervalla, sed continue; non in una hostia consecrata, at in omnibus; non ad breve aliquod tempus, verum usque ad mundi terminum: *Ego vobiscum sum omniabus diebus usque ad consummationem seculi.* O magnam Christi bonitatem! Magna censeretur Christi bonitas, si in unico mundi loco, verbi gratia, in monte Thabor, aut in urbe Roma manere voluisse; ingens etiam ejus diceretur bonitas, si in unica hostia consecrata aliquibus dumtaxat anni diebus, v. g. in festo Paschalis, aut Pentecostes morari statuisse. Cum autem Christus non in unico loco, non in una hostia, non per intervalla, nec ad breve tempus, sed in omnibus fere mundi locis, et in omnibus hostiis consecratis maneat, ibi, quounque corrupuntur species, assidue residat, ac nobiscum usque ad mundi finem in Eucharistia moretur: *ego*

*vobisum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi, nonne mirabilem ac ineffabilem se prodit Christi bonitate? Deos suos vinculis alligatos, ne ab iis desererentur, nonnullae custodierunt nationes: sic Lacedaemonii Martis statuam catenis ligatam tenebant; sic Herculis simulacrum aureis funibus ali⁹ definiebant populi; et Apollinis statuam, ne auferretur, alii solicite serrabant. Nos vero minime cogimur Christum Deum et Dominum nostrum detinere; nse enim nobiscum est in Eucharistia, ibi nobiscum manet, ac aureis charitatis et bonitatis sue catenis constrictus usque ad mundi finem manebit. Unde non est necesse, ut ei cum discipulis dicamus: *mone nobiscum, Domine* (Luc. 4, 25), cum e converso peramanter ipse dixerit nobis: *ego vobisum sum omnibus diebus, usque ad consummationem saeculi.* O admirabilem, ac omni admiratione dignam Christi bonitatem! Clamat regis Propheta, *quam bonus Israel Deus!* et nos pariter stupentes clamemus, quam bonus Christus Eucharistiam instituens! quam bonus Christus ad nos in Eucharistia veniens! quam bonus Christus nobiscum in Eucharistia manens! Hanc Christi bonitatem admiratur Chrysostomus, dicens, omnes bonitatis Dei thesauro in Eucharistia esse reconditos: *Eucharistiam cum deo, omnem benignitatem Dei thalamum aperio* (hom. 24 in 1 Cor.): admireremus et nos Christi bonitatem in Eucharistia, ac pro tanto beneficio debitas ei gratias referamus. Dixit Christus, *quod ubique fuerit corpus, illic congregabuntur et aquila* (Matt. 24, 28); illud corpus de quo Christus loquitur, est corpus ejus in Eucharistia residens, circa quod, ut ait divus Ambrosius, congregari debent fideles: *bonae aquile circa altare; ubi enim corpus, ibi et aquila* (de Sacram. 4, 2); circa illud corpus volitamus, ut Christo gratias referamus, ut fidei, humilitatis, amoris et altaris virtutum actus eliciamus; ac ut portentosos bonitatis Christi excessus admireremus. Atque hos excessus precipue admirari debemus antequam ad sanctissimum hoc Sacramentum recipiendum accedamus; tunc totus intellectus admirari et totum cor nostrum in admiratione bonitatis Christi dilatari debet: *mirabitur et dilatabitur cor tuum.**

Ad haec in Eucharistia admirari etiam debemus *sapientiae Christi adinventiones.*

## II PARS.

*In Eucharistia admireremus sapientiae Christi adinventiones.*

In natura et gratiae operibus mirabilis est Dei sapientia; nullum est opus, quantumvis parvum et exile, in quo eternae hujus sapientiae characteres non elueant, in quo non legatur, supremum aliquem esse opificem, qui omnia mirabilis cum sapientia operatus est: *omnia in sapientia fecisti* (Ps. 103). Divina hujus sapientiae adinventiones admirabatur, et in iis enarrandis exercebat Psalmographus, dicens: *in adinventionibus tuis exercabor* (Ps. 76, 13). Ejusdem et ego sapientiae adinventiones nunc in Eucharistia admiror; que quidem maxime mirabiles comprobantur ex eo quod in illa Christus modum invenit, quo corpus suum sit simul 1. in celo et in terra; 2. magnum et parvum; 3. manducatum et integrum.

1. Cordi Christi et hoc mundo discessuri, duo, ut ait divus Augustinus, inerant amores inter se pugnantes, atque ad opposita Christum sollicitantes; unus in celum ascendere et alter in terra manere ei suadebat; unus ad patriam redire coelestem et alter in terris inter homines morari impellet; unus ostendebat necessarium esse, ut in terra remaneret, ne ab hostiis, tamquam lupis rapacibus, Ecclesia dilaniaretur; et alter dicebat, Spiritum Sanctum ad Ecclesiam non descensurum, nisi ad Patrem unde venerat, ipse remigraret. Quid igitur tunc facto opus est? quo se veret Christus? cuius amoris propensionibus suffragabitur? si a terra discedat, ut ascendat in celum, Ecclesia suo orbibut capite et protectore; si autem non ascendens in celum hic in terris remaneat, hominibus non aperiatur coeli, nec Spiritus Sanctus super eos descendet; quid ergo faciet Christus? deseret ne terram, ut in colum ascendat? abstinebitne ab ascensi in colum, ut in terra remaneat? ascendet

simil et remanebit: sapientia enim ejus invenit modum supra omnem modum, quo utrumque fiat, ut scilicet ad Patrem ascendet quod: propriam formam et nobiscum maneat in forma cibi sacramentaliter. Quo pacto utriusque amori satisfecit Christus: amori scilicet perfectionem flagitanti, dicens: *cado ad Patrem;* et amori mansionem in terris suadenti, dicens: *ecce ego vobis feci sum ad consummationem seculi.* O mirabilem Christi sapientiam! Usitatum habetur inter amantes, quando quis eorum abscedit dicere, *etsi abeo, tecum maneo.* Hyperbolicus sane hic loquendi modus ad indicandum, amantem a persona amata nunquam discedere unaque cum illa mente et corde semper remanere. Quod autem hyperbolice alii dicunt amantes, Christus, qui est suprema veritas, absque hyperbole dicere potuit; quando enim ab hominibus discessit, cum iis remansit; quando in celum ascendit, terram non reliquit: simul *ipse sursum, ipse deorsum, ut loquitur D. Augustinus (ser. 4 de verb. D.)* et ut ait Doctor Angelicus, *corpus Christi vere est in celo et vere est in terra.* O portentosam sapientiam Christi, qui modum invenit, quo corpus suum sit simul in celo et in terra; et *quo corpus suum sit simul magnum et parvum!*

2. Credit sancta Mater Ecclesia et docet Catholica Fides, totum Christi corpus esse vere in Eucharistia, neque magnum ac in cruce et in celo: *ibi est ita magnum et perfectum,* inquit Doctor Angelicus, *sicut fuit in cruce, et ita magnum sicut in die Paschae resurrexit* (opusc. 59, 3). Tanta autem est Christi sapientia, ut invenerit modum, quo suum corpus tam magnum in Eucharistia, in eadem sit etiam parvum, non quidem ratione sui, sed ratione parvae hostiae in qua totum remanet, et quasi clauditur; ut enim ait D. Thomas, « corpus Christi non est sub hostia naturaliter, sed sacramentaliter, et ideo non est ibi, ut locatum in loco, nec sub dimensionibus propriis, sed sub dimensionibus que prius fuerunt, scilicet panis et vini, et ideo cum substantia de se, in quantum substantia, locum non occupet, nec requirat, nisi in quantum est sub dimensionibus quantitatis, sequitur ex hoc, quod corpus Christi in Sacramento non requirat, nec occupet

plus loci, vel de loco, quam dimensiones panis, sub quibus velatur et regitur, occupant et requirunt». Ecce quomodo corpus Christi in Eucharistia sit simul magnum et parvum; et ecce etiam mirabilem Christi sapientiam. Admirati sunt antiqui sapientiam Myrmecidis, ac artificiosam ejus manum, qua currum quatuor rotis volubilem, ac omnibus suis partibus instructum, quem una manus ala tegere poterat, fabricare valuerit. Nobis vero miranda magis Christi sapientia, qui totum corporissimum sub parva hostia, imo sub minima hostie particula reponit, ita quod sit simul magnum et parvum, magnum quidem in se, et parvum ratione spatii intra quod remanet. Quid explicant theologi dicentes, extensionem localem actualiem non esse de essentia corporis, sed solummodo aptitudinem, vel radicalem; idcirco cum actualis extensio localis, seu in ordine ad locum, non sit de essentia corporis, haec extensionem a suo corpore sustulit Christus, et fecit, quod in Eucharistia non extendatur actu localiter, sed solum aptitudinaliter intrinseco et in ordine ad se, ita quod partes corporis sui non sint confuse, et habeant distinctionem et ordinem corpori humano congruentem. Unde fit, ut Corpus Christi in se magnum, parvum efficiatur ratione parve hostie et parvi spatii, in que est et in quo residet. Quomodo haec fieri difficultate concipitur, nec intelligere potest imaginatio nostra quomodo tam magnum corpus sub parva hostia continetur; illud tamen variis similitudinibus explicant Doctor Angelicus et D. Bernardinus. Sicut, inquit, species et figura turris, montis, vel solis, tota recipitur et comprehenditur in oculo, qui est parvus, ita et Christi corpus, quod est magnum, intra minutissimam hostie particulam continetur. Sicut in parvo speculo appareat imago maximi hominis, ita in parva hostie remanet magnum Christi corpus. Sicut anima nostra, ut ait D. Augustinus, est tota in toto corpore, et ita magna in corpora infantis, sicut in corpore gigantis, quia propter corporis augmentum vel diminutionem, sive aliquis membris truncationem, ipsa anima non minitur vel augetur, ita, inquit S. Bernardinus, *cum corpus Christi ipsa hostia maior sit, nihilominus intra tam parvam hostiam continetur; non ta-*

*men contractum, sed ita magnum aliqua perfectum, sicut in celo est* (ser. 54, a. 1). Miremini sapientiam Christi, qui invenit modum, quo corpus suum in Eucharistia sit simul magnum et parvum; et qui invenit etiam modum, quo corpus suum sit simul manducatum et integrum.

3. Dixit Christus: *accipite et comedite, hoc est corpus meum* (Matth. 26). Accipiunt et manducant fideles; ita tamen Christi corpus sumunt et manducant, ut nunquam minatur, vel consumatur; semper integrum perseverat: *sumit unus, sumunt mille, quantum isti, tantum ille, nec sumptus consumitur* (D. Th. in Mis. SS. Saer.). « Sicut homo, inquit S. Bernardinus (Ubi sup. 2), cum comeditur a leone, anima eius non consumitur, sed tantum corpus; sic dum hostia sumitur a sacerdote, non consumitur corpus Christi, sed tantum panis species. Et sicut corrupto hominis corpe anima integra separatur, sic facta corruptio circa species panis, desinit esse corpus Christi, et tamen integrum remanet ». Id admirare voluit Christus miraculo quinque panum, quos benedixit et ex quibus plurima hominum milia satiavit, et nihilominus, Deo illos multiplicantur, non fuere immuniti, quin potius ita superabundarunt ut varie sporta ex his faciunt rapte. *Non est ergo mirum*, inquit Doctor Angelicus, si Deus conservat suum corpus, ut *comestum non diminuat, nec consumatur, qui dictos panes non solun sic conseruare potuit, sed etiam augmentare* (opus. 59, 8). O mirabile sapientiam Christi, qui corpus suum dedit in cibum inconsumptibilem, qui a fidelibus sumitur et usque ad mundi finem sumetur, qui tamen vel in minimo consumatur, aut minatur, atque semper integer perseverat. Miramini in Eucharistia Sacramento sapientiam Christi, quae tanta est, ut celum adiens, nobiscum remanserit; quae tanta est, ut corpus suum, licet magnum, sub parva panis particula posuerit; et quae tanta est, ut corpus suum ab hominibus manducari volens, illud semper integrum et inconsumptum servaverit ad hoc ut iis esset in cibum perpetuum. Tanti faciebat Salomon, quod Templum suum Deus incolere dignaretur, ut admirans dixerit: *ergone putandum est, quod vere Deus ha-*

*bitet super terram?* (III Reg. 8, 28), similiter et nos admirantes dicamus: *ergone putandum, quod cum Christus in celum visibiliter ascendit, nobiscum in Eucharistia invisibiliter remanere voluerit? ergone putandum, quod Christus corpus suum magnum sub parva hostia constituere dignatus sit? ergone putandum, quod Christus corpus suum semper ad manducandum dare et semper integrum servare velit, ad hoc ut in perpetuum fidelium usui deserviat?* Ha sunt admirabiles sapientiae Christi adinventiones in Eucharistia, quas seppissime admirari expedit fideles, ac precipue autaquam sanctissimum hoc Sacramentum sumant; tunc corda nostra admirari et in eorum contemplatione dilatari debent; *mirabitur et dilatabitur cor tuum*. In Eucharistia admirari etiam debenus potentiae Christi prodigia.

## III PARS.

*In Eucharistia admiremur potentiae Christi prodigia.*

Tanta est Dei potentia, ut solo verbo celum et terram, elementa et mixta, angelos et homines creaverit: *ipse dixit et facta sunt; ipse mandavit et creata sunt*. Hanc Dei potentiam in omnibus natura et gratiae operibus admirabatur regius propheta, eamque ineffabilem esse predicabat dicens: *quis loquetur potentias Domini?* Eam hodie in solo Eucharistia Sacramento admirabor, ubi mirabiliter eluet et in panis ac vini substantia et in accidentibus Eucharisticis et in corpore Christi: 1. *in panis ac vini substantia*, que tota immutatur; 2. *in accidentibus Eucharisticis*, que sine subiecto existunt; 3. *in corpore Christi*, quod simul est in pluribus locis.

1. Sancta Romana Ecclesia credit, totam panis et vini substantiam per consecrationem converti in corpus et sanguinem Christi, ita quod in instanti immediate sequente prolationem horum verborum: *hoc est corpus meum, et hic est calix sanguinis mei*, tota panis et vini substantia in corpus et sanguinem Christi sit immutata. In aliis mutationibus tam naturalibus quam

supernaturalibus, immutata, manente substantia, sola forma mutatur, ita quod una forma alteri succedit in eadem materia. Sic cum comburitur lignum, fit naturalis quedam mutatio a forma ligni ad formam ignis; remanet eadem materia in igne, que prius fuerat in ligno. Sic etiam in mutationibus mirabiliter effectis; cum v. g. uxor Lot transmutata est in statuam salis, cum virga Moysis versa est in colubrum et cum in nuptiis Canæ Galileæ aqua est effecta vinum, in his aliisque conversionibus praternaturalibus locum habuit tantum mutatio forme, ita quod destracta precedente, alia adveniret in eodem subjecto. In Eucharistia vero fit conversio totius substantie panis et vini in totam substantiam corporis et sanguinis Christi; qua conversio vocatur *transubstantiatio*, seu conversio totius substantie in totam substantiam. Ad istam autem conversionem attingere nequit virtus agentis cuiusvis naturalis; non eam naturaliter facere possunt homines, non angeli; in ea autem eluet potentia Dei, qui illam quam facilime operatur, nempe per solam consecrationem, seu per solum verbum Christi, ore Sacerdotis prolatum. Sicut enim, inquit D. Thomas, verbum Pape per suos nuncios promulgatum, facit omnes prelatos in unum Concilium convenire; ita Christus verbo suo per suos nuncios sacros sacerdotes prolatum, facit ut tota panis et vini substantia in corpus et sanguinem suum immutetur. O mirabilem Christi potentiam! Idem D. Thomas sic ratiocinatur, «sicut in principio creavit Deus coelum et terram et omnia que in eis sunt solo verbo suo, secundum illud (Genos. 1) *fiat lux*; et sicut fecit de omnibus et singulis creaturis ab initio creatis, secundum quod Psalmista dicit: *Verbo Domini coeli firmati sunt*; sic facit Deus in Sacramento, quia secundum Augustinum, *accedit verbum ad elementum et fit Sacramentum*. Et hoc est quod dicit D. Amorosius: *si tanta vis est in sermone Domini Jesu, ut inciperent esse quæ non erant, quanto magis operatorius est, ut quæ erant, in aliud comutentur?* Miramini Christi potentiam in augustissimo Eucharistiae Sacramento, quia tanta est, ut solo verbo totam panis et vini substantiam in corpus et sanguinem suum con-

vertat. *Ejus potentiam etiam patet in accidentibus Eucharisticis, quæ sine subjecto existant.*

2. Destructa panis et vini substantia, remanent color, sapor, odor et alia accidentia, quæ substantie panis et vini antea inherebant. Haec autem accidentia non inherent corpori Christi, quod in Eucharistia non est album, nec rotundum, nec sapidum; ibi sunt quasi nebula operiens gloriam Domini et quasi velum sacram, intra quod latet Christi humanitas divinitatis conjuncta. Quomodo haec accidentia sine subjecto esse possint, vix concipere potest humana ratio; *accidentis esse est inesse*, seu ordinatur accidentia ad inherendum; ideo difficillime concipi potest, quomodo sint accidentia et actu non inherarent. Tamen plurima Deus perficere potest, quæ humanus intellectus capere non valet; *dicamus*, inquit Augustinus, *Deum aliquid posse, quod nos fateamur; investigare non posse*. Et ut sit Tertullianus, *male Deum noruit, qui non putant Deum posse quod non putant*. Unde licet difficillime concipi queat accidentia Eucharistica manere sine subjecto, per Dei potentiam fit, ut sine subjecto existant. Verum est, quod accidentia naturaliter inherere appetant et quod naturaliter sine actuali inherentiis esse nequeant; atvero per Dei potentiam fit, ut actu non inherarent. Sicut enim per potentiam suam infinitam Deus naturam humanam Christi absque propria subsistentia et personalitate servavit, ita et accidentia Eucharistica servare potest et servat absque actuali inherentiis. Et quis censet Deum, qui potentia sua intolerabili mundi molem sustinet, non valeat debilia quedam accidentia absque subjecto sustinere? Hoc quidem potest Christus et hoc per suam omnipotentiam operatur: *facit Deus*, inquit S. Bernardinus, *ut ea que erant in alio per naturam, scilicet accidentia, virtute divina stabiliantur inesse sine aliquo subjecto*. Cujus rei rationem affert idem. S. Bernardinus, dicens: « ea que non sunt proprie, sed insunt, accidentia sunt; quæ Deus facit esse præter subjectum, atque per se subsistere tamquam ea quæ per se sunt scilicet subjective. Potest autem hoc divina virtus efficere: quia causa prima plus influit in causatum esse, quam causa secunda.

Causa enim accidentium prima Deus est; sed causa secunda est substantia. Sublata igitur influentia substantiae respectu existentia accidentum, remanet influentia cause primæ», qua scilicet fit, ut accidentia sine subiecto existant. Ecce mirabile prodigium potentie Christi in Eucharistia. Aliud alius ejusdem potentie prodigium in ea eluet; *in hoc scilicet, quod corpus Christi sit simul in pluribus locis.*

3. Non solum credimus, Christum simul in celo esse et in terra; in celo visibiliter ac praesentia naturali; et in terra invisibiliter ac praesentia sacramentali; insuper dicimus, eum in diversis locis adesse sacramentaliter, ubiquecumque scilicet sunt hostiae debite consecratae; ut enim ait summus Pontifex Innocentius tortus, *sicut Christus secundum divinitatem essentialem est in omnibus rebus; ita secundum humanitatem sacramentaliter totus est in pluribus locis.* Et ut fuit sanctus Augustinus, *intelligendum est, corpus Christi esse in uno loco, id est, verum corpus in omni altari sacramentaliter est, ubi celebratur.* Idem Augustinus asserit, Christum se tulisse in manibus suis postquam, accepto pane, haec verba profiliat: *hoc est corpus meum:* Christus, inquit, *ferebatur in manibus suis, quando commendans ipsum corpus suum, ait: hoc est corpus meum.* Erat ergo Christus tunc in duobus locis, alter non se tulisset in manibus; sicut itaque tunc Christus corpus suum in duobus locis praesens exhibuit, ita et illud praesens effect in omnibus locis, ubi hostiae consecrantur. Quod præclara similitudine explicat Doctor Angelicus, dicens: «si facies tua plura proponas specula, in omnibus æqualeiter et integraliter una apparebit facies; sic est revera in Sacramento Christi, qui speculum dicitur; Christus enim idem et totus est in omnibus locis, ubi est Eucharistia Sacramentum. Dices forsitan, te concipere non posse, quomodo idem corpus Christi sit simul in diversis locis; sed recordare, Christum esse omnipotentem et majora posse facere, quam ratio tua possit capere. Unde in his et similibus quæ fides docet, dic semper, cum qui te credere jussit, esse omnipotentem, ac ea facere posse, quæ nos credere jubet. Haec

si ratio tua, inquit Augustinus, hoc sit fundamentum, quo ad firmiter credendum compellaris: *qui te magna credere jussit, omnipotens est. Sit ergo pro lance rationis, omnipotentia Creatoris.* Verum est, ut ait Hugo a S. Victore, quod secundum legem a Deo in natura positam, idem corpus non possit esse simul in diversis locis; verum cum quilibet legislator possit dispensare in lege quam ipse statuit, imo oppositum ordinare, ita et Christus, qui ut Deus hanc legem statuit, in ea dispensare potest, ac reversi dispensat, efficiens, ut corpus sum sim sit simul in pluribus locis. Idem alias verbis docent theologi, duplum in Deo distinguentes potentiam, ordinariam unam et extraordinariam alteram. Illa naturæ leges servat, agitque juxta ordinem in natura positum; ista vero agit contra ordinem naturæ, ac ad omnia possibilia et non repugnantia se extendit. Et sic per potentiam ordinariam facit Deus, ut comburat ignis; per extraordinariam vero ignis activitatem aliquando suspendit, ut in fornace Babylonis. Per primam facit, ut sol indesinenter ab Oriente in Occidentem volvatur; per secundam vero illum aliquando immobilem reddit. Et similiter per potentiam ordinariam facit, ut unum corpus unicum sit in loco et non in pluribus; per potentiam extraordinariam facit, ut corpus suum diversis in locis præsens fiat. O admirabilem Christi potentiam in Eucharistia! certe in ejus consideratione mirari, ac dilatari debet cor nostrum: *mirabitur et dilatabitur cor tuum.* Ad Deum oculos suos semper habebat regius propheta: *oculi nici semper ad Dominum;* oculi et nos semper habeamus ad Dominum nostrum in Eucharistia manentem, ac mirabilia operantem; ibi oculi, mentes et corda nostra fixa sint, ut mirifica potentia ejus prodigia admiremur: *videte, inquit idem Propheta, et videte opera Domini, que posuit prodigia super terram.* Magnum prodigium, quod fecit Christus super terram, est sanctissimum Eucharistia Sacramentum, in quo plurima eluent potentie ejus prodigia; haec videnda, haec contemplanda, haec miranda sunt tum præcipue, cum Christum sumpturi ad sanctam Eucharisticam mensam accedimus; tunc maxime ejus mirari debemus po-

tentiam, ac in ejus admiratione dilatari debet cor nostrum: *mirabitur et dilatabitur cor tuum.* Pro dolor! multi et bonitatis et sapientiae et potentiae ejus obliviscuntur, divinamque sticam mensam despiciunt: *mensa Domini despacta est;* imo et multi criminibus suis contaminant: *mensa Domini contaminata est.* O ingratitudinem fidelium, qui mentis oculos ad Eucharisticum convivium convertere recusant et que in illo mirabilia fide conspiciuntur, admirari renunt! O fratres, saltem ante communionem Christi bonitatem, sapientiam et potentiam in Eucharistia admiremini, et haec admiratio vos inducat ad sanctissimum hoc Sacramentum summa cum preparatione recipiendum, ut ejus virtute gratiam et gloriam obtineatis. Amen.

## CONCIO TERTIA.

*Quomodo fiet istud?* (Luc. 1, 34).

*Qui manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit* (1 Cor. 11, 29).

Si quandoque judicis manere fungi peroptarem, ad hoc maxime, ut adversus indigne communicantes sententiam ferrem. Nec nimis gravis censeri possent supplicia, quibus illos addicerem, cum plus quam dici et concepi queat, enormia sint crimina, quorum rei efficiuntur. Non est qui Jude non detestetur scelus; nemo qui adversus hunc preditorem non irascatur et qui non eum supra omnes homines esseculum censcat; non tamen minus gravis sunt indigne communicantibus sceleris; hi Judea crimina participant et simul cum illo iudicium sibi manducant: *qui manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit.* Quapropter sicut initium omnis boni est declinare a malo, ita et magna ad Eucharistiam digne recipiendam dispositio erit,

si quisque ab indigna et mala communione caveat. Quid ut quisque prestat, adversus indigne recipientes sanctissimum Eucharistie Sacramentum haec erit concio. Ave.

Tria simul et semel enormia commisit peccata Judas, cum Christum in horto Gethsemani osculatus est: *primum* est hypocrisis infanda, quia Christum prodidit, se ejus amicum simulans: *secundum* est gravis ingratitudo erga Christum, a quo ad apostolatum vocatus fuerat et a quo innumera alia beneficia receperat: *tertium* est horrendum sacrilegium, quod perpetravit, cum polluto et probroso ore suo Christum osculari, ac divinum ejus os tangere ausus est: *Juda, osculo filium hominis tradis?* (Luc. 22, 48). O quam gravia et horrenda hujus apostoli fuere sclera? Quis hec audiens sancto in Judam non accendatur odio? quis adversus scelerum hunc discipulum non irascatur? quis non clamet eum esse indignum omni gratia et eternis suppliciis dignum? Non solum autem adversus Judam insurgendum et clamandum, verum et adversus omnes qui indigne, seu in statu peccati mortalis, sanctissimum Eucharisticum Sacramentum accipiunt; hi etenim immania Judea crimina participant; hi simul cum Juda sunt et hypocrite et ingrati et sacrilegi, eo quod indigna communio sit hypocrisis, ingratitudo et sacrilegium: est 1. infanda hypocrisis; 2. gravis ingratitudo; 3. horrendum sacrilegium.

UNIVERSIDAD NACIONAL AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN  
SISTEMA NACIONAL DE BIBLIOTECAS  
1 PARS.

*Indigna communio est infanda hypocrisis.*

Si hypocritis plures maledixit Christus, dum in hoc mundo versaretur, dicens: *vae vobis, hypocrite* (Matt. 23); maledictione et execratione sua non minus ferit indigne communicantes, veluti hypocritas, qui videntur boni christiani; angeli Dei et amici Christi, cum tamen sint 1. foris boni christiani

tentiam, ac in ejus admiratione dilatari debet cor nostrum: *mirabitur et dilatabitur cor tuum.* Pro dolor! multi et bonitatis et sapientiae et potentiae ejus obliviscuntur, divinamque sticam mensam despiciunt: *mensa Domini despacta est;* imo et multi criminibus suis contaminant: *mensa Domini contaminata est.* O ingratitudinem fidelium, qui mentis oculos ad Eucharisticum convivium convertere recusant et que in illo mirabilia fide conspiciuntur, admirari renunt! O fratres, saltem ante communionem Christi bonitatem, sapientiam et potentiam in Eucharistia admiremini, et haec admiratio vos inducat ad sanctissimum hoc Sacramentum summa cum preparatione recipiendum, ut ejus virtute gratiam et gloriam obtineatis. Amen.

## CONCIO TERTIA.

*Quomodo fiet istud?* (Luc. 1, 34).

*Qui manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit* (1 Cor. 11, 29).

Si quandoque judicis manere fungi peroptarem, ad hoc maxime, ut adversus indigne communicantes sententiam ferrem. Nec nimis gravis censeri possent supplicia, quibus illos addicerem, cum plus quam dici et concepi queat, enormia sint crimina, quorum rei efficiuntur. Non est qui Jude non detestetur scelus; nemo qui adversus hunc preditorem non irascatur et qui non eum supra omnes homines esseculum censcat; non tamen minus gravis sunt indigne communicantibus sceleris; hi Judea crimina participant et simul cum illo iudicium sibi manducant: *qui manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit.* Quapropter sicut initium omnis boni est declinare a malo, ita et magna ad Eucharistiam digne recipiendam dispositio erit,

si quisque ab indigna et mala communione caveat. Quid ut quisque prestat, adversus indigne recipientes sanctissimum Eucharistie Sacramentum hec erit concio. Ave.

Tria simul et semel enormia commisit peccata Judas, cum Christum in horto Gethsemani osculatus est: *primum* est hypocrisia infanda, quia Christum prodidit, se ejus amicum simulans: *secundum* est gravis ingratitudo erga Christum, a quo ad apostolatum vocatus fuerat et a quo innumera alia beneficia receperat: *tertium* est horrendum sacrilegium, quod perpetravit, cum polluto et probroso ore suo Christum osculari, ac divinum ejus os tangere ausus est: *Juda, osculo filium hominis tradis?* (Luc. 22, 48). O quam gravia et horrenda hujus apostoli fuere sclera? Quis hec audiens sancto in Judam non accendatur odio? quis adversus scelerum hunc discipulum non irascatur? quis non clamet eum esse indignum omni gratia et eternis suppliciis dignum? Non solum autem adversus Judam insurgendum et clamandum, verum et adversus omnes qui indigne, seu in statu peccati mortalis, sanctissimum Eucharisticum Sacramentum accipiunt; hi etenim immania Judea crimina participant; hi simul cum Juda sunt et hypocrite et ingrati et sacrilegi, eo quod indigna communio sit hypocrisia, ingratitudo et sacrilegium: est 1. infanda hypocrisia; 2. gravis ingratitudo; 3. horrendum sacrilegium.

UNIVERSIDAD NACIONAL AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN  
SISTEMA NACIONAL DE BIBLIOTECAS  
1 PARS.

*Indigna communio est infanda hypocrisia.*

Si hypocritis plures maledixit Christus, dum in hoc mundo versaretur, dicens: *vae vobis, hypocrite* (Matt. 23); maledictione et execratione sua non minus ferit indigne communicantes, veluti hypocritas, qui videntur boni christiani; angeli Dei et amici Christi, cum tamen sint 1. foris boni christiani

et intus mali; 2. foris angeli Dei et intus daemones; 3. foris amici Christi et intus proditores.

1. Omnes hypocrite piarum personarum partes agunt, omnes boni volunt videri, non esse; ut ait D. Paulus, omnes sunt homines *habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes* (2 Tim. 1, 5). Undo eos cygno assimilant multi; sicut enim cygnus candidis operitur plumis, sub quibus nigra, et aspera latet caro, ita et hypocrite externam quandam praeferunt sanctitatis speciem, sub qua conscientiam pluribus criminibus denigratam velant et operiunt. Sanctus Gregorius hypocrita struthioni similem dicit: *struthio volandi speciem habet, sed usum volandi non habet; ita hypocrita cunctis intentibus imaginem sanctitatis insinuat, sed tenere vitam sanctitatis ignorat* (Mor. 7, 12). At melius hypocitarum formam expressit Christus, cum eos sepulchris dealbatae vocavit: *vae vobis, inquit. Sacerdos et Pharisei hypocrite, qui similes estis sepulchris dealbatis: quia a foris parent hominibus speciosa: intus vero plena sunt osibus mortuorum et omni spuria (Matt. 23, 27)*. Si sepulchrum ad aliquis principis gloriam erectum inspicias, protinus objicunt se oculis marmora pulcherrima, statuae splendenti jaspide sculpta, stemmata auro et argento, rutilantia, inscriptiones praeclera principis mortui facinora delineantes: omnia ibi exterius habentur pulchra, omnia speciosa; si vero superpositum lapidem amoveas, si ad ea que intrinsecus latent oculos convertas, ibi ossa solummodo nuda et exesa reparies; vel si aliquid carnis superest, eam verminibus scaturientem videbis. His sepulchris similes sunt hypocrite, quia exterior videtur albi, ac pereximia sanctitate prediti, interior maliitia, dolo et iniquitate replentur. Ecce indolem et mores hypocitarum; et ecce etiam indolem et mores indigne sumentium Eucharistiam, qui quidem externa multa sanctitatis et pietatis signa edunt, dum, ut ait Doctor Angelicus, vere sunt *hypocrite, qui foris boni apparentes occulite sunt praei* (Opuse. 17). Hi foris et quoad formam externam videntur boni et pii christiani, interior mali christiani et antichristiani dicendi, qui indigne, probrose et cru-

deliter Christum tractant: *nonne potius antichristianus est, quam christianus judicandus, qui quantum in se est, Christianum jam factum impossibilem, ita tractat indigne, ita probis affecti, ita crudeliter interimit et sepolit inhoneste?* O infandam hypocrisim indigne suscipientium Eucharistiam! Magis adhuc infanda patet eorum hypocrisia, *quia foris videntur angeli Dei et intus sunt daemones*.

2. De hypocrite ait Seneca, quod sit *foris Cato, intus Nerō*; de eodem assorere licet, eum foris angelum videri, intus daemonicum, seu a daemone possossum; hypocrite enim in vultu, in gestu et in omni externo apparatu angelicam praeferunt formam et videntur quasi angeli carne humana indui, interiori sunt quasi daemonicaci, qui a peccato et daemone possidentur. Cujus rei praeciarum habemus exemplum in Iuda, qui ad sanctam communionem simul cum aliis Apostolis accessit, qui si iuxta faciem judicandum fuisset, eus mores apostolicos et angelicos quisque consuisset, cum revera intus esset quasi daemonicatus, quia intus a demone possidebatur: in eum enim ante et post communionem satanam intrasse referunt Evangelista. In eum intravit satanas ante communionem, cum perfido huic apostolo Christum prodire persuasi: *intravit autem satanas in Judam* (Luc. 22). In eum etiam intravit post communionem; *post bucellam intravit in eum satanas* (Jo. 13). Ante communionem in eo intravit satanas, ut eum deciperet, et ad Christum prodendum induceret; post communionem vero in eum intravit, ut eum, tamquam rei suam, plenius possideret; *post bucellam intravit*, inquit S. Joannes Damascenus, *ut sibi jam traditum plenius possideret, in quem prius intraverat, ut deciperet* (in Luc.); et ut ait D. Augustinus, *intravit in Judam non ut alienum tentaret, sed ut proprium possideret* (tract. 61 in Jo.). Possessio; ut docent juristi, fit per positionem et introitum in dominum, cuius possessio capturab eo, qui futurus est ejus dominus; cum autem Judas indigne et sacrilege Eucharistiam suscepit, in eum introivit et in eum quasi pedem posuit satanas, plenamque ejus possessionem accepit; *intravit in Judam, ut proprium possideret*. Ecce qualis

hypocrita fuerit Judas; et ecce etiam quales hypocrite sint omnes indigne Eucharistiam suscipientes; hi enim alios pios viros pietate et innocentia antecedere singunt, hi se sanctos et colesti pane dignos esse simulant, hi angelicum praeferunt vultum, et ut panem angelorum manducent, quasi angeli ab hominibus videri volunt. Qui daemonicaci potius, seu a diabolo possessi dicti merentur ex quod in eos intret satanas, in eorum corda pedem figit, atque eorum possessionem capit. In eo daemonicaci, ac a diabolo possessi infelices et pejores testimat D. Chrysostomus: *daemonium patiente, inquit, pejor est qui postquam peccavit, accedit* (ho. 60 ad Pop.). O infandam hypocrisim indigne suscipientium Eucharistiam, qui cum angelos se esse simulent, a diabolo possidentur! Infanda pariter eorum dicenda hypocrisia, *quia sunt foris amici et intus pro-ditores.*

3. Judas sub specie amicitie magistrum prodidit, quod Christus ei exprobavit, dicens: *osculo filium hominis tradis?* O magnum hypocritem, qui cum se Christi amicum simularet, eum prodidit: o infandam Judae hypocrisim! Janvero o infanda etiam indigne communicantium hypocrisim! sicut enim ille osculo Filium hominis prodidit, ita et isti osculo illum prodant, ac Judae penitus assimilantur: *qui, inquit sanctus Bernardinus, vult in peccatis latere sub pulchra facie religionis et communicare, assimilatur Jude traditori, qui osculo tradi-didit Filium Dei* (ser. 52, ar. 1, c. 2). Eucharisticie perceptio, quam ore, est quoddam osculum, quo Christi corpus sub speciebus panis velatum osculamur. Unde S. Ambrosius ait, quod Christus in Eucharistia residens, omnes ad communionem accedentes ad osculum invitet, eosque osculetur: *venisti ad altare. Vocal Je-sus animam tuam, et ait: osculetur me osculo oriis sui. Vis ad Christum aptare? nihil gratius. Vis ad animam? nihil fu-cundius, osculetur me* (de Sacram. 5, 2). Est igitur Eucharisticie perceptio osculum mutuum utrinque datum et acceptum. Ergo cum christianus indigne accedit, sub illo pacis osculo ac sub illo amicitiae signo Christum prodit; assimilatur Jude traditori, qui osculo tradidit Filium Dei. O infandam indigne

communicantium hypocrisim! o magnam quoque eorum infelicitatem! mihi enim audiore videor Christum eos increpantem et cuique indigne Eucharistiam recipiendi dicentem; *ve tibi hy-pocrita; ve tibi, o plene omni dolo; ve tibi, qui alium te esse simulas, et qui sub sanctitatis et amicitiae specie mibi injuriam irrogas.* Credis forte, o hypocrita, Christum tuas non nosse fal-lacias, simulationes tuas ignorare, tuosque nescire dolos? scito tamen quod latere possis coram hominibus, non autem coram Christo Domino, qui novit abscondita cordia tui: *vos estis qui justificatis vos coram hominibus; Deus autem novit corda vestra* (Luc. 16, 15). O hypocrita, cum sub specie pietatis ad recipiendum Eucharistia Sacramentum accedis, videat Deus intima cordis tui, videt quanta sit tua iniquitas, videt quam enormis et infanda sit hypocrisia tua, videt et tacet, videt et quasi dissimulat, ut bonitate et clementia sua te ad penitentiam afficiat: *dissimulans peccata hominum propter penitentiam* (Sap. 11, 24). Si vero per penitentiam peccata tua non deleas, in furore arguet te, increpabit te, partemque tuam cum hypocrisi ponet: *partemque ejus ponet cum hypocrisis* (Matt. 24). Justorum pars Deus est: *pars mea Deus in aeternum* (Ps. 72). Janvero, o miser, qui indigne communicas, pars tua erit hypocritis; cum iis latere voluisti in hoc mundo, et cum iis latebis in inferno, ibi latebis, ibi cruciaberis, ibique inge-misces et amare debis: *partemque ejus ponet cum hypocrisis. Illic erit fletus et stridor dentium.* Itaque cave ab indigna communione, que est infanda hypocrisia, et *qua est etiam gravis ingratisudo.*

## II PARS.

*Indigna communio est gravis ingratisudo.*

Inter plurima, maximaque vitia nullum frequentius ingrati-tudine, que tamen maxime cavenda, cum nihil ita Deo di-spiceat, quemadmodum ingratisudo: *ingratisudo multum Deo*

displacet; *quaer est radix totius mali spiritualis, et ventus quidam desiccans, et urens omne bonum, obstruens fontem divinæ misericordiæ supra hominem* (Aug. in Sol. 18). Omnia hominum ingratisitudinem lustrare infinita esset provincia; ideo indigne communicantes solummodo inspicio, qui quidem ingratisimi reputandi, quia injuriam inferunt Christo, qui eis dat, qui eis offert et qui eis promittit: 1. qui eis dat seipsum; 2. qui eis offert suas gratias; 3. et qui eis promittit suam gloriam, si ad ipsum recipiendum se debite disponant.

1. Fabulosam Solis mensam in *Ethiopia* fuisse præparatam refert Rodiginus, sitque, illuccecente sole, omnibus fuisse licetum ad eam accedere, ibique hilariter delicatos quoques cibos sumere: *ubi vere illuxerit sol, inquit, cuilibet licebat illic ad ascendendum accedere* (l. 16, c. 4). Si autem a fabula ad veritatem transeamus, quis dubitet Christum et in cœlo, et in Ecclesia esse solem admirabitur? quis non dicat, *quod sol est Christus in gloria et in Ecclesia?* (Laur. in alleg.). Eternus autem ille sol dispositus mensam et grande spiritibus beatis convivium præparavit in cœlo, ubi eos ex seipso pascit: *ego, inquit, dispono cibis, sicut dispositus mihi Pater meus regnum, ut edatis et bibatis super mensam meam in regno meo* (Luc. 22, 20). Ibi Beati opipare epulantur, ibi magnifice per Dei visionem et amorem pascentur. In Ecclesia militante magnificum etiam Christus præparavit convivium, ad quod omnes penitus homines invitat, et in quo non aves, non pisces, non terre fruges, sed seipsum Deum et hominem manducentum apponit: *singuli, ut habetur in sacro Canone, accipiunt Christum Dominum, et in singulis portionibus totus est, nec per singulos minuitur, sed integrum se praebet in singulis* (De consecr. dist. 2, q. 77). O magnam liberalitatem Christi, qui se totum dat justis et injustis, dignis et indignis! o excellens liberalitas Christi, qui non solum dat se dignis et amicis, sed non se subtrahit indignis, malignis et inimicis (D. Thom. opuse 58). O quale donum! et quid maius, quid eminentius, quid utilius dare potest Christus, quam semetipsum? Certe Christus, licet omniuersus, nesciret invenire,

et licet omnipotens, non posset tribuens maius donum: *etiam si, inquit Thaulerus, Christus omnipotens et universa sapientia sua in hoc solum incubuisse, ut grande homini prestaret beneficium et insigne quoddam amoris exhiberet opus, equidem meo non possum capere intellectu, quod dignius, sublimius, utilis, aut salubrissus nobis donum largiri posuissest* (de instit. SS. Sacr.). Tantum est illud donum, ut non solum Christus erga nos liberalis, verum et prodigus dicendus videatur: *o Deum, si fas est dicere, prodigum sui!* (Thauler. ubi sup.). Propterea cum Christus semetipsum det nobis in Eucharistia, et cum tantum si illud donum quo nos afficit, infinita nostra esse deberet gratitudo, aut saltē nos totos ejus obsequio mancipare deberemus: *qui totum dat, totum petit*, inquit Seneca (de Benef.). cum ergo Christus se totum det nobis, expectat et petit, ut vicissim nos totos ipsi denuo et consercremus: Janvero, o magnam eorum qui indigne communicanti ingratisitudinem! hi enim non se totos Christo conservant, imo se totaliter ad ejus injuriam impendunt: cum namque intra se, quasi intra omnium vitiorum, omnimumque abominationum cloacam mittunt: *quis auditus sustineret aurium*, inquit D. Augustinus, *quis oculus non confundenderet ad intuitum, cuius mens non rareretur in excessum, ubi mundi pretium mittitur in sterquilinium?* Corpus Christi in hunc mundum ingredientis, intra Virginis uterum quasi intra purissimum totius orbis locum fuit collocatum. Judici etiam corpus Christi mortuum sindone munda involvērent (Matth. 27); fideles autem indigne communicantes ipsos Judæos ingratisitudine superant, quia Christum in locum immunndissimum, et quasi in sterquilinium mittunt: *mundi pretium mittitur in sterquilinium.* O inaudita indigne communicantium ingratisitudinem! o quam ingratos se habent erga Christum, qui eis dat seipsum! *Et ingratis sunt etiam erga Christum, qui eis dat suas gratias.*

2. Tanti valoris, tantique pretii est gratia divina, ut minimus ejus gradus omnibus terrenis bonis simul sumptis preponderet. Congere, si vales, omne aurum, omne argentum, omnes margaritas, ac omnia haec mundi bona, quæ tanti flunt ab homi-

nibus, et pro certo habeas, ut ait Doctor Angelicus, minimam Dei gratiam his omnibus bonis esse meliorem et pretiosiorem: *bonum gratiae unius hominis majus est, quam bonum totius uxoris* (1, 2, q. 113, ar. 9). Mundi bona sunt materialia et gratia est spiritualis; mundi bona sunt naturalia et gratia est ordinis supernaturalis; ac proinde, cum gratia sit ordinis superioris respectu bonorum hujus mundi, *bonum gratiae unius hominis majus est, quam bonum totius mundi*. Unde de gratia, sicut et de sapientia, dici potest, quod tanti sit pretii, ut totius mundi divitiae, quasi nihil habeantur respectu illius: *propositi illam regni et sedibus, et dicitis nihil esse duxi in comparatione illius* (Sap. 7). Ita pretiosa estimanda Dei gratia, ut respectu illius aurum, argentum, ac pretiosi quique lapides tamquam vite lutum et arena contemptibilis, censenda sint: *ne comparavi illi omnem lapidem pretiosum; quoniam omne aurum in comparatione illius, arena est exigua, et tamquam lutum estimabit argutum in conspectu illius*. Tanti demum valoris et pretii est divina gratia, tum quia est spiritualis, tum quia est ordinis supernaturalis, tum quia Christi sanguine, laborius, ac meritis, quae sunt infiniti valoris, acquisita, ut minima gratia omnia hujus mundi bona longe superet: *bonum gratiae unius hominis majus est, quam bonum totius mundi*. Christus autem ad nos veniens, nobisque se dans in Eucharistia, suas secum affert gratias, ac manus ejus gratias sunt plena, quas offert omnibus, qui ipsum debita cum preparatione recipiunt. Verum est, alia Sacraenta aliquam conferre gratiam; in isto autem omnium gratiarum authorem recipimus, qui secum omnium gratiarum thesauros defert: *Eucharistiam cum dico, omnem benicitatis thesaurum aperio* (Chrysost. hom. 24 in 1 Cor.); in isto omnium penitus gratiarum authorem ac largitorum sumimus, qui suas omnibus ipsum debite recipientibus ultra gratias offert dicens: *omnes sicutentes venite ad aquas; gratiae mere sunt aquae pretiosae salientes ad vitam eternam, venite omnes et bibite ex hac aqua: Omaes sicutentes venite ad aquas*. O immensam Christi bonitatem et benignitatem! o contra o ingratitudinem indigne communicantium, qui non solum

oblatas respundi gratias, verum et Christo gratias offerenti injuriam inferunt: dum illum ipsum primo intra se, quasi intra cloacam recipiunt, dein etiam sanctissimum ejus corpus quasi pedibus conculcat: *Hoc peccato*, inquit S. Ambrosius, *conculcatur corpus Domini* (in ep. ad Hebr. 10). Argumentatur D. Paulus, ac eos, qui Filium Dei conculcaverint, maximis dignos esse supplicis probat, dicens, quod, si morte digni reputantur qui Moysi leges violant, majora merentur supplicia qui Filium Dei conculcant: *irritam quis faciens legem Moysi, sine ulla miseratione duobus vel tribus testibus moritur; quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, quia Filium Dei conculcaverit?* (Hebr. 10). Maximis quidem hi digni sunt supplicis: jamvero quinam Filium Dei conculcant? *Christum conculcat*, inquit Glossa, *qui indigne eo participat*. Christum conculcant ingrati hi peccatores, qui Christum ad ipsos venientem et gratias offerentem indigne recipient. O magnam horum peccatorum ingratitudinem! si enim omnium plane hominum consensu illorum ingratus animus eupatur qui pro acceptis beneficiis gratias non referunt, quanto major diecunda ingratitudine indigne communicantum, qui Christo ad ipsos venienti ac gratias suas offerenti non modo nulla gratitudinis signa praebeant, verum et Christum gratias offerentem, quantum in ipsis est, conculcant: *Christum conculcat qui indigne eo participat*. O gravissimam indigne communicantium ingratitudinem! qui etiam ingrati sunt erga Christum, qui eis vitam eternam promittit, si digne ipsum recipere velint.

3. Qui manducat meam carnem, inquit Christus, et bibit meum sanguinem, habet vitam eternam (Iohann. 6). Non omnis qui manducat Christi carnem, habet vitam eternam; omnis qui manducat digne, ut explicat Rupertus. Nec etiam omnis qui manducat digne habet statim vitam eternam; ei promittitur vita eterna, que ipsi infallibiliter dabitur si perseveret, daturque ei hoc Sacramentum, tamquam arrha vite eternae: *habemus vitam eternam, ut exponit Hugo cardinalis, quia habemus arrham gloriae*. Unde clamat S. Bernardus: *Gratulare sponsa, pignus habes, arrham tenes, quibus feliciter uniaris*

*sponso in gloria.* Est quidem quod gaudeamus de tanto bono, et est etiam, quod immensas et eternas pro tanto beneficio Christo rependamus gratiarum actiones. Et tamen ita ingratis sunt qui indigne communicant, ut simul et oblatum respiciant beneficium, ac etiam Christo illud promittenti, quantum in ipsis est, manus violentas inferant. Audite D. Paulum hac de re disserentem: *quicunque, inquit, manducaverit panem hunc, vel biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis et sanguinis Domini.* Quomodo reus? ac si Christum occidisset et Christi sanguinem effusisset, inquit Theophylactus. Quomodo reus? perinde ac si Christum simul cum Iudeis crucifixisset; quia qui indigne communicat, peccatum crucifigentium Christum participat: *qui Dominicum corpus pollutis tractare manibus non veretur, crucifigentium Jesum particeps esse consuevit,* inquit Petrus Damiani (l. 4, ep. 14). Quomodo tandem reus? non solum sicut Iudei, verum et plus quam illi: quia hi semel dumtaxat Christum occiderunt et crucifixerunt, qui autem Christum indigne recipiunt, quantum in ipsis est, eum occidunt et crucifigunt non semel solum, sed quoties indigne accedunt: *proh scelus!* inquit Tertullianus, *semel Iudei Christo manus intulerunt, illi quotidie corpus ejus lacerant.* O inauditam ingratitudinem! O quam ingratis sunt, qui indigne sanctissimum Eucharistia Sacramentum sumunt. O frater, vide ingratitudinem tuam, et quiescunque ad indigne recipiendum Eucharistie Sacramentum accidis, audi Christum intus tibi loquentem, tamquam tibi exprobantem ingratitudinem. Iudeos criminalabatur Deus, ac eorum illis objecbat ingratitudinem, dicens: *Ego eduxi Israël de Aegypto et erui vos de manu Aegyptiorum, et de manu omnium regum, qui affligebant vos;* vos autem *hodie projecitis Deum vestrum* (l. Reg. 10, 18). O frater, quando indigne sacra participas, audi Christum similiter tibi objectantem: audi illum intus in corde ingratitudinem tuam tibi objictement ac dicentem tibi: o ingrate, meipsum tibi do, meas tibi gratias offero, ac eternam tibi beatitudinem promitto, si digne comunices: et tu pro tot bonis datis, oblatis et promissis, quan-

tum in te est, me conculcas, me occidis, ac crucifigis: o quam gravis est ingratitudin tua! Sie loquitur Christus in corde tuo, quiescunque Eucharistiam indigne recipis, et tu aures cordis tui occludis, ut non audias: tu monita ejus spernis, correptiones parvipendis et vituperationem pro nihilo habes. Jam time, o peccator, ne obliviscatur misereri Deus; time, ne accondatur velut ignis ira ejus; time, ne Christus, qui ita erga te bonus est, tandem irascatur et ad indignationem provocetur: ut enim ait S. Petrus Chrysologus, *nihil est, quod adeo indignationem provocet Altissimi, sicut ingratitudo.* Ergo cave ab indigna communione, quia est gravis ingratitudo, et quae est etiam horrendum sacrilegium.

## III PARS.

*Indigna communio est horrendum sacrilegium.*

Cum sacrilegium sit *sacrae rei laxio, seu violatio*, jam patet indignam Eucharistie susceptionem esse grave sacrilegium, quia per illam graviter violatur et profanatur augustissimum illud Sacramentum, quod est res maxime sacra, cui ex virtute religionis specialis cultus, ac maxima reverentia debetur. Imo et in eo tres sacre res violantur et profanantur, scilicet species sacramentales corpus et anima Christi. Unde indigna Eucharistie suscepio grave est sacrilegium, quia per eam profanantur 1. sanctitas specierum; 2. sanctitas corporis Christi; 3. sanctitas animae ejus.

1. Species sacramentales speciem a nobis cultum exigunt. Nostis quanta sit reverentia, que Christi sepulchro tribuitur: illud enim invisus ex omnibus mundi partibus advolant fideles, procident humiliter ut terram corporis Christi tactu sanctificatam deosculentur, et se quisque felicem arbitratur, quod videro, tangere, osculari et adorare possit locum, in quo sacrum illud pignus aliquibus diebus remansit. Non minor autem species Eucharisticis reverentia deberi videtur: haud enim haec

sunt sollemniter terra transitorio corporis Christi tactu sanctificata; sunt subtilia elementa et quasi sacre fascie, quibus gloriosum Christi corpus actu continetur, et sub quibus diu remanet. Asserit Doctor Seraphicus (in Sent. 4, d. 13), quod si a Christi corpore has separari possent species, iis etiam separatis, magna deberetur reverentia, ex hoc quod in iis antea Christi corpus fuerit, ac remanserit. Et docent theologi, has species tanto dignas esse honore, ut eas cultu latrissimo ad retrospective adorare possimus: *absoluto* quidem, si has species consideremus, in quantum unum cum Christo conficiunt Sacramentum, Eucharistiam scilicet, quae ex Christo et speciebus constat: *respectivo* vero, si eas per præcisionem intellectus contemplemur, ut separatas a corpore Christi, cui antea fuerant unita; tunc enim eas tamquam rem sacram ex coniunctione Christi sanctificatam et specialem ad Christi corpus relationem habentem adorare possimus. Si autem tanta his speciebus sanctitas insit, et tanta sint veneratione dignæ, quis dubitet, eum in grave incurro sacrilegium, qui indigne sumendo sanctissimum Eucharistiae Sacramentum eas violat et profanat? Haud dubie immanni sacrilegio reus censetur, qui Christi Domini sephyrum pedibus conculcat, vel alio simili modo profanaret; quanto ergo graviore sacrilegio reus est, qui per indignam Eucharistiae susceptionem adorandas sanctissimi Sacramenti species profanat? *Manifestum est*, inquit Doctor Angelicus, *quod quicumque cum peccato mortali hoc Sacramentum sumit, incurrit sacrilegium, tamquam Sacramenti violator* (3 p. q. 80. a. 4). Neminem latet, quantus cultus, quantaque tributatur reverentia sacris Christi sindonibus, que in civitate Taurina et aliis quibusdam in locis servantur. Adorandas ha reliquias, veluti quid pretiosissimum et sanctissimum religiosissime, summaque cum solicitudine custodiuntur. Haec non toties quoties, at quibusdam tantummodo anni diebus magno apparatu, ac ingenti pompa fidelibus undeque ad voluntibus adorandas exhibentur. Vix explicari quiret, quanta populorum erga sacra haec linta sit reverentia; omnesque tenent eum gravissimi sacrilegii reum fore, qui ea conculcat, vel alio quocumque

modo violaret. Ideo potiore jure censendum, eos in grave sacrilegium incurrire, qui per indignam communionem sacras violant Eucharistie species, qua sunt veluti sacre sindones, in quibus Christi corpus jam gloriosum, non tribus, verum aliquando supra centum diebus remanet. Certe gravissimum dicendum hoc sacrilegium: *manifestum est, quod quicumque cum peccato mortali hoc Sacramentum sumit, incurrit sacrilegium, tamquam Sacramenti violator*. Insuper indigna Eucharistiae susceptione est etiam grave sacrilegium, *qua per eam Christi corpus profanatur*.

2. Christi corpus, quod in Eucharistia sumimus, idem est, quod novem mensibus in Maria clausum mansit utero; *idem*, quod reclinavit in praesepio et *idem*, quod a pastoribus ac a regibus Magis fuit adoratum. *Hoc est corpus meum*, inquit Christus: quod corpus? illud corpus, cuius facies in monte Thabor resplenduit sicut sol; *illud* quod suo contactu terram, quam sanctam vocamus, sanctificavit; *illud*, in quo tota Trinitas inhabitat; *illud* quod in cruce pro hominibus fuit immolatum, et quod nunc in celo ab angelis adoratur: hoc est corpus, quod in Eucharistia suscipimus. Verum est, hoc corpus esse jam impassibile et gloriosum; non minus tamen est sanctum, quam cum erat passibile et infirmatibus nostris obnoxium: ac proinde in gravissimum incurront sacrilegium, qui indigne illud recipiunt, quia illud corpus, quod sanctissimum est, polluant et profanant: *polluimus corpus Christi*, inquit S. Hieronymus, quando indigne accedimus ad altare (in c. 1 *Malach.*). Illud sacrilegium ita grave censet D. Clrysostomus, ut supremum sacrilegium vocet: *sicut*, inquit, debite communicare est *supremus religionis actus, ita et indebet accedere est ex supremus sacrilegiis*. Sacrilegium dicimus, cum quis in crucifixum a pictore, vel sculpiore elaboratum malitiose spuit, aut alio aliquo modo illum profanat: cur? quia haec imago Christi est. Sacrilegium vocamus, cum quis sacerdotem percutiat, aut aliam aliquam gravem ei infert injuriam: cur? quia hic sacer Christi minister est. Sacrilegium appellamus, cum quis templum violat: cur? quia haec Deo consecrata domus est. Heu! si hec

gravia sunt sacrilegia, quanto gravius sacrilegium est indigna communio, qua non solum in imaginem, in ministrum, vel in domum Christi, ast in ipsum Christi corpus peccatur? Certe istud est unum ex gravioribus sacrilegiis, que perpetrari possint: *sicut debite communicare est supremus religionis actus, ita et indebet accedere est ex supremis sacrilegiis.* Denique indigna communio est etiam grave sacrilegium, *quia per eam aduersus Christi animam irreverentiam committitur.*

3. Peccatum sacrilegi, ut ait Doctor Angelicus (2, 2, q. 90, art. 2), in hoc consistit « quod aliquis irreverenter se habet ad rem sacram. Debetur autem reverentia rei sacrae ratione sanctitatis et ideo secundum diversam rationem sanctitatis rerum sacrarum, quibus reverentia exhibetur, necesse est, quod sacrilegii species distinguantur. Tanto enim sacrilegium est gravius, quanto res sacra in quam peccatur, maiorem obtinet sanctitatem ». Igitur cum Christi anima sit res maxime Deo sacra, sacrilegum, quod committunt indigni communicantes, est maximum ob irreverentiam quam animae Christi inferunt. Qui indigni communicat, irreverentiam committit contra species sacramentales, contra corpus Christi, contra animam Christi et contra personam divinam Christi. Ista autem irreverentia contra personam divinam Christi, non est proprie sacrilegium, quia sacrilegium non directe contra Deum, solum contra res Deo sacras perpetratur; idecirco haec irreverentia, quia contra Christi personam committitur, non est proprie sacrilegium, est irreligiositas alterius rationis et quid sacrilegio gravius. Indigna autem communio est sacrilegium *gracie* ratione specierum sacramentalium, *gravius* ratione corporis Christi, et *gravissimum* ratione animae Christi; ac tandem ratione specierum, corporis et animae Christi quibus simili fit injuria, dicendum, indignum communionem esse sacrilegium horrendum. Imo, ut ait Doctor Angelicus, *sacrilegium, quod contra hoc Sacramentum committitur, gravissimum est inter omnia* (Ubi sup.). O christiane, cum ad sacram communionem accedis aliena inique detinens, sacrilegio animam tuam fodas: cum accedis spiritu invidiae, vindictae vel concupiscentie exardescens, sacrilegio conscientia

tiam tuam gravias: cum accedis mundum peracta penitentia aliquis peccati mortalis, cuius eras conscientis, sacrilegium committis, *quod gravissimum est inter omnia*, et propter quod ad gravissima damnaberis supplicia. Si enim sacrilegos mercatores qui in Templo nundinabantur, manu propria plectere voluit Christus, quantis afficit supplicis sacrilegos christianos, qui indigne sacrosanctum Eucharistie Sacramentum suscipiant? *Pro mensura peccati erit et plagarum modus* (Deuter. 25, 2), cum ergo gravissimum sit indigne communicantium sacrilegium, gravissima et erunt supplicia, quibus plectentur. O christiane, cum indigne communicas, injuriam sibi ipsi illatam patitur Christus; flagellis et sagittis armatus modo non cornitur; veniet tempus, quo adversum te sagittas suas vibrabit, ac horrenda tua sacrilegia dignis suppliciis puniet. Audi D. Paulum, dicentem: *qui manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit* (1 Cor. 11). O frater, cum indigne sanctissimum Eucharistie Sacramentum recipis, iudicium tibi manducas, id est, *damnationem eternam*, ut explicat S. Anselmus. Et revera damnationem eternam manducas, quia hic cibus, quem indigne sumis, erit tibi in damnationem; ac in aeternum damnaberis, gravissimisque in inferno addiceris suppliciis, quia eum indigne recepisti. Imprudens ille conviva, qui ad nuptias regis venit non habens vestem nupialem, missus est in tenebras exteriores: *ligatis manibus et pedibus ejus, mittite eum in tenebras exteriores* (Matt. 22, 3). O christiane, cum ad Eucharistiam sumendam indigne accedis, ad convivium regis tui Christi venis, nupialem non habens vestem, et ideo ad tenebras exteriores, seu ad infernum dirissimi suppliciis torquendus projicies, nisi penitentiam egeris. Propter quod, fratres, super omnia cavete ab indigna communione: accedant digni, discendant indigni, vel se dignos fieri current: *si quis sanctus est, accedat: si non est, curet per Dei misericordiam fieri* (S. Clem. 1, 2 const.). Totis ergo coartibus ab indigna communione cavete, et ad digne recipiendum Christum vos preparate, ut gratiam in hoc mundo et in celo gratiam obtineatis. Amen.

## CONCIO QUARTA.

*Quomodo fiet istud? (Luc. 1. 34).  
Ponitentiam agite (Matth. 3, 2).*

In Baptismi, Ponitentiae et Eucharistiae receptione hic ordo servandus est, ut omnium primus accipiat baptismus, qui ceterorum est ianuam Sacramentorum: quo accepto, a peccatoribus labore peccati mortalis inquinatis, non est recipienda Eucharistia, nisi prius salutaris ponitentiae lavacro, peccatorum suorum sordes emerint. *Quem, inquit D. Augustinus, mortalia crimina post baptismum commissa premunt, hortor prius ponitentiae satisfacere et ita sacerdotis iudicio reconciliatum communioni sociari, si vult non ad judicium et condemnationem sui Eucharistiam recipere.* Luculenter adnotavit. Tostatus, sacerdotem magnum solitum esse semel dumtaxat quolibet anno in *Sancta Sanctorum* ingredi, nempe in die expiationis; ut inde disceremus, inquit, ad recipiendum Eucharistiae Sacramentum, « quod est Sanctum Sanctorum, » peccatores debere tantum accedere in die expiationis; seu in die qua per veram ponitentiam sua crimina expiaverint. Quod et docuit sanctus Gregorius papa, dicens: *priusquam corpus Christi accipiamus, amaritudo ponitentiae absterget percuse vitre.* Unde si quis a me querat, quam peccatores ad digne recipiendam Eucharistiam debeat adhibere preparationem; *quomodo fiet istud?* Ponitentiam agendum esse respondebo. *Ponitentiam agite.* De hac dispositione ista institutur concio. Ave.

Peccaverat David, et ut per veram ponitentiam suum dereliceret peccatum, mente illud recognitavit, corde illud detestatus est, et lingua confessus est. Peccatum suum mente recognitavit, ac serio illud examinavit propheta: *exercitabar et scopabam spiritum meum;* corde illud detestatus est: *ruebam a gemitu cordis mei,* et lingua illud est confessus, dicens:

## Concio IV — De SS. Sacramento

*peccavi valde in hoc facto.* Multi cum rege David in peccata labuntur, et pauci cum eo ponitentiam agunt. Tu vero, o peccator, si David secutus es errantem, cum et seque ponitentem; si peccaveris, ponitentiam age et praecepit antequam ad sacrosanctum Eucharistiae Sacramentum recipiendum accedas. Tunc mente revolvenda, seu serio examinanda sunt peccata tua; tunc per verum dolorem sunt detestanda; tunc per sinceramoris confessionem sacerdoti ab Ecclesia approbatu sunt manifestanda. O peccator, antequam ad Eucharistium recipiendum venias, recogita, detestare et confitire peccata tua. 1. Ea recogita per prudens conscientia examen; 2. ea detestare per verum cordis dolorem; 3. ea fateri per sinceramoris confessionem. Menti examen, cordis dolor, etoris confessio precedere debent Eucharistiae sumptionem, ut jam videre est.

## I PARS.

*Ante Eucharistie receptionem  
peccator examinare debet conscientiam suam.*

Cum omnes peccatores sint ignari, criminumque suorum naturam, numerum et malitiam vix concipient, conscientiam suam quisque crebro scrutetur necesse est, ut quod peccaminosum et scelerosum in ea latet, indagare et aprire valeat. Multi, inquit Chrysostomus, aliorum non sua aspiciunt peccata: *aliena discutientes, propria non aspiciunt;* si vero sapient peccator, de alienis nil cogitans, propria inspicet peccata, eaque sepe ac serio examinabit, et tunc maxime cum sanctissimum Eucharistiae Sacramentum recipere intendet; tunc meditabitur et loqueretur cum corde suo, ne rationem ab eo exiget eorum quibus assensum, prebuit: *meditabor nocte cum corde meo;* tunc in discutiendis propriis delictis exercebitur, et exercitabatur; tunc per scopam stricti examinis intimos quoque cordis angulos mundare conabitur, et scopabam spiritum meum. Unicum futurum est generale iudicium, ad quod omnes penitus

homines judicandi accedant, et ante Christum justum judicem  
attoniti convenient: *congregabuntur ante eum omnes gentes.*  
Jamvero antequam ad illud universale judicium accedamus, plu-  
ries nosmetipsos judicare debemus, quoties scilicet sanctissimum  
Eucharistiae Sacramentum recipere volumus, tunc quisque  
scrutari et judicare debet semetipsum: *tunc judicium est mundi,*  
*idest mycrocosmi*, inquit D. Bernardinus; *quia tunc homo,*  
*qui est parvus mundus, examinare debet conscientiam eam-*  
*que ita examinare tenetur, ut nullum ibi angulum indis-*  
*cussum relinquat.* Previous hoc examen ante Eucharistiae sus-  
ceptionem necessarium spiritu propheticō prænunciavuit Vates  
regius, dicens, *quod honor regis judicium diligit* (Ps. 98); hic  
enim rex, cuius honor judicium diligit, est Christus, prout ait  
S. Bernardinus; et hic rex judicium diligit in sumptione corporis  
sui, sed diligit, ut homines ante corporis ejus sumptio-  
nen exaniment et judicent seipso, ad quod ita se exaniment,  
quasi exituri essent de hoc mundo: « *honor regis, scilicet Christi,*  
inquit, *judicium diligit*, videlicet in sumptione corporis ejus,  
tunc enim discutienda est conscientia, quasi homo sit transi-  
turns ad Patrem ». Terribilis est D. Pauli sententia, dicentis,  
quod *qui manducat et bibit indigne, judicium sibi manducat et bibit.* Ideo autem dicit indigne communicantem judicium  
sibi manducare, quia propter cibum Eucharisticum, quem indi-  
gne sumit, a Deo severe judicabitur. Ergo, inquit S. Bernardinus,  
ut severum et tremendum illud Dei judicium declinemus,  
ante communionem nos serio examinare et judicare oportet.  
« *Hoc enim invariabili legi sancitum est, vel quod homo se*  
examinando judicet semetipsum, vel quod a Domino judicetur.  
*Si te judicas, non judicaris a Deo; si te non judicas, a Domino*  
judicaris. Uno vero et sancto iudicio contentus est Deus; nam  
sicut dicit Scriptura: *non judicabit Dominus bis in idipsum*.  
Itaque, ut a Deo propter indignam communionem non judice-  
mur, serio examinemus et judicemus nosmetipsos antequam ad  
recipiendum sanctissimum Eucharistiae Sacramentum accedamus.

*Multī multa sciunt, inquit S. Bernardus, sed seipsose ne-*  
*sciunt.* Hi sunt similes oculo, qui multa videt, seipsum non

videt: maximi tamen est periculi ignorantia sui: haec est aperta  
ad omnem errorem, ad omne peccatum, et ad infernum via;  
haec est daemonis laqueus, quo homines capiti, ac ad tartara  
ducit; et, ut ait S. Isidorus, *ignorantia mater peccatorum et*  
*nutrix est.* Veterator satanas oculos peccatoribus velare ni-  
titur, ut non videant malum, peccata sua neque agnoscant:  
avaro suadet, prudentis esse viri facultates suas etiam per  
usuras adaugere; luxurioso veneres voluptates aut levia,  
aut nulla peccata esse inspirat; homini ultiōrem amanti vin-  
dictam ut quid rationi et aequitati consonum proponit; infan-  
tie et adolescentie peccata non esse peccata, ac peccati malitia  
non habere multis afflat: cuique tandem peccatorum  
suorum notitiam subripit ad hoc ut omnes ad immorandum in  
malō et in peccato perseverandum inducat. Ideo crebro quisque  
serio examinare debet conscientiam suam; quisque scrutari et  
probare debet, an in ea aliquod grave lateat peccatum. Tunc  
principice antequam ad sanctissimum Eucharistiae Sacramentum  
sumendum accedat, prudenti cum sollicitudine quisque se pro-  
bare et examinare tenetur: *probat autem seipsum homo,* inquit D. Paulus, *et sic de pane illo edat et de calice bibat.*  
Quoniam est haec probatio nisi vita et conscientia diligens ex-  
aminatio? ecce probationem necessario præmittendam communi-  
cionis; tunc probare quisque debet, quales fuerint priesterite  
cogitationes, quales affectiones, quales sermones, quales opera-  
tiones; tunc probare et scrutari serio quemque oportet, an  
sit error in intellectu, an malitia in affectu, et an aliquius  
gravis peccati quomodocumque sit reus: *probat autem seipsum homo*  
*et sic de pane illo edat, et non aliter, ut addit S. Ber-*  
*nardinus.* Pravia haec probatio ita necessaria est, ut qui, ob-  
defectum diligenter et sufficienter examinis, aliquod mortale pec-  
catum non conffteretur, peccaret mortaliter, si in hoc statu  
sanctissimum Eucharistiae Sacramentum recuperet: « *qui, inquit*  
S. Bernardinus, *ex negligenti perquirendi et examinandi con-*  
*scientiam suam, obliiscitur aliquius mortalis culpa, sumendo*  
hoc Sacramentum mortaliter peccat, quia non servat hoc pre-  
ceptum: *probat autem seipsum homo, et sic de pane illo*

*edat* ». Si quis postquam sufficienti examine conscientiam suam probaverit, alicuius peccati mortalis non recordetur, non peccat quidem sumendo Eucharistiam in hoc statu, quia Deus a nobis solum exigit examen diligens et sufficiens, quale adhiberi solet in negotiis magni momenti. Atvero si quis conscientiam suam examinare negligat, et ob talen negligentiam alicuius peccati mortalis non recordetur, et per consequens non integra confiteatur, peccat mortaliter, si in hoc statu sanctissimum Eucharistiae Sacramentum participet. « Qui negligit examinare conscientiam suam, et ait iam laudatus sanctus Bernardinus, sed impreparate et intricate, ac quadam inani levitate et perniciose tarditate eligit in fine quadragesima confiteri, propter quod vel peccata propria non cognoscit, vel eorum ex negligentia sua non recordatur, et per consequens non plene confiteatur ex culpa: quia secundum Scotum hoc est ignorantia crassa et affectata, talis suscipiens corpus Christi, mortaliter peccat, quia facit contra illud preecepit: *probat autem seipsum homo et sic de pane illo edat et de calice bibat* ». Igitur, fratres, ante communionem serio vestram examinez conscientiam. Nemo se seducat, nemo sibi ipsi suadere conetur, se esse justum, cum peccator sit; quisque serua consideratione scrutetur et solicite examinet seipsum; quisque et quantum fas erit, peccatum a non peccato discernat et si adhibito diligenter examine, quidam adhuc scrupulus, aut quoddam dubium renunciat, scrupulum et dubium suum prudenter aperiat confessario. In hoc negotio salus cuiusque agitur; non ergo negligenter, non perfuntorie, imo serio quisque se examinare tenetur: *probat autem seipsum homo*. Debet probare seipsum et non alias; probare et examinare debet cor suum, linguam suam, oculos suos, manus suas et pedes suos. Probare debet, an cor pravo affectu et iniquo desiderio ad vindictam, ad iram, ad luxuriam et ad alia peccata feratur; an lingua mendacius, maledictis, execrationibus et blasphemis sit assueta; an oculi obtutibus suis animam fodaverint; an manus sanctis vel iniquis operibus vacaverint; an pedes ad malum encurrerint: *probat autem seipsum homo*, seu serio se examinet, et *sic de pane*

*illo edat*. Dum vero peccator ante communionem discutere debet conscientiam suam, *peccata etiam ante communionem detestari* debet.

## II PARS.

*Ante Eucharisticie receptionem peccator sua detestari debet peccata.*

Omni tempore ad obtainendam peccatorum remissionem necessarius fuit dolor ex parte peccatoris; nec enim qui per peccatum mortale factus est Dei inimicus, cum eo reconciliari potest, nisi de offensa in ipsum commissa praevio doleat. Hic dolor est penitentia, quam dicunt theologi, omni tempore et in omni lege fuisse necessariam necessitate medi ad hoc ut homo peccator a Deo gratiam et misericordiam consequeretur: etenim omni tempore et in omni lege, ut obtineretur remissio offense in Deum commisse, necesse fuit, ut peccator suum detestaretur crimen, ac Deo, per verum cordis dolorem testaretur, quod adversus illum peccasse displiceret. Potissimum de perpetratis criminibus dolore debet peccator antequam ad sanctissimum Eucharistiae Sacramentum sumendum accedit: tunc, ut ait D. Ambrosius, non levis, imo gravissimus dolor proquiritur: *o quanta, inquit, cordis contritione et lacrymarum fonte istud divinum et celeste mysterium est celebrandum, Domine Deus, ubi caro tua in veritate sumitur, ubi sanguis tuus in veritate bibitur, ubi summis ina et humana divinis junguntur!* Agnum Paschalem edebant Hebrei tenentes baculos in manibus, cinctis renibus et cum lacteis agrestibus: *baculos in manibus tenebant*, ut hinc discant omnes ad Eucharisticum agnum comedendum accedentes, quod baculos in manibus tenere debeant, seu quod adversus aereas potestates et adversus omne crimen eos armatos esse oportet: *cinctos renes habebant Judei*, ut hac ceremonia ad mensam Eucharisticae accessuris omnis intem-

perantia coērcenda et frānanda jubetur. Manducabant agnum Paschalem *cum lactucis agrestibus*, ut doceret nos Deus, quod ad agnum Eucharisticum comedendum quilibet peccator per amaritudinem doloris interni se præparare debeat: *carnes*, inquit S. Gregorius, *cum lactucis agrestibus sunt edendas*, ut *cum corpus Redemptoris nostri accipimus, nos pro peccatis nostris fendo affligamus*. Gregorio assentitur Nicolaus de Lyra, dicens: agnus Eucharisticus comedendus est cum lactucis agrestibus, id est, *cum peccatorum commissorum doloribus* juxta illud (Isai. 38) *recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anime mea*. Ante communionem enim recogitata et examinanda sunt peccata et hoc examen fieri debet in amaritudine anime, seu cum detestatione et *cum peccatorum commissorum doloribus*. Valde justum est, inquit Doctor Angelicus, ut ad tam dignum et venerandum cibum, scilicet ad ipsum Dominum omnium non incurate et indevote, verum aliquo competente modo preparati accedamus. Quia autem mundissimum ac Deo vivo plenum et unitum est Christi corpus, necesse est ad illud recipiendum se præparare primo per fidem plenitudinem: *accedamus cum vero corde in plenitudine fidei*, id est, in plena fide, credentes que non videamus, scilicet sub specie panis esse totum Christum, verum hominem et verum Deum. Secundo, inquit, præparare nos debemus per munditatem magnitudinem: quia congruum est, ut *vas susciptrum corpus mundissimum, sit mundum*. Decet enim, quasi aurum, esse purissimum, cor ac corpus, quid capere debet celestem panem. Sicut enim Joseph petit a Pilato corpus Iesu, et involvit illud in sindone munda; ita et Christum sindone munda involvere debent suscipientes Eucharistiam; seu illumine pura, ac corde mundissimo recipere tenentur. Januero quomodo mundus fiet peccator, ut digne recipiat corpus Christi? per dolorem cordis, ut ibidem (opusc. 58) docet D. Thomas: *si quis, inquit, ad suscipiendum Dominum bene mundus vult fieri, debet per aquam lacrymarum, seu per verum cordis dolorem, emundari*. Nec per unicum dolorem peccator suum detestari debet peccatum, ut digne se præparet ad recipiendum.

sanc̄tissimum Eucharistie Sacramentum, sed quasi per phares dolores: *cum peccatorum commissorum doloribus*, ait Lyranus, quia, ut digne recipiatur Christi corpus, quasi multiplex adhibendus est dolor, et multipli dolore peccata detestanda sunt, dolore scilicet interno, dolore universali et dolore constanti ac quasi perpetuo.

*Primo.* Ante Eucharistie susceptionem peccator sua debet detestari peccata *dolor interno*; ut enim ait S. Gregorius, *necessus est, ut cum hec agimus, nosmetipsos in cordis contritione maectemus*. Ad peccatorum suorum detestationem satis esse credebant Judæi, quod sua scinderent vestimenta, quodque externo aliquo signo se dolere protestarentur; eos autem increpavit Deus, dicens non vestimenta, sed corda esse sciendā: *scindite corda vestra et non vestimenta vestra*. Multi similiiter antequam ad recipiendum sanctissimum Eucharistie Sacramentum se offerant, labii, oculis, ac externis quibusdam signis peccata sua se detestari indicant; que quidem parvi, aut nulli sunt momenti, nisi hac externa doloris sigla a corde procedant, quia ad hoc ut peccatores digni efficiantur accipere sacrosanctum Eucharistie Sacramentum, sua prius detestari debent peccata dolore interno: *necessus est, ut cum hec agimus, nosmetipsos in cordis contritione maectemus*. Hypocrite toti sunt exterioribus doloris ac penitentiae signis, et praecipue cum ad sacram Synaxim accedunt. Tunc sua fortius tundunt pectora; tunc suas magis exterminant facies; susque tunc diutios protrahunt preces; ac nonnunquam in fletus prorumpunt; haec tamen nihil prosunt, si externus ille dolor ab interno non procedat: *necessus est, ut cum hec agimus, nosmetipsos in cordis contritione maectemus*. Mulierculas, imo et viros plerisque reperiunt, qui ore dumtaxat actum contritionis proferunt; vel qui illum semel iterum ac tertio in aliquo libello legunt, nec ad ea quae dicunt et legunt ullo modo attendant; actum doloris ore pronunciant, motum doloris in corde minime habent: in iis est dolor sine dolore; seu in his videtur externa quedam doloris species, quin habeatur verus dolor: quia verus dolor ad dignam Eucharistie receptionem requisitus

internus esse et a cordi manare debet: *necessum est, ut cum haec agimus, nosmetipsos in cordis contritione mactemus.*

*Secundo.* Ante Eucharistiae sumptionem peccator sua detestari debet peccata dolore universalis, seu dolore, qui ad omnia mortalia ab ipso patrata, se extendat; nam cum unum peccatum mortale non remittant sine alio, parum aut nihil prodesse, unum detestari et non aliud; sic enim ait S. Gregorius: *quid prodest, si quis peccata luxurie defeat, si eum avaritia inquinat? Quid prodest, si iracundie peccata lugeat et invidia facilius tabescat?* Plurimi antequam ad confessionem et communionem accedant, aliqua exercrantur peccata, quibus non indulgent et a quibus naturaliter abhorrent; alia vero quibus illaqueantur, nequaquam detestantur, nec illorum eos penitet; omnia v. g. luxurie inquinamenta exercantur, non usuras et injustitias suas; ab omni spiritu invidiae alieni sunt, non a spiritu vindictae et superbiae: jamvero, *quid prodest, si quis peccata luxurie defeat, si eum avaritia inquinat? Quid prodest, si iracundie peccata lugeat et invidia facilius tabescat?* Parum quidem prodest, unum detestari peccatum et non aliud: ante communionem omnia prorsus peccata mortalia per verum dolorem detestanda sunt. Israëlitæ non dedit Deus manna ad manducandum, quin prius rubrum mare transmearint, in quo omnes penitus eorum inimici submersi sunt: quo facto christianos docet, quod si Eucharisticum manna sumere appetant, magnus illorum dolor esse oporteat veluti mare: *magna est velut mare contritio tua;* ac quod inimicos anime sue amaris illius maris aquis submergere debeant, ita quod dolore universalis omnia sui peccata mortalia detestentur.

*Tertio.* Ante communionem peccator sua detestari debet peccata dolore constanti et quasi perpetuo; seu dolore qui includat firmam et constans propositum: nunquam amplius peccandi mortaliter: *cum proposito non peccandi de cetero, ut loquitur Concilium Tridentinum.* Si enim dolor verus sit, semper aut formaliter, aut virtualiter includit tale propositum. Sieut filii de injuria patri illata non vere doleret, si in posterum ipsi injuriam inferre hand vereretur, ita, inquinant

omnes theologi, dolor de peccato adversus Deum Pátem nostrum commiso verus non censemur nisi firmum non amplius peccandi propositum includat. Ergo, o frater, antequam ad communionem accedas, non dicas, t  de perpetrato peccato dolere et tamen in eo velle perseverare: sic enim dolore careres, et absque hujusmodi non amplius peccandi proposito ad sacram Synaxin accedens in grave sacrilegium incurris, noveque animam tuam peccato inquinas. Sic ergo de peccatis doleas, ut firmissimo proposito ab iis in futurum abstine status. Pie dicebat piissima S. Augustini mater: *vellem potius meum filium Augustinum mori, quam quod remaneret in peccato infidelitatis:* sic anta communionem quisque in corde suo dicat: doleo de peccatis a me commisis, ac ita doleo, ut mori mallem, quam in iis perseverare et in ea reincidere: mallem mori, quam in luxurie, ebrietatibus, blasphemis, ac aliis peccatis meis perseverare. Ad haec peccator ante communionem non solum propria detestari debet peccata, *verum et ea confiteri.*

### III PARS.

*Ante Eucharistiae receptionem peccator omnia peccata mortalia confiteri debet.*

Cum quis mortaliter peccavit, sequi peccati mortalis reum agnoscit, non sufficit quod ante communionem peccata sua detestetur et quod, quantum potuerit, actus doloris eliciat; ea insuper confiteri debet: non sufficit, quod sit corde contritus, nisi etiam sit ore confessus et per confessionem Sacramentalem Ecclesiae reconciliatus: ut enim, ait Hugo cardinalis, antequam Christum in nobis recipiamus per communionem, evacuanda sunt corda nostra per confessionem: *si, inquit, vultis digne recipere corpus Domini, effundite coram illo corda vestra per confessionem.* Cor peccatoris est quasi vas immunitate et iniquitate plenum, quod ante communionem effundere et evacuare debet peccator, quia Christus summe purus et sanctus

agre habitat intra corpus hominis habentis cor impurum. Quae est enim *conventio Christi ad Belial?* Quae conventio esse potest Christi cum peccato? nulla quidem; quare antequam peccator intra seipsum Christum recipiat per communionem, vas cordis sui effundere debet per confessionem Sacramentalem, declarando omnia et singula peccata sua confessario legitimo: *si vultis digne recipere corpus Domini, effundite coram illo corda vestra per confessionem.* Antequam congregaretur Concilium Tridentinum, nonnulli authores, paucissimi tamen, arbitrati sunt habentem conscientiam peccati mortalis non teneri confessionem premittere ante usum hujus Sacramenti; et contritionis actum solummodo debere elicere. Concilium hanc reprobat sententiam, eam tueri prohibet et confessionem Sacramentalem præviae requiri determinat: *statuit, inquit, atque declarat ipsa sancta Synodus, illis quos conscientia peccati mortalis gravat, quantumcumque etiam se contritos existimant, habita copia confessoris, necessario premitendum esse confessionem Sacramentalem.* Dixit Concilium premitendum esse confessionem, *habita copia confessoris:* quia si immineat aliqui necessitas celebrandi, vel communicandi, et non habeat copiam confessarii, celebrare, vel comunicare potest prævio solum actu contritionis. Si autem habeat copiam confessarii et peccata sua confiteri possit, ea necessario ante Eucharistiae perceptionem confiteri tenetur, ut declarat Concilium, et statutum excommunicationis penam ipso facto incurvendam, in eos, qui *predicaverint, docuerint, pertinaciter assurerint, aut publice disputando defendere præsumperint, non esse necessarium premittere confessionem ante communionem.* Hanc necessitatem confessionis ante communionem multi ex sanctis Patribus docuere; inter quos sanctus Cyprianus in suis epistolis vehementer invelit in eos peccatores, qui ante peractam punitentiam et ante Ecclesie reconciliacionem ad communionem accedunt. Sanctus Augustinus ait, eum qui conscientia peccati mortalis gravatur, non suo, sed sacerdotis arbitrio debere ad hoc Sacramentum accedere, vel ab eo abstinere. Et Hugo a sancto Victore, confessionem ante

communionem premittere, ita necessarium asserit, ut quicunque, quantumvis contritus, sine prævia confessione accederet, judicium sibi manducaret et hiberet, ac si reus esset corporis et sanguinis Christi: *si absque sacerdotis absoluzione, inquit, criminosis ad corporis Christi communionem accedat, pro certo sibi judicium manducat et bibit, etiamsi eum ante multum porrectat, nisi vehementer doleat et ingemiscat.* Ad quid autem Conciliorum determinations hic adducere? ad quid varias sanctorum Patrum authoritates hic congerere? nonne ipsa ratio satis superque dictat, quod omnis qui post baptismi receptionem peccavit mortaliter, accedere non debet ad recipiendum Eucharisticum Sacramentum, in quo credimus realiter esse Christum celi et terra Dominum, eumque aeterno Patri ac Spiritui Santo consubstantialem, quin prius adhibuerit modum aptioreum ac securiorem ad mundandum animam suam et ad delendum salem omnia peccata mortalia, quibus inquinatur? Nemo est, qui hoc rationi et aequitati consonum fateri non cogatur. Hic autem modus habetur haud dubie, cum interno dolore externa peccatorum confessio conjugatur; atque ita si casu contingat, solum dolorem non esse sufficientem ad lavandam animam ab omni macula peccati mortalis, illum defectum supplebit sacramentalis absolutio. Nec argumentandum hic a pari de aliis Sacramentis; nam in isto, in quo author Sacramentorum recipitur, major etiam probatio requiritur. De isto specialiter dicitur: *probet seipsum homo et sic de pane illo edat;* major autem haec probatio in hoc consistit, quod quicunque se peccati mortalis reum agnoscat, vel suspicatur, non solum conscientiam examinet, nec solum de peccatis doleat, verum etiam peccata per confessionem quasi evomat antequam ad communionem accedat. Cum enim apostolus ait: *probet autem seipsum homo et sic de pane illo edat,* quid est se probare, inquit S. Gregorius, nisi meliori et securiori modo quo fieri potest, evacuata peccatorum nequitia se probatum ad dominicanam mensam et purum exhibere? Haec est probatio quam adhibere debet quicunque peccavit mortaliter: hic ita se probare debet, ut omnia et singula peccata mortalia,

quorum se reumosicit, prævie confiteatur. Propterea fratres, non aliqua solum, ast omnia prorsus peccata vestra ante communionem confitemini: ite ad sacerdotem et revelate ei pudore vestra: dicite ei: peccavi in cœlum et contra Dominum meum, quem intra me recipere concupisco: narrate ei quæ, quot et quantæ sint iniquitates vestre: nec timor, nec pudor, nec aliquid aliud a manifestandis ei omnibus eriminibus vestris vos impedit. Audite Deum dicentes: *solve vincula colli tui, captiva filia Sion;* audite eum et cuncta penitus solvite vincula, que a declarandis peccatis vos retardare possent. Pudor, timor et præsumptio, immanum instar vincularum collo vos ligatos tenet et a sincera et integra peccatorum confessione cohident; ideo ante communionem tetra hæc solvite vincula: *solve vincula colli tui captiva filia Sion.* Cum in turpe et probrosum aliquod crimen incidistis, pudor est vinculum, quo vestra ligantur colla: cum aliena rapuisti, timor restituendi est aliud vinculum, quo constringimini; cum in gravissima et enormia peccata lapsi estis, præsumptio de honestate et misericordia Dei est aliud vinculum, quo ab integra peccatorum confessione impeditimi: omnia hæc solvenda sunt vincula, ut sincera et integra confessione omnia peccata vestra delatis. Non unum aut alterum ex his vinculis; omnia penitus sunt solvenda, ut liberæ, sincere et totaliter effundatis corda vestra per integrum omnium peccatorum confessionem: *solve vincula tui captiva filia Sian.* Inter Christum et mortale peccatum infinita patet oppositio. Christus, qui in hunc mundum venit, ut peccata tolleret, infinite elongatur a peccato, ac omne peccatum, ubiqueque inveniatur, odio infinito prosequitur. Unde nulla ei major fieri posse videtur injury, quæcum intra pectus hominis gravi peccato inquinati collocatur, eique unitur. Quid enim est communio, quam communis quedam unio, quæ fit inter Christum qui recipitur et hominem qui illum recipit? Quid est communio, quam quedam unio et germanissima societas, inquit S. Cyprianus, quam contrahit homo cum Christo, quem intra se recipit? Quid est communio, quam *spiritualis quendam insitio*, ut ait S. Dionysius, dum Christus ei qui illum recipit,

quasi inseritur? quæ autem major injury fieri potest Christo sanctissimo, Christo purissimo et Christo omnis munditiæ author, quam quod homini peccatori associetur, uniatur et inseratur? Nulla quidem; idcirco, fratres, cum per communione vobis uniatur et inseratur Christus, per veram penitentiam abiciendum a vobis peccatum, quod maxime Christo displicet; per penitentiam sunt prius ableganda omnes inmunditiæ, omnesque iniquitates vestre: *abiciens omnem inmunditiam et abundantiam malitie, in mansuetudine suscipe insitum verbum* (Iac. 1). Quotiescumque ergo sanctissimum Eucharistia Sacramentum sumere vultis, ad illud recipiendum per veram penitentiam vos preparate: *penitentiam agite.* Ea vero sit vestra penitentia, qua serio omnia vestra perquiratis peccata per accuratum mentis examen, omnia vestra detestemini peccata per sincerum cordis dolorem et omnia vestra fateamini peccata per integrum eorum confessionem. Peracta autem hujusmodi penitentia, ad Christum humiliter accedite, a quo magnam gratiarum abundantiam in hoc mundo et gloriam in futuro obtingebitis. Amen.

## CONCIO QUINTA.

*Quonodo fiet istud?* (Luc. 1, 34).  
*Statue cultrum in giture tuo* (Prov. 23, 2).

Ad Christum pacis et reconciliationis nostræ authorem, dignè recipiendum, gladium esse assumendum non facile prima fronte sibi suadent; aut multi; si autem vitia et peccata, quibus inquinatur, infensissimos Christi inimicos esse perspererint, omnes congruentissimum consebunt, ut quilibet peccator, antequam ad sacram Synaxim accedat, assumpto *gladio spiritus*, vitia, cunctosque pravos animæ sue affectus jugulet, ac penitus exterminet: *statue cultrum in giture tuo.* Christus, qui apostolis

quorum se reumosicit, prævie confiteatur. Propterea fratres, non aliqua solum, ast omnia prorsus peccata vestra ante communionem confitemini: ite ad sacerdotem et revelate ei pudore vestra: dicite ei: peccavi in cœlum et contra Dominum meum, quem intra me recipere concupisco: narrate ei quæ, quot et quantæ sint iniquitates vestre: nec timor, nec pudor, nec aliquid aliud a manifestandis ei omnibus eriminibus vestris vos impedit. Audite Deum dicentes: *solve vincula colli tui, captiva filia Sion;* audite eum et cuncta penitus solvite vincula, que a declarandis peccatis vos retardare possent. Pudor, timor et præsumptio, immanum instar vincularum collo vos ligatos tenet et a sincera et integra peccatorum confessione cohident; ideo ante communionem tetra hæc solvite vincula: *solve vincula colli tui captiva filia Sion.* Cum in turpe et probrosum aliquod crimen incidistis, pudor est vinculum, quo vestra ligantur colla: cum aliena rapuisti, timor restituendi est aliud vinculum, quo constringimini; cum in gravissima et enormia peccata lapsi estis, præsumptio de honestate et misericordia Dei est aliud vinculum, quo ab integra peccatorum confessione impeditimi: omnia hæc solvenda sunt vincula, ut sincera et integra confessione omnia peccata vestra delatis. Non unum aut alterum ex his vinculis; omnia penitus sunt solvenda, ut liberæ, sincere et totaliter effundatis corda vestra per integrum omnium peccatorum confessionem: *solve vincula tui captiva filia Sian.* Inter Christum et mortale peccatum infinita patet oppositio. Christus, qui in hunc mundum venit, ut peccata tolleret, infinite elongatur a peccato, ac omne peccatum, ubiqueque inveniatur, odio infinito prosequitur. Unde nulla ei major fieri posse videtur injury, quæcum intra pectus hominis gravi peccato inquinati collocatur, eique unitur. Quid enim est communio, quam communis quedam unio, quæ fit inter Christum qui recipitur et hominem qui illum recipit? Quid est communio, quam quedam unio et germanissima societas, inquit S. Cyprianus, quam contrahit homo cum Christo, quem intra se recipit? Quid est communio, quam *spiritualis quendam insitio*, ut ait S. Dionysius, dum Christus ei qui illum recipit,

quasi inseritur? quæ autem major injury fieri potest Christo sanctissimo, Christo purissimo et Christo omnis munditiæ author, quam quod homini peccatori associetur, uniatur et inseratur? Nulla quidem; idcirco, fratres, cum per communione vobis uniatur et inseratur Christus, per veram penitentiam abiciendum a vobis peccatum, quod maxime Christo displicet; per penitentiam sunt prius ableganda omnes inmunditiæ, omnesque iniquitates vestre: *abiciens omnem inmunditiam et abundantiam malitie, in mansuetudine suscipe insitum verbum* (Iac. 1). Quotiescumque ergo sanctissimum Eucharistia Sacramentum sumere vultis, ad illud recipiendum per veram penitentiam vos preparate: *penitentiam agite.* Ea vero sit vestra penitentia, qua serio omnia vestra perquiratis peccata per accuratum mentis examen, omnia vestra detestemini peccata per sincerum cordis dolorem et omnia vestra fateamini peccata per integrum eorum confessionem. Peracta autem hujusmodi penitentia, ad Christum humiliter accedite, a quo magnam gratiarum abundantiam in hoc mundo et gloriam in futuro obtingebitis. Amen.

## CONCIO QUINTA.

*Quonodo fiet istud?* (Luc. 1, 34).  
*Statue cultrum in giture tuo* (Prov. 23, 2).

Ad Christum pacis et reconciliationis nostræ authorem, dignè recipiendum, gladium esse assumendum non facile prima fronte sibi suadent; aut multi; si autem vitia et peccata, quibus inquinatur, infensissimos Christi inimicos esse perspererint, omnes congruentissimum consebunt, ut quilibet peccator, antequam ad sacram Synaxim accedat, assumpto *gladio spiritus*, vitia, cunctosque pravos animæ sue affectus jugulet, ac penitus exterminet: *statue cultrum in giture tuo.* Christus, qui apostolis

prohibuerat, ne baculos quidem ad se tuendos portarent, instantे persecutione, iis, ut gladios sibi emerent, tunicam vendere imperavit: *qui non habet, vendat tunicam suam et emat gladium.* O peccator, cum ad sanctissimum Eucharistie Sacramentum recipiendum accedis, crimina et vitia tua Christum ibi realiter existentem graviter persecutur; quapropter emendi gladii, ut iis mortem inferas, eaque ante communionem e corde tuo animos elimes. Unde si quis hodie a me querat, quomodo ad digne recipiendum sanctissimum Eucharistie Sacramentum se preparare debet: *quomodo flet istud?* Omnia vita jugulanda esse respondebo et præcipue luxuriam avaritiam et vindictam que Christo sunt infensiora. *Ace.*

Christum ab omni prorsus vitio alienum ac penitus peccati expertem agnoscimus: *ipse peccatum non fecit*, ait S. Petrus; nec etiam vel in minimo delinqueret potuit: ita enim ratione unionis hypostaticae ab omni vitio extitit remotus, ut peccare quoquammodo ipsi fuerit impossibile. Etsi vero ab omni vitio summe abhorriat, speciem tamen cum luxuria, avaritia et vindicta oppositionem habere visus est: *cum luxuria*, quippe qui fuit virginum flos, exemplar et prototypus; *cum avaritia*, quippe qui erga homines ita liberalis ac prodigus extitit, ut *omnia bona tam spiritualia*, quam temporalia quae possident, et ultra seipsum iis dederit; *cum vindicta* tandem, quippe qui homines ipsi infensissimos iis dilexit, ut pro eorum salute nasci, pati et mori dignatus sit. Itaque cum tanta Christum inter et hac vita habeatur oppositio, nullus ad eum in Eucharistia recipiendum accedere debet, quin prius haec in seipso penitus jugulaverit. Hoc ipsa luce videtur clarius; atvero ut id fortius adhuc probetur ac efficacius suadeatur, dico, quod antequam peccator ad communionem accedat, destruere debet in semetipso 1. spiritum luxurie; 2. spiritum avaritiae; 3. spiritum vindictae. Christus summe purus est, tolle luxuriam. Christus summe liberalis est, tolle avaritiam. Christus summe pacificus est, tolle vindictam. En tria vita, quæ spirituali cultro jugulare debet peccator antequam ad sacram Synaxim veniat: *statue cultrum in gutture tuo.*

## I PARS.

*Antequam peccator ad sacram communionem accedat, destruere debet in semetipso spiritum luxurie.*

Quamvis omnibus sanctissimum Eucharistie Sacramentum Christus dederit, et pro omnibus illud instituerit; pro iis tamen præcipue et principaliter id præstithit, qui munditia et castitate eminent: hi sunt viciores generosi, quibus dat Christus manna coeleste sub Eucharisticis speciebus reconditum: *vincenti dabo manna absconditum.* Luxuriosi non viciores, e contra a spiritu luxurie et incontinentie victi sub carnis iugo ingemiscent: his ergo denegandum manna Eucharisticum, quod solum *vincentibus* datur, id est, ut exponit Rupertus abbas, *iis qui fornicationes in semetipsis per virtutem continentiae destruunt.* In veteri lege a sacrificio canes, veluti animalia immunda, totaliter repudiabantur, et in lege nova luxuriosi, tamquam canes immundi, a Deo reprobantur, ac sacris mysteriis penitus arcantur: sacrosanctum enim Eucharistie Sacramentum est panis filiorum, qui hujusmodi canibus non mittitur: *ecce panis angelorum, vere panis filiorum non mittendus canibus.* Prohibuit Deus, ne sanctum darent canibus: *nolite sanctum dare canibus.* Hi canes sunt luxuriosi, qui impuris pascuntur cogitationibus, qui obscenis astuant desideris, qui turpiloquii delectantur, vel qui quoquammodo illicitis carnis immunditis se consumant; istiusmodi canibus minime dandum sanctissimum Eucharistie Sacramentum, iis impudicis non est mittendum; e contra a sacris mysteriis hi sunt ablegandi et quantum fas erit, a sacra communione expellendi: *foris canes et venefici et impudici.* Canes sunt adolescentes, qui turpi se contactu contaminant; *canes sunt juvenes multi*, qui membra sua faciunt membris meretricis; *canes sunt conjugatae et conjugati*, qui juratan conjugi fidem violant; *canes sunt multe omnis status, omnis conditionis, omnisque etatis persone*, quæ vel tactibus

impudicis vacant, vel *quæ* quocumque modo turpi luxuria  
vitio animam et corpus impudenter fodant. Hi autem canes  
Eucharistica mens omnino habentur indigni, ac ab ea sunt re-  
pellendi: *foris canes et impudici.* Christus non solum Virg-  
inem Matrem, etiam nutritum Josephum eadem virginitate do-  
natum sibi elegit: virgines utriusque parentis manibus tractari  
voluit. Joseph et Maria fuere lilia candidissima, inter que com-  
morari et pasci delectatus est: de ipso enim ait Spiritus Sanctus,  
*quod pascoretur inter lilia;* id est,  
*inter Mariam et Joseph,* ut explicat Rupertus abbas. Ideo si Christus omnis munditia parens inter candida virginitatis  
lilia habitare et versari semper amavit, dum esset in hoc  
mundo, quis credat, inquit Petrus Damiani, jam ipsum in celis  
cum Patre regnante ab immundis canibus, seu a luxuriosis  
velle tractari et manducari? *Si igitur,* inquit, *Redemptor  
noster tantopere dilexit floridi pudoris integratem,* ut non  
modo de virgineo utero nascetur, sed etiam a nutritio vir-  
gine tractaretur, et *hoc cum adhuc puerulus vagiret in  
cunis; a quibus nunc, obsecro, tractari vult corpus suum.*  
*cum jam immensus regnat in exilis?* *Si mundis attingi ma-  
nibus volebat in praesepio positus,* quantam nunc corpori  
suo vult adesse munditanam jam in paternæ majestatis gloria  
sublinatus? Certe nee nunc ab immundis tractari manibus,  
nec a luxuriosa viris indigne manducari vult Christus. Unde  
sanctus Hieronymus, ferventissimo successu zelo, adversus  
causes impudentissimos, seu adversus luxuriosos clamat, eosque  
Juda, prodi tori assimilat, dicens: *quid ibi cum feminis, qui  
in altari cum Deo fabularis?* Dic sacerdos, dic clericus, dic  
*quisquis fueris qui Sacraenta sumis, qualiter cum iisdem  
labiis Filium Dei oscularis, quibus osculatus es labia me-  
reticias?* O Juda, *Filiū hominis oscula tradis?* O quot in  
mundo impudici, quot proditoris? quot cum Juda indignis et  
impuris labiis Christum in Eucharistia osculantur et impudenter  
recipiunt? Jam advertant hi miseri, quod gravem injuriam in-  
ferant Christo, qui semper virgines manibus tractari et inter  
virgines versari amavit. Spiritus Sanctus Eucharisticæ mense

convivas alloquens, ait: *quando sederis, ut comedas cum  
principi, diligenter attende quæ apposita sunt ante faciem  
tuam;* seu cum veneris ad mensam Christi, qui principis est  
omnium regum terre, attente considera quid tibi apponatur  
comendendum; *attende,* quod cibus Eucharisticus est *ipse Christus,*  
qui cum Patre et Spiritu Sancto unus Deus est; est *ipse Christus,* cuius bonitas, potentia et sapientia sunt infinite;  
*ipse Christus,* cuius anima divinitati hypostaticæ unitur et  
donis innumeris locupletatur; est tandem *ipse Christus,* cuius  
corpus immaculatum et summe purum semper exitit; hoc serio  
attendendum et considerandum est: *diligenter attende quæ  
apposita sunt ante faciem tuam.* Diligenter quoque ac pru-  
denter attendendum, qua prævia dispositione ad tantum cibum  
sumendum quisque accedere debet; putas, quod turbibus con-  
cupiscentiis astutani et pravis libidinibus effervescenti ad divinam  
hanc escam sumendum pateat accessus? credis, quod homini  
immundo ac prohibiti luxuria operibus addicto Christum pu-  
rissimum recipere licet? Certe nec expedit, nec licet: nullus  
ex hujusmodi immundis canibus ad sacram Synaxim accedere  
presumat: *inhumanus accedat nemo,* inquit S. Joannes Chry-  
sostomus, *nemo crudelis et immisericors, nemo prorsus im-  
mundus.* Adnotandum, ut ait S. Thomas a Villanova, quod  
« non accedimus ad arcana lignea et altare aureum et ma-  
nufacta sacramenta et lapideum tabernaculum; sed ad ipsam  
Dei sublimem celitudinem beatis spiritibus presidentem, sub  
qua curvantur qui portant orbem et ad judicem vivorum om-  
nium et mortuorum Christum, cui adstabit omnis caro, coram  
quo omnes reges terra et omnes gentes et principes trepida-  
bunt, ad verum Dei corpus, sanguinem pretiosum, quo redemptus est mundus ». Propterea cum tantus sit cibus Eu-  
charisticus, nemo, nisi purissimus et mundissimus ad eum  
recipiendum audeat appropinquare: *inhumanus accedat nemo,*  
*nemo prorsus immundus.* Quod ut quam verum et indubitatum  
sit, clarus pateat, advertendum, quod inter Christum qui re-  
cipiatur et fidelum qui eum recipit, mirabilis et ineffabilis que-  
dam fiat unio, quam dissimiliter explicant sancti Patres. San-

etus Chrysostomus ait, Christum se nobis commisse: *cum amore suum Deus indicare vellet, per corpus suum se nobis commisceret et in unum nobiscum rediget.* Doctor Angelicus inter Christum, qui comeditur et hominem qui illum comedit, unionem omnimodam fieri asserit: *cum datur in cibum, datur ad omnimodam unitatem: unitur enim in unitate corporis cibus et sumens.* S. Laurentius Justinianus per Eucharistie assumptionem, nos Christi corpori incorporari ait: *o quam mirabilis, inquit, est dilectio tua, Domine, qui tuo corpori totaliter nos incorporari voluisti!* S. Paschasius quandam nostri cum Christo invicerationem et transformationem fieri docet: *caro quidem carni spiritualiter conviceratur, transformatur, ut ei Christi substantia in nostra carne inveniatur, sicut et ipse nostram in suam constat assumpsisse Deitatem.* O admirabilem Christi unionem cum eo qui sacram Eucharistie Sacramentum recipit! Heu quis censeat Christum cum cane immundo, seu cum homine luxurioso sic velle uniri? quis etiam homo immundus et lascivus deditus ad Christum accedere presumat, ut corpori ejus mundissimo unitari? *Quis de cetero, his cognitis, impurus et innundus presumat accedere?* Nullus quidem hoc presunmere deberet; attamen fles dico, hoc presument multi, hoc presument innumeri, qui vel non audentes haec pudenda confiteri, vel ab iis abstinent nolentes, ad sacram Synaxim veluti canes impudentissimi accedunt, ac eam in statu peccati mortalis recipient. Sciant vero gravissimum ipsorum esse flagitium et durissima eorum fore supplicia. Gravissimum certe eorum dicendum flagitium, quia, ut ait S. Thomas a Villanova, hi rei sunt ac si Christum occidissent, ac sanguinem ejus effudissent. « Quantum vero flagitium sit, inquit, in spurcissimam pectoris tui cloacam sacrosanctum Christi sanguinem fundere, apostolica illa tuba personuit, dicens: *quicumque manducaverit panem, vel biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis et sanguinis Domini.* Quomodo reus est corporis et sanguinis Domini? ac si occidisset et effudisset: non equaliter quidem, sed proportionaliter». Ecce flagitium hominis luxuriosi et immundi indigne ad sa-

cram communionem accedentis. Qui nisi penitentiam egerit, durissima etiam ejus erunt supplicia in inferno, ubi gravissime torquebitur: *si bestia tetigerit montem, lapidabitur, inquit divus Paulus (ad Hebr. 12).* Quae verba exponus prefatus sanctus Thomas, ait: « bestia, quae montem tenuerit, lapidabitur; hoc est, bestialis et luxuriosus homo, qui montem illum excelsum, montem omnibus donis coelestibus pingue, montem cunctis virtutibus et gratiis coagulatum, montem denique in quo benelicitum est Deo habitate in eo, indigne tetigerit, lapidabitur, torquebitur et malleis inferni gravissimis contundetur». Ecce supplicia que preparavit Christus luxuriosis et impudicis indigne cum sumentibus; itaque, immunde peccator, ad sanctissimum Eucharistia: Sacramentum accedere timeras, nisi prius immunditas tuas penitus laveris. Cum impurum quoddam somniantis visum mentem sancti Hieronymi preoccupaverat, licet in hoc nec venialiter peccasset, ad loca sacra accedere formidabat: *cum me, inquit, nocturnum phantasma deluserit, Basilicas martyrum intrare non audeo.* Heu! quanto magis est, quod ad Christum sumendum accedere verearis tu, qui non solum involuntario phantasmate preoccuparis, verum et voluntariis cogitationibus pluries delectaris; quanto potiore ratione ad trepidandum tu teneris, qui pravis desideriis, tactibus impudicis, ac venereis multis actibus et animam et corpus tuum toties maculasti? Certe est, quod plurimum expavescas; time, o immunde peccator; timorque tuus ita sit efficax, ut ad totaliter destruendum in teipso luxurie spiritum te vere compellat: *statue cultrum in gutture tuo, ut in teipso jugules spiritum luxurie, ac etiam spiritum avaritie.*

## II PARS.

*Antequam peccator ad sacram communionem accedat, destruere debet in semetipso spiritum avaritie.*

Humanæ vite necessitates multas et magnas esse nemo negat: fames enim nos deprimit, sitiis praefocat, strigit frigus, calor

dissolvit, paupertas angit; quare ut illos et alios multis occurramus necessitatibus, temporalibus et terrenis indigemus bonis, que quisque cum aequitate et prudenter, absque nimia sollicitudine acquirera et conservare potest ac debet. Unde totalem honorum fortunae abdicationem unicuique suadere minime constitui; non dico, quod temporalia omnia quisque abjecere tenetur, ut Christum digne recipiat; solummodo, quod avaritia spiritum quisque resecare, ac in seipso jugulare studeat, antequam ad Christum avaritiae inimicum et summe liberalem in Eucharistia suspicendum sese offerat. Sicut calor et frigus, astus et hiems, dies et nox inter se opponuntur, ita et sibi maxime adversantur Christus et avarus: Christus, inquit D. Augustinus, avaritiam odio habet; *contradicit Christus avaritiae*; avarus etiam, ut at idem Augustinus, est Christi inimicus; *inimica Christi avaritia*. Cum ideo ita inter se pugnant Christus et avarus, cum tanta sit oppositio et contrarietas inter Christum summe liberalem et avarum qui ad temporalia totis effectibus anhelat, ab Eucharistica mensa arcondi sunt omnes avari, qui per fas nefasque terrena comparare et conservare conantur: *nullus Judas*, inquit Chrysostomus, *nullus avarus assistat; nam tales mensa non suscipit*. Procul ab Eucharistica mensa omnes usurarii, procul testamentorum defrundatores, procul decimarum fures et pauperum oppressores, procul iniqui omnes bonorum proximi raptore et detentores, non accedant hujusmodi avari ad Christum liberalissimum, hi ad illum in Eucharistia recipiendum non se offerant: *nullus Judas, nullus avarus assistat*. Christus, qui semper et ubique liberalis fuit, in Eucharistia se prodigium exhibet: noui enim dat nobis ibi agnum paschalem, non azymos panes, nec manna de celo, sicut dedit patribus veteris Testamenti; non dat ibi liberum aliquem, sicut Ezechieli et sancto Iohanni Evangeliste, non cibos communes, non aurum, non argentum; praebet seipsum, ac omnis penitus que habet, et habere potest: *dicere audio*, inquit sanctus Augustinus, *quod Deus, cum sit omnipotens, plus dare non potuit; cum sit sapientissimus, plus dare nescivit; cum sit ditissimus, plus dare non habuit*. Sanctissimus

propheta Zacharias omnia Christi bona in Eucharistia reponit dicit: *quid, inquit, bonum ejus est et quid pulchrum ejus, nisi frumentum electorum et virum germinans virginis*. Hac sunt omnia Christi bona, ibi sunt omnia bona divinitatis et humanitatis ejus; ibi sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae ejus; ibi continentur formaliter, vel eminenter quidquid habere et dare potest: *cum sit omnipotens, plus dare non potuit; cum sit sapientissimus, plus dare nescivit, cum sit ditissimus, plus dare non habuit*. Igitur cum tanta Christi sit in Eucharistia liberalitas, avaros summopere horret, iis adversatur et quemlibet avarum veluti Judam respicit, qui veluti Eucharistica mensa indignus procul removeri debet: *nullus Judas, nullus avarus assistat*. Judas est hic homo dives, qui pauperes devorat in abscondito; Judas est iniquus ille Judex, qui pauperum, pupillorum et viduarum iura non tutetur; Judas est mercator, qui lucris et negotiis immersus, conscientiae obliviscitur; Judas denique est quicunque aliena rapit, vel injuste detinet: his autem omnibus, qui Judas avaritiam participant, ad sacram Synaxim accedere prohibetur: *nullus Judas, nullus avarus assistat*. Mensam Eucharisticam non pro avaris et pro honorum fortune iniquis amatoribus, verum pro ilis qui corde et affectu sint pauperes, Deus preparavit: *parasti in dulcedine tua pauperi Deus*. Non diviti avaro, inquit propheta, at pauperi et homini ab affectu terrenorum alieno hanc mensam paravit Deus. Verum est, avaros divites, sicut et alios omnes peccatores, vere et realiter manducare corpus Christi, illudque manducant sacramentaliter, si illud in Eucharistia vere et realiter esse credant; non manducant illud spiritualiter quotiescumque in statu peccati mortali existentes illud sumunt. Unde de avaris, sicut et de omnibus malis christianis ait Doctor Angelicus, quod *manducant et non manducant corpus Christi; manducant quidem, quia corpus Christi sumunt sacramentaliter; et non manducant, quia virtutum spiritualem, id est, salutem animae non percipiunt*. Et hoc sensu avaris divitibus mensam Eucharisticam non prie paravit Deus: quia scilicet avari in ea spiritualiter, atque ad

anime salutem non pascuntur. Et ideo idem propheta ait, quod edent pauperes et saturabuntur: edunt quidem et pauperes et dives; saturantur pauperes et non saturantur dives, quia non comedunt spiritualiter nisi pauperes, id est, contemptores divitiarum. Si ergo spiritualiter et ad animam tuam salutem Christi corpus manducare velis deponas avaritiam et mundi divitias cor tuum non apponas: nullus Judas, nullus avarus assistat. Quicunque ad sacram Eucharistiam accedunt, a terrenis astrahit et ad celestia sublimari debeat: nihil terrenum cogitent mortales, inquit S. Jacobus, Rex enim regum datur illis in cibum. Christus, qui in Eucharistia sumitur, totus spiritualis est; ipsum ejus corpus in ea latet modo quodam spirituali; et cor illius spirituale, coeleste, ac a terrenis omnibus est penitus abstractum; quare spirituales similiter, celestes, ac ab affectu terranorum remoti sint oportet quotquot ad Eucharisticum cibum sumendum venient: nihil terrenum cogitent mortales, Rex enim regum datur illis in cibum. Aserit Christus, corpus stum esse in Eucharistia: accipite et manducate, hoc est corpus meum; ac dixit etiam quod ubique fuerit corpus suum, ibi congregandæ forent aquile: ubique fuerit corpus, illic congregabuntur et aquile. Ad Christi corpus sumendum congregari debent, non avari, qui sunt quasi lupi rapaces; verum aquile, seu homines a terrenis abstracti et ad celestia tendentes: ut enim adverterit Chrysostomus, Christus aquilas appellat, ut ostendat ad alta eum debere contendere, qui ad hoc corpus accedit et nihil cum terra ei debere esse commune. Licit aquila interdum ad terram descendat, dictum tamen avis coelestis, et ideo aquilam dimittebant Romani in exequis imperatorum, quasi videretur anima illorum, que celos conssenderet. Itaque si ad Christi corpus suscipiendum accedere appetas, ne sis avarus et lupus rapax; esto aquila, esto avis coelestis, esto a terrenis omnibus penitus alienus: nihil terrenum cogitent mortales, Rex enim regum datur illis in cibum. Jamvero heu! quam multi rapaces, quam multi avari ad Eucharisticum Sacramentum accedunt! inveniuntur principes, duces, judices, advocati, procuratores, ac innumeri omnis status,

omnisque conditionis viri, qui quasi lupi rapaces aliena diripiunt, et tamen ad Christum in Eucharistia recipiendum accedunt non formidant. Rapere fere omnes sciunt, restituere non rurunt pauci et fere omnes suo tempore ad sacrum Synaxim veniunt. O quot indignæ et ob avaritiam sacrilegæ fuent communiones! O quot avari in statu peccati mortalis Christum recipiunt! O avaro, scis haud dubie, quod omnis qui manducat et bibit indigne, judicium sibi manducat et bibit; scio etiam, quod durius judicium flet avaris divitibus, qui alii præesse, eosque opprimere conantur: judicium durissimum iis, qui præsunt, flet. Quid respondebis, o avaro, cum argueret te Christus, dicens: meipsum tibi in cibum dedi et tu nec panem fratri tuo pauperi dedisti: omnia bona mea tibi in Eucharistia largitus sum et tu aliena abstulisti: Prophetæ, Evangeliste et Ss. Doctores aliena restituenta te docerunt et restituere nobisisti: sciebas, quod ad sacram communionem venire non licet, quin prius cuique suum reddidisses et reddere recusasti? O avaro, quid Christo haec et alia multa exprobanti responderis? Certe mutus haerebis et ut alter Judas ad aeternam supplicia damnaberis. Enge, o avaro, antequam ad sacrum Synaxim accedas, statue cultrum in gutture tuo, ut in teipso penitus destruis et jugules spiritum avaritiae; ac etiam spiritum vindictæ.

## III PARS.

Antequam peccator ad sacram communionem accedat, destruere debet in semetipso spiritum vindictæ.

Sanctus Ambrosius in valde amoeni horti sui ostio amorem perbelli depingi curaverat, et in hujusce ostii superliminari hoc lemmu scribi jusserat: amoris ostium, non hostium; quasi dicaret, odio et litigio nullum habere locum in loco, ubi omnia amona et floribus luxuriantis reperiuntur. Dicendum tabernaculi, in quo sacra clauduntur pignora, esse

*anoris ostium et non hostium*; hoc namque ostium nou patet, nisi charitati, nec Christo ex eo jucunde egreditur, nisi ut se pacifici et concordiam amantibus communicet. In ipso nascentis Ecclesiae primordio aliqui contendebant, et *litigabant Iudei ad invicem dicentes: quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?* hi litigabant, inquit Augustinus, *quia panem concordia non intelligebant.* Alii fideles, qui Eucharisticum panem intelligebant, mutuo charitatis vinculo manebant conjunctissimi; *eorum erat cor unum et anima una;* et si quandoque aliqua inter illos suboriretur rixa, promptissime extinguebatur; nec aliquis ad sacram Synaxim accedebat, quin prius fratri suo reconciliaretur, illicie sacro pacis foderi congeneretur: *ignoramus sine pace communionem.* Istis autem temporibus multis habemus litigantes Iudeos; nunc inter Christianos multi sese rodunt, dilacerant, devorant, odiique ac invidiae flammis exardescentes Eucharistica mysteria nonnunquam impudenter participant. Isti litigant, *quia panem concordia non intelligunt;* isti litigant, *quia non probe norunt, ad sacram communionem veniendum esse per amoris et concordiae ostium: amoris ostium et non hostium.* Hoc ostio ad Eucharistiam sumendam speciali et mirabili modo intravit sanctus Joannes Eleemosynarius, qui cum die quadam ad sacra mysteria celebranda, jam sacerdotalibus esset vestitus induitus, accepte ab aliquo cleroceo injuria memor, iis se exiit, clericum adivit, ac ab eo veniam petuit, quasi illi injuriam intulisset, et deinde ad celebrandum reversus est. Hic certe non fuit ex litigantibus Iudeis, fuit ex charitate ardentibus christianis, qui per pacis et concordiae ostium ad sacram communionem venit. Sanctissimum hunc Patriarcham imitemur; pacis et concordiae ostio ad sacram Synaxim simul eum illo venianus; et si tanti viri non satis urgeat exemplum, serio perpendamus Christum, quem recipimus, esse pacis authorem. Dominum et magistrum; hic est *author*, qui pacem nostram fecit; *Dominus*, qui pacem nobis praecepit; et *magister*, qui pacem suos exemplo docet. Nostis, fratres, quomodo protoparentis peccato aeterni Patris inimici facti sumus; infandum enim hoc

crimen ita eum adversum nos exacerbaverat, ut apud eum nullus nobis gratia et misericordia esset locus; qui contra nobis omnibus veluti inimicis et reis aeterna supplicia preparavit. In hunc mundum veniens Christus, pacis nostra author et princeps fuit; hic non fuit *dissensionis Deus, sed pacis;* aeterni enim Parentis iram placavit, et *interficiens initicias in semetipso*, pacem nostram felicissime perfecit. Ergo cum Christum pacis nostra authorem in Eucharistia recipiamus, quis ad eum accedere audeat odii et vindictae spiritu succensus? Certe qui hoc spiritu inflammatus ad eum veniret, non illum coleret, at illi injuriam faceret: *pacis author non bene sine pace colitur.* Certe qui hoc inflammatus spiritu ad sacram communionem accederet, Christum pacis authorem non pacificum et concordem imo discordem et inimicum infensissimum inveniret; quia, ut ait D. Augustinus, *non potest concordiam habere cum Christo, qui discors voluerit esse cum christiano.* Certe qui Christum pacis nostra authorem sic reciperet, non illum haberet pro se, sed contra se: *qui accipit mysterium unitatis, et non tenet vinculum pacis, non mysterium accipit pro se, sed contra se.* Antequam ergo, o christiane, ad Eucharistiam recipiendam venias, omnes iracundie et vindictae motus et corde tuo penitus expellas, ut Christum pacis authorem colas, ac illum benevolum experiaris, ac etiam *ut Christo, qui pacem praecepit, obtemperes.* Præcepit omnibus Christus, ut proximum diligenter: *hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem.* Generali huic præceptio speciali aliud superaddidit, quod solummodo tempus respicit, quo quisque ad sacram communionem accedit; præcepit enim quod tune maxime et corde suo omnem odii et vindictae spiritum quisque eliminet, ac quod fratri suo reconcilietur: *si offers, inquit, munus tuum ad altare, et ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adversum te, relinque ibi munus tuum ante altare, et vade prius reconciliari fratri tuo.* In quæ verba sanctus Hieronymus ait: *si munera nostra absque pace offerre non possumus, quanto magis nec Christi corpus accipere?* Ecce Christi præceptum, quo a nobis omnem vim-

dicto spiritum expellere jubet, antequam ad altare munus nostrum offeramus; et a fortiori idem a nobis fieri imperat antequam sanctissimum ejus corpus recipiamus. Quapropter, o christiane, cum hoc praeципiat Christus, ejus mandato obtempera, nee ad sacram Synaxim accedas, quin prius fratri suo reconciliatus fueris: *vnde prius reconciliari fratri tuo.* Cum Jacob a domo socii sui Laban aufugisset, ac idola ejus furatus esset, iratus Laban, eum in manu forti insecurus est, et cum illum deprehendisset, ad se reversus dixit illi: *nunc quidem valet manus mea reddere tibi malum, sed Deus Patris vestri heri dixit mihi: eve ne loquaris contra Jacob quidquam durius;* et ideo illi pepercit, ac eum illo festu iniit. O christiane, Deus ad te sicut ad Laban locutus est dixisse tibi, ut parceret inimicis, antequam sacra mysteria recipieres; dixit tibi: *vade reconciliari fratri tuo;* quare priusquam ad sacram communionem accedas, die in temetipso: *praecepit mihi Christus,* ut injuriam milii ad hoc homine illatae condonem: *praecepit mihi Christus,* ut inimico huic milii infensusissimo ex corde parcam: *praecepit mihi Christus,* ut omnes odientes me diligam, ac iis reconcilier: *cade reconciliari fratri tuo;* ideo cum hoc milii praecepit Christus, antequam sacram Synaxim audeam, omnibus parcam, ac omnem vindictam spiritum e corde meo tollam. Cumque vindictam spiritus ante communionem e corde sit auferendus, quia hoc praecepit Christus: *est etiam tollendus, quia id suo exemplo docet Christus.* Christus, qui praeceptum de diligendis inimicis tulerit, eorum dilectionem et in cruce, et in Eucharistia suuo nos exemplo docet; in cruce, ubi pro crucifigentibus orat; et in Eucharistia, ubi impedit, ne angelii indigne communicantes illico interimant. Promisit Deus, se arcum in nubibus positurum in signum pacis et foderis: *arcum meum ponam in nubibus, et erit signum foderis inter me et inter terram.* Arcus ille, ut ait Rupertus abbas, est *Christus Dei Filius.* Et revera Christus in cruce et in Eucharistia est arcus foderis et pacis; cur enim putas, Patrem aeternum crucifigentes Judeos non pessumdedisse? Certe quia Christus erat in cruce tamquam arcus foderis et pacis;

cur etiam similiter indigne Eucharistiam suscipientes non statim perirent angelii? Certe quia Christus est in Eucharistia tamquam arcus in nubibus, ibique sicut in cruce pro nobis orat, Patriis iram placat, ac ad ultiorem paratos angelos comprimit; ut enim asserit sanctus Paschasius, *ultores angelii nec semel indigne communicanti parcerent, nisi bonitas Christi gladium suspenderet et removere interdum momentaneam mortem.* Unde Christo totum debemus adscribere, qui suas etiam injurias libenter remitti, et pro delinquentibus in se, sicut prius in cruce fecerat, etiam se Patri offerendo, idoneus exorator intervenit. Quare cum Christus in Eucharistia pacem, concordiam et amorem proximi suo nos doceat exemplo, tanti, queso, magistris se quisque discipulum exhibeat, nec ad illum recipiendum accedat quis, nisi prius omnem odii et vindictam spiritum e corde suo expulerit; ridiculum enim foret, inquit Tertullianus, si ad Christum pacis authorem et Doctorem iret qui odii et dissidiis spiritu esset incensus: *quid est ad pacem Dei accedere sine pace?* Quotiescumque ergo, fratres, de Eucharistia suscipienda cogitabis, dicat quisque intra se: Christus, quem accepturus sum, pacem nostram fecit, pacem praecepit et pacem exemplo nos docuit; quamobrem ad illum veniam in pacis spiritu, omnemque vindictam spiritum penitus a me tollam. Theodosia Leonis Armeni imperatoris uxor, videns Michaëlem Balbum strenuum hominem ad supplicium pridie Nativitatis Christi duci, quia fuerat injuriosus imperatori, zelo concordiae et amoris proximi percita, maritum adiit, dixitque ei: memor esto, imperator, te die crastina fore participem corporis sacri ejus, quem nihil aequum potest ac concordia demerer; ob amorem Regni pacifici esto et tu princeps pacificus. Morem gessit ille bene suade uxori et pepercit. O frater, quotiescumque in corde tuo erga inimicos aliquis excitabitur iracundia et vindicta motus, memor esto, te intra aliquod tempus fore participem corporis sacri ejus, quem nihil aequum potest ac concordia demerer; ideo ut dignus officiaris ad regem illum pacificum accedere, esto et tu pacificus, omnesque vindictam motus in te ipso penitus extingue. Sume tandem in manu

tua sanctum gladium, ut in te ipso luxuriae, avaritiae et vindictae spiritum jugules; et sic dignus fies, qui Christum in Eucharistia sumas et in gloria possideas. Amen.

## CONCIO SEXTA.

*Quomodo fiet istud? (Luc. 1, 34).*

*Mutaberis in virum alterum (1 Reg. 10, 6).*

Sicut serio examinare conscientiam, peccata sua detestari, ea omnia confiteri, ac ea jugulare, magnas ad sanctissimum Eucharisticum Sacramentum digne recipiendum preparationes esse nullus diffletur. Alia tamen, meo quidem iudicio, major est preparatio, nempe *vita mutationis*, quam quasi unicam adducit S. Augustinus, dicens: *mutet vitam, qui vult accipere vitam.* Nam, si non mutet vitam, ad iudicium accipiet vitam. Et revera, quid peccatori intima cordis sui pio examine scrutari prodest, si semper idem in se manet? Quid ei prodest, amarissimo cordis dolore cruciari, si eosdem semper ad peccandum affectus habeat? Quid prodest ei, sua penitus in sacramentali foro declarasse peccata, si nulla in ipso cordis et voluntatis fiat mutationis? Certe haec omnia parum presunt. Igitur hodie homini peccatori ad sacrum communionem accedere cipienti morum mutationem pro viribus suadere conabor. Sauli dicebat olim Samuel: *mutaberis in virum alterum;* dicam similiter hodie cuique peccatori, sanctissimum Eucharisticum Sacramentum sumere peroptanti, quod mores et vitam in melius mutare debeat: *mutet vitam.* De hac vita mutatione ista erit concilio. Ave.

Ex peccatoribus, qui ad sanctissimum Eucharisticum Sacramentum recipiendum accedunt, aliqui facte et non vere, alii partim et non totaliter, alii ad tempus et non pro semper pravos mores immutant. Qui mutantur facte solum et non vere, simulatores sunt et hypocritae; qui partim tantum et non totaliter

mutantur, sunt tepidi et ignavi; et qui ad tempus dumtaxat, non pro semper mutantur, sunt inconstantes et stulti, qui ut luna mutantur: *stultus sicut luna mutatur.* Ecce quomodo multi ex peccatoribus mutantur antequam ad sacrum communionem veniant; qui autem recte sapient, longe aliter mutantur, eorumque mutatione non erit facta, sed vera; non erit dimidiata, sed integra; et non erit ad tempus, sed in perpetuum. O peccator, qui peccatorum sarcina gravaris; o peccator, qui pravis habitibus constrictus detineris, et qui sub demonis iugo ingemistis; peccator, inquam, qui Christum sub speciebus Eucharisticis latenter sumnere expertis, muta prius vitam tuam vere, muta totaliter, muta constanter; mutatione tua sit: 1. vera et non facta; 2. integra et non partita; 3. constans et non varians. Antequam peccator sanctissimum Eucharisticum Sacramentum recipiat, mutari debet vere, totaliter et constanter; en tres hujus concionis partes.

## I PARS.

*Antequam peccator sanctissimum Eucharisticum Sacramentum recipiat, mutari debet vere.*

Non est qui non stupeat, si attente et serio recogitet, quomodo peccatores innumeri in sanctissimi Eucharistiae Sacramenti susceptione se gerent soleant; nonne enim omni prorsus stupore et horro dignum, quod tot ebriosi, tot luxuriosi, tot publici usurarii, tot iniqui bonorum proximi detentores, tot blasphemii, totque alii omni generis peccatores sanctissimum hoc Sacramentum frequenter recipient (1), nec tamen qualiter-

(1) Utrum revera authoris auctor ac suis in regionibus frequenter hujus furfurs Christiani sacre mensae accelerarent, ignoramus; nec facile quis credet, qua statu vel ipsi probi fideles raro, sive duobus vel tribus vicibus singulis annis Eucharistico pane et reficiant, licetioris autem vita sectatores plures communicassent. Quidquid haec de re sit, nostra profecto statu vix est reperire aliquis adeo nequam ut frequenter communiet, et vitis indulget. N. E.

cumque in melius mutentur? Post quatuor, sex et viginti communiones, semper idem et sepe peiores videntur; non in melius, immo in pejus saepe convertuntur; et accepto semel, his et pluries augustissimo hoc Sacramento, sunt ebriosi, luxuriosi et alii viciis dediti, sicut antequam illud reciperent. Stupefacti super hoc; et vos, o peccatores, antequam ad sacram Synaxim accedatis, a viciis declinate, peccata abicite, vitamque et mores, non flete, sed vera in melius immutate. Praeviam hanc mutationem docuit Deus in manna, quod Iudeis in deserto ad vacendum subministravit; dedit enim eis Deus et coturnices et manna; haec tamen differentia, quod cum dedit eis coturnicos, eas intra castra et intra tentoria eorum misit: coturnices detulit, et demisit in castra; cum autem dedit eis Deus manna, non illud misit in castra, sed extra, ita quod populus e castris egredi cogeretur, ut manna colligeret: egreditur populus et colligat. Cor Deus qui populum e castris egredi non vult, ut coturnices capiat, eum egredi vult, ut manna colligatur? Vult, inquit Rupertus Abbas, populum e castris egredi ad colligendum manna, ut doceat, quod ad manducandum manna Eucharisticum, egrediendum de pristina conversatione, de vetustate citre. Nondum enim deposito vetero homine, inquit, non est nobis hoc manna colligere, hoc manna manducare. O peccator, si manna Eucharisticum comedere expertas, in teipso fieri debet mutatio, adeo ut deposito vetero homine, in novum transseas; annihilari debet in te vetus homo cum actibus suis, et formari homo novus, qui secundum Deum creatus est: expoliantes eos veterem hominem cum actibus suis et induentes novum. Si enim haec in te prius non fiat mutatio, Eucharisticum manna sumere non debes: nondum enim deposito vetero homine, non est nobis hoc manna colligere, hoc manna manducare. Inter multa figurarum genera, quibus presignificatum fuit sanctissimum Eucharistie Sacramentum, nil expressius, quam manna Israëlitica a Deo missum, illud pronotasse videtur. Et si attendamus, quo nomine insignitum fuerit manna, quomodo a Deo missum sit, et quae dispositio ex parte eorum qui illud recipiebant, requireretur; haec omnia pecca-

tores docent, prius mutandam esse vitam, quam Sanctissimum Eucharistie Sacramentum recipiant. Quondam nomen, sciunt omnes, quod a David vocatur panis angelorum: *panem angelorum manducavit homo*. Modus quo mittebatur, in sacra Scriptura describitur, ubi dicitur, quod antequam mitteretur manna, levis quidam flaret *ventus*, quasi ad scopandam terrae superficiem; et deinde albus quidam a Deo mitteretur ros, quo tegebatur terra, ut in locum purum ac mundum manna caderet. Quoad preparationem desideratam in his qui manna manducabant, talis esse debebat, ut illud sumerent peccati mortalis imunes, sive in statu gratiae, quia cum a justis manducabatur, in eo omnis saporis suavitatis degustabatur: *omne delectamentum in se habentem*; cum vero a peccatoribus comedebat, nauseabant super illo cibo: *anima nostra jam nauseat super cibo isto levissimo*. Ecce quomodo vocaretur, mitteretur et reciperetur manna; quae omnia peccatores vitam mutare docent, antequam Eucharisticum manna comedant; ideo enim manna vocatur *panis angelorum*, ut discant peccatores, quod ut digne Eucharisticum manna recipient, vitam suam scelerosam in vitam puram et angelicam mutant necessis est; ideo etiam eadens a coelo manna ventus levis terram scopans, et ros candidus terram tegens praecedebat, ut discant peccatores, scopanda corda et corpora, ac divime gratias splendore ornanda antequam divinum manna in Eucharistia residens comedere presumant; ideo tandem peccatores in manna nil suave et palato jucundum degustabant, nisi prius peccata abjecissent, ac vitam in melius commutassent, ut hinc discant quicumque peccatis gravantur, quod ut digne sanctissimum Eucharistie Sacramentum recipient, sua abdicare peccata, ac vitam in melius mutare debeant. Ecce, o peccator, mutationem in te efficiendam antequam Eucharisticum manna manduces; quae nisi in te non prius contingerit mutatio, ad illud celeste manna manducandum accedere non debes: *nondum enim deposito vetero homine, non est nobis hoc manna colligere, hoc manna manducare*. Deus, qui per manna presignificare voluit, vere mutari debere peccatorem antequam augustissimum Eucharistie Sa-

cramentum recipiat, hoc idem indicat et manifestat per *transubstantiationem*, seu per mutationem substantiae panis et vini, que fit in consecratione. Docet enim fides, per verba consecrationis a Sacerdote, Christi personam agente, prolatam, totam panis et vini substantiam destri, ac in corpus et sanguinem Christi vere mutari, transmutatione mirabili, quam apertissimo vocabulo sacra Synodus Tridentina vocavit *transubstantiationem*. Similis autem in peccator fieri debet mutatio, seu morum reformatio, ita quod cum ad sacram Synaxim accederet cogitat, vitam et mores vere immutet, ac tunc desinat esse quod erat, et in illud transeat quod non erat; tunc horreat perseverare in malo, studeatque declinare a malo et facere bonum; tunc non idem in se manere, at in melius mutari oportet. Cur enim Christus sub speciebus Eucharisticis veniens, hanc in pane et vino mutationem fieri vult? Anne quia simul cum panis et vini substantia sub speciebus Eucharisticis remanere non possit? Nequaque; hoc enim si facilissimum foret, imo et ita fieri debuisse videtur, ut accidentia sine subiecto non existent; cur ergo hanc in pane et vino mutationem fieri vult? hoc equidem vult, ut peccatores doceat, quod antequam ad sanctissimum Eucharistiae Sacramentum recipiendum veniant, eos vere mutari necesse sit. Et ut hoc sine fundamento dictum non putetur, regium Prophetam hac de re disserentem audimus: *parasti, inquit, cibum illorum, quoniam ita est preparatio ejus*: quasi si diceret: Eucharisticum cibum Deus hominibus preparavit per mutationem et transubstantiationem, qua fit in consecratione: *parasti cibum illorum*; et ideo cibum Eucharisticum hoc modo Deus preparavit, *quoniam ita est preparatio ejus*; seu ut discant peccatores, quod simil modo se preparare ae vere mutare debeant, antequam celestem hunc cibum recipiant. Hanc a peccatoribus preparationem Deus expositulat, hanc in his mutationem fieri peroptat, hanc eos docet per mutationem substantiae panis in corpus suum; et si priusquam ad mensam Eucharisticam accedant, vitam et mores non mutant, insensibilis sunt, ac ipsis creaturis insensibilibus duriores et insensibiliores: *cum irrationalis creatura scilicet panis, per*

*cerbum Dei convertatur in corpus Christi, quanta*, inquit D. Thomas, *erit peccatoris duritia, si Spiritus Sancti operationibus ad conversionem non perducatur!* O peccator, per veram mutationem, que fit in pane et vino, docet te Deus veram mutationem in te perficiendam cum ad sacram communionem accedis, et tamen idem semper in te ramanes; ante communionem avarus eras, luxuriosus eras, usurarior eras; et post communionem avarus es, luxuriosus, usurarior, ac idem semper es; o quam magna dicenda duritia tua! Certa durior es ipsis creaturis insensibilibus, quae vere Christo veniente mutantur: *cum irrationalis creatura, scilicet panis, per verbum Dei convertatur in corpus Christi, quanto erit peccatoris duritia, si Spiritus Sancti operationibus ad conversionem non perducatur!* Peccatores ante communionem vere mutari debere, variae suadent rationes; unicam solum adducam, quod scilicet, si homo peccator ante communionem vere non mutetur, ita quod saltem omnia peccata mortalia non abiciat, cibus Eucharisticum erit quasi gladius, quo spiritualiter occidetur. De muliere, quam in statu peccati mortalis et antequam vitam mutaret, ad sacram communionem accessit, ait S. Cyprianus, *quod non cibum, sed gladium sibi sumpsit*: similiter quotquot indigne et mortalis criminis rei accedunt, quasi gladium eos misere laceraturum in sua viscera trahunt: *non cibum, sed gladium*. Cibus Eucharisticus similis est pani submerito, qui simul panis fuit et gladius; licet enim nihil commune sit pani, qui nutrit ad vitam, cum gladio qui credit ad mortem, submerito. tamen panis, de quo loquitur liber Judicum (7), panis quidem erat, et panis vocabatur; et hic panis erat etiam gladius Gedeonis persecutus et subvertens Madianitas: *non est hoc aliud nisi gladius Gedeonis*. O panem mirabilem, qui panis est Israëlitis et gladius Madiantis! o veram Eucharistici panis figuram! Eucharistia enim est panis bonis sanctificante gratia exornatis, et est gladius peccatoribus, qui nondum mutata vita illam sumunt; est panis, quo nutruntur, impinguantur et vivificantur iusti; et est panis, quo veluti gladio spirituali trucidant mali: *mors est malis, vita bonis*. De

mirabilis isto pane sumpserunt Petrus et Judas, ille ad vitam, iste ad mortem: *de uno pane et Petrus et Judas accepit; Petrus accepit ad vitam, Judas ad mortem.* Idem accidit omnibus, qui ad sanctissimum Eucharistiae Sacramentum recipiendum accedunt: si enim gratia, tamquam ueste nuptiali induantur, et debite se preparaverint, cum Petro celestem hunc panem accipiunt *ad vitam*; rei autem peccati mortalium, nisi prius quam accedant, vitam mutent, supersubstantialis hic panis est illis *ad mortem*, et est quasi gladius, quo illis mors spiritualis infertur: *mors est malis, vita bonis.* Quamobrem, o peccator, antequam accedas, vitam muta: *mutet vitam, qui vult accipere vitam.* Cibum hunc Eucharisticum non sumas ex consuetudine, non sumas ut bonus et justus videaris; ante illius susceptionem vere vitam et mores immuta: *mutet vitam.* Panis Eucharisticus vocatur *panis facierum*; quia, ut dicunt multi, Christus in Eucharistia duplum faciem gerit, faciem scilicet Dei et faciem hominis; dicitur etiam *panis facierum*, quia in Eucharistia Christus et faciem Patris misericordis et faciem severi iudicis praefert; est in Eucharistia, ut Pater misericors pro justis, quos bonis et gratis suis replet; est etiam in ea ut justus et tremendus index respectu peccatorum, adversus quos duram sententiam dicit, nisi mutata prius vita accedant; et quibus spiritualem animae mortem infert, eosque per peccatum mortale jam mortuos quasi morte secunda plectit, ac eternam mortem minatur. Desine ergo, o peccator, perverse agere; convertere ad Dominum Deum tuum, et antequam ad sacram Synaxim accedas, muta vitam tuam vere: *et eam muta etiam totaliter.*

## II PARS.

*Antequam peccator sanctissimum Eucharistiae Sacramentum recipiat, mutari debet totaliter.*

Per consecrationem, virtute verborum a Sacerdote prolatorum, fit transubstantiatio, seu conversio totius substantiae panis

et vini in totum Christi corpus et sanguinem; non fit solum transformatio, seu mutatio forme in formam, fit transubstantiatio, idest mutatio totius substantiae panis et vini in totum corporis et sanguinis Christi substantiam; ut enim in Concilio Lateranensi habetur, *verum Christi corpus et sanguis in Sacramento altaris sub speciebus panis et vini veraciter continetur; transubstantiatis pane in corpus et vino in sanguinem.* Non aliqua sola substantia pars mutatur; tota et totaliter panis et vini substantia immutatur, ac transubstantiatur: *transubstantiatis pane in corpus et vino in sanguinem.* Quo docemur, nos non in parte solum, verum in toto mutandos, cum ad sacram communionem accedimus; non ita mutandi sumus, ut pars vitiorum vigeat et remaneat; e contra totaliter nos mutari oportet, ita ut ablegatis omnibus peccatis, virtutes summo affectu sectemur: tanta in nobis fieri debet mutatio, ut deposito veteri homine, in novum, seu in Christum transseamus, eumque induamus: *induimus Christum.* Quando qui baptizatur, totus immutatur et Christo quasi induitur: *quicumque baptizati estis, Christum induitis.* Cum baptizatur homo, per baptismum non solum in eo destruitur peccatum originalis, nec solum per spirituale hoc lavacrum a quibuslibet peccatis actualibus mundatur, verum sublatis quibuscumque peccatis, ipse supernaturales fidei et charitatis habitus in se recipit, ac prouide totus immutatur et quasi Christum induit: *quicumque baptizati estis, Christum induitis.* Similiter, cum homo peccator ad sacram Synaxim accedens proponit, seipsum prius quasi baptizare debet: *qui manducat hunc panem, spiritualiter renascatur.* Non debet quidem denovo baptizari baptismi Sacramento qui iterari nequit, et tamen debet quasi baptizari, quia sicut per Baptismi receptionem homo totus immutatur ac ex filio diaboli fit filius Dei, et quasi alter Christus, cuius virtutes induit; ita et quotiescumque peccator de Eucharistiae susceptione cogitat, baptizari debet, id est totaliter mutari, ita quod a peccatore in justum, et a filio diaboli in Christum immutetur. Unde D. Augustinus sic Christum loquenter inducit: *sum cibus grandium, nec tu me in te mutabis, sicut cibum*

carnis tuæ, sed tu mutaberis in me. Quasi dicat, ego sum cibus justorum, qui apud me magni sunt: *sum cibus grandium*; ne ergo accedas, o peccator, nisi prius justus efficiaris; nec putas me a te ita manducari, ut in te convertar, debes tu in me mutari, ita ut pravos tuos mores totaliter exuas, ac meos induas. Cum ali manducantur cibi, quod manducatur in manducatis substantiam convertitur; at ego, inquit Christus, in te non mutabor, e contra tu in me mutari debes, ita ut quidquid in te est veteris hominis penitus expellas, ac virtutibus meis replearis; hec est totalis mutatio, quam ante communionem fieri oportet: *nec tu me in te mutabis, sed tu mutaberis in me*. Pluries demiratus sum perfectam et totalem mutationem, que in Magdalena contigit; haec erat mulier in civitate peccatrix, cuius peccata multa et magna universæ civitati innotescerant; haec erat, de qua septem demonia exierunt (Luc. 8), id est, ut ibi exponit Glossa, universa ciuitas, quibus plena fuerat, quippe, ut notat S. Gregorius, septenario numero summa universitatibus exprimitur; tota ergo universitas viitorum in Magdalena reperiebatur. Quia autem vitiis scatabat, Christum videns et tangens totaliter conversa et mutata est; ut enim Christum in domo Pharisæi diversari scivit, illum adixit, ad pedes ejus procidit, lacrymis eos lavit, ac ita immutata est, ut tot deinde rotulaverit virtutibus, quot antea vitiis fodabatur; *ad numerum virtutum convertit numerum criminum*. O mirabile Magdalene mutacionem! cum ergo haec mulier Christum videns et tangens totaliter mutetur, quanto perfectius mutari debet peccator antequam ad sacram communionem accedat, in qua non Christum videre et tangere, ast quod magis est, illum vere et realiter intra seipsum recipere cupiat? Certe tunc totus et totaliter mutari decet; ita ut destructio intra seipsum corpore peccati, totus in Christum immutetur, ac virtutibus ejus fulgeat: *nec tu me in te mutabis, sed tu mutaberis in me*. Serpentis prudentiam et laudat, et nobis imitandam proponit Christus, dicens: *estote prudentes, sicut serpentes*. Haec autem serpentis prudentia in hoc potissimum elucet, ut ait S. Epiphanius, quod ad fontem

bibitur non accedat prius quam totum, quo target, venenum effundat; *habet, inquit, hanc prudentiam serpens, velut natura rerum docti de hoc animali tradunt*; quando enim sit pressus a latibulo procedit ad aquam, ut bibat, non simul accipit secum venenum, sed in latibulo relinquit et sic progressus potum aquarum sumit. Magna quidem hec est serpentis prudentia, quia si aquam frigidam frigido veneno infunderet, ipse protinus moreretur, ac vita potius, quam sitis ejus extingueretur. Ecce serpentis prudentiam, cuius nos imitatores esse vult Christus; optat enim, ut antequam ad ipsum fontem aquæ vivoe in Eucharistia residentem veniamus, mortifera peccatorum nostrorum venena effundamus. *Serpens, ait S. Ambrosius, cum venerit ad bibendum aquam, prius quam bibat, extra fontem evomit venenum suum, et postea bibit. Ita et nos, quando ad altare Domini communicaturi accedimus, deponamus venenum peccatum; hoc est, iracundiam, odium, invidiam, falsitatem, etc. et sic ad altare Domini, corpore et sanguine ejus satiemur.* O peccator, esto ita prudens, ut ad Christum omnium gratiarum fontem in Eucharistia manentem non accedas, nisi prius omnium peccatorum tuorum venena spueris et procul expuleris. Ad hec aliam quoque imitare serpentis prudentiam, nempe pellis mutationem; non enim in hoc solummodo serpentis elucet prudentia, quod venena evomat antequam ad fontem potaturus venias, sed in hoc etiam, quod *pellem mutet*, ut ait Theophylactus; sic, o peccator, esto prudens sicut serpens, ita quod peccatorum virus effundas, ac te totum immutes. O peccator, iracundia, inuidia, ira, ac alia veteris hominis venena evome, teque totum in novum hominem muta. Antequam ad sanctissimum Eucharistia Sacramentum sumendum venias, ablegatis omnibus peccatis tuis, humilitatem, patientiam, charitatem et alias Christi virtutes sectare, ejus mores indue, ac te totum in illum quasi immutes; *nec tu me in te mutabis, sed tu mutaberis in me*. Multos reperire est, qui hanc serpentis prudentiam imitati sunt; unum hic adducere placet, nempe sanctum Guilielmum Aquitanum ducem. Hic schismaticus et schismati-

corum protector erat; Pictaviensem episcopum, ac ipsum summum Pontificem summe oderat; varios episcopos ab illorum Ecclesiis expulerat et innumera alia crimina perpetraverat. Precibus, obsecrationibus, ac variis rationibus frustra a viis pessimis illum avocare conatus est D. Bernardus; tandem inspirante Patre luminis, vir sanctus assumptio supra patenam sanctissimo Sacramento, ad Comitem conversus, sic illum affatus est: rogavimus te ei sprevisti nos; supplicavimus tibi et contemptisti. Adest judex tuus, in cuius nomine omne genu curvatur, colestium, terraestrium et infernorum. Adest judex tuus, in cuius manu illa tua anima deveniet. Numquid et ipsum spernes? numquid et ipsum sicut servos ejus contempnes? Videns Comes Abbatem sacratissimum Domini corpus ferentem in manibus, expavit et diriguit, membrisque tremebundis metu et dissolutis, quasi amens solo propulsit, salvis per barbam defluentibus, ac cum profundis efflans gemitus. Ecce serpentinum, qui praesente Christo venena effundit; ecce peccatorem, quem criminum suorum poniet. Dein totaliter convertitur et immutatur; nam protinus Pictaviensem episcopum, quem ab Ecclesia sua expulerat, in pacis osculo recepit, ac ad propriam sedem reduxit; postea summo Pontifici obtemperavit; ac denique vir sanctissimus evasit. O peccator, si famosus hic schismaticus ad sanctissimi Sacramenti presentiam totaliter convertitur, cur tu totus et totaliter non immutaris, cum non solum ad videndum, verum etiam ad sanctissimum hoc Sacramentum recipientum accedas? mutare, o peccator; muta te ipsum totaliter antequam ad communicandum accedas: mutet vitam qui vult accipere vitam. Et muta etiam te ipsum constanter.

## III PARS.

*Antequam peccator sanctissimum Eucharistiae Sacramentum recipiat, mutari debet constanter.*

Perbelli dixit Albertus Magnus, quod *ex sumptione Eucharistiae nullus malus fit bonus*. Procul dubio ex sumptione

Eucharistie, qui bonus est, melior fit; malus autem seu peccati mortalis reus, per Eucharistiae sumptionem non fit bonus: cum enim Eucharistia vivorum sit Sacramentum, non mortuorum, haec malos et per peccatum mortale mortuos non vivifcat, nec bonos efficit; comunicantes bonos et vivos requirit; ideo antequam homo peccator ad sanctissimum hoc Sacramentum recipientum accedat, mutari et bonus fieri debet totaliter et *constanter*, firmo nempe et constanti proposito non amplius peccata iterandi: oportet ut vitiorum suorum idola frangere statuat, atque in perpetuum bonis operibus insudare; ac omni virtutum generi vacare decernat. Constantem hanc mutationem docuit Osseas propheta, dicens; *viven tritico et dicent, quid mihi ultra idola?* ait Propheta quod *viven tritico*, id est, ut explicat Nicolaus de Lira, *Eucharistie Sacramento, quod conficitur de pane triticeo*. Hi autem qui hoc Sacramento vivent et qui ad illud sumendum accedunt, dicere debent, *quid mihi ultra idola?* quid mihi idolum avaritie quod tamdiu colui? quid mihi idolum luxurie, cui toties incensa obtuli? quid mihi superbia, cui veluti divinitati pluries sacrificavi? haec idola nihil mihi amplius erunt, haec protinus abjicio, iis aeternum valedico, hisque abrenuncio, ut toto vita mea tempore Christo Domino totis affectibus inserviam. Jacob patriarcha sacrificium Deo oblaturus, *convocata omni domo sua, ait, abieciit deos alienos qui in medio vestri sunt et mundanini, ac mutate vestimenta; surgite et ascendamus in Bethel*. Nihil mysterio vacat in contextu illo Genesio, ac omnia ad rem nostram dicta esse videantur. Jacob enim, antequam Deo sacrificat, domum suam, seu domesticos suos convocat; *convocata omni domo sua*: o peccator, antequam ad sanctissimum Eucharistie Sacramentum sumendum venias, convoca domum tuam, seu omnes animae tuae potentias, eas collige, ut tanto mysterio attendant, reminiscatur memoria beneficiorum a Christo acceptorum; recognitet intellectus quanto amore nos prosequatur Christus, qui seipsum nobis in cibum dare dignatus; ardentissima amoris affectibus erga ipsum voluntas tua accendatur: hoc modo, o peccator, convocanda est domus tua, ut digne Christum reci-

pere merearis. Insuper abiciendi sunt dii alieni; *abiciete deos alienos, qui in medio vestri sunt.* Habeant oculi deos suos, scilicet corporum formas egregias, quibus sepius impii devoventur; suis etiam aures capiantur idolis, nempe sermonibus obsconis, vel famam demigrantibus, quibus audiendis delectantur; gustui sua sunt simulaera, dapes scilicet exquisite quibus delimitur et obscuria pretiosa, quæ nimio cum affectu appetit; omnis domum que plus quam Deum diligimus, idola nostra sunt. *Quod quisque plus amat, hoc illi deus est.* O peccator, antequam ad sacram Synaxim venias, haec omnia idola scito necessario derelinquenda, et abicienda et procul pellenda, ita ut nunquam ad illa revertaris; *abiciete deos alienos, qui in medio vestri sunt.* Subiicit Jacob, mundanum, ac mutare vestimenta; siquidem eliminatis idolis ac omnibus peccatis, quisque ante communionem seipsum mundare, ac penitus mutare debet, ita quod non amplius veteris hominis vestem induatur, at solum veste nuptiali gratiae. Et, ut docet Jacob, hanc mutationem debore esse firmat et constans; ideo subdit, surgendum esse a peccato et ascendendum in Bethel: *surgite et ascendamus in Bethel.* O peccator, antequam ad sacram Synaxim accedas, surge ab omni peccato et ascende in Bethel, seu in dominum Dei, ut ibi ab omni occasione peccandi elongatus, constans ac firma sit tua mutatio. Non sis similis Iude, de quo divus Augustinus ait, quod *sui semper similes manxi, hoc est, tremende illius mensa repletus cibis, nihil prorsus immutatus aut emendatus est.* Ne imiteris hunc proditorem: ad sacra communionem accedens, mutare totaliter et constanter; firmaque proposito idola tua hanc amplius adorare status. Cum viator esset Elias, ac impia Jezabelis persecutionem fugeret, post longi, arduique itineris laborem, fame, siti, infirmitate, tedium vita, ac nimia lassitudine quasi deficiens, projectit se sub juniperum, ibique obdormivit. Ibique, ut ait sacer textus, ecce angelus Domini tetigit eum, et dixit illi, *surge et comedere.* Respxit Elias et ecce ad caput suum subcinericius panis et vas aquæ; comedit ergo et bibit et rursus obdormivit. Reversus angelus Domini se-

cundu tetigit eum, dixitque illi: *surge. O angele Dei, cum dederis Eliæ, quod comederer, da etiam, ut postquam comedit, aliquantulum quiescat et dormiat.* Cur enim hominem illum ab itinere oppido fatigatum, postquam manducavit, tantisper decumbere et dormire non sinis? res mysterio non vacat, panis namque subcinericius, quem comedit Elias, *figura est panis Eucharistici,* ut ait Lyranus: antequam autem comedatur Eucharisticus panis, surges ad peccato, ac vita in melius mutantanda; postquam quis ex eo comedit, non amplius decumbendum est, neque amplius dormiendum in peccato, sed constanter in bono perseverandum: mutatio que fit antequam quis ex pane Eucharistico manducet, firma esse debet et constans, ita ut qui ex eo comedit, non amplius in peccatum incidat, nec in peccato obdormiat. Tamen heu! quam multi postquam sanctissimum Eucharistiae Sacramentum receperunt, in prima peccata recidunt et in peccatis suis obdormunt! *Multi infirmi et imbecilles et dormiunt multi.* ait D. Paulus. Non pauci, sed multi sunt imbecilles et instabiles, qui damnabili inconstancia, post Eucharistie susceptionem, in priora peccata revolvuntur, ac peccatis suis Christo, quem intra se receperant, graveum injuriam inferunt. Hi quodam modo Iudaïsim similes efficiuntur, qui in die Palmarum honoris causa vestimenta sua et ramos olivarum straverunt in via, qua Christus erat transiit, illum etiam haec die filium David proclamarunt, illi benedixerunt, cum in nomine Domini venisse confessi sunt; tandem universa civitas Jerosolymitana commota est, ut eum magnifice recipere; paucis autem ab hinc diebus Iudei maxima inconstancia delinquentes non sua sternant vestimenta, ut Christum honore afficiant, ino ad irrisione purpurea illum veste induunt; ad illius pedes ramos palmarum non projiciunt, at adversus illum gladiis et fustibus armati incedunt; non illum filium David proclamant, sed illum pseudoprophetam ac populorum seductorem assorunt; maledicunt ei, cui anteua benedixerant, atque acrisse persequeuntur, quem antea summo apparatu receperant. O infandam populi hujus inconstantiam! cui non absimilis videtur multorum christianorum instabilitas; ipsi enim,

non secus ac Iudei, circa dominicanam Palmarum, vel diem Paschatis Christum intra seipso per communionem recipiunt, eum hac die laudent, ei benedicunt, eumque saltem quoad exteriore formam plurimum reverentur; paucis post diebus, in pristina recidunt peccata, in iis obdormiunt, ac proinde Christum quem honoraverant, postea quantum in ipsis est, dedecore et ignominia afficiunt. O peccator, ne adeo sis instabilis et inconstans; si ante Eucharistie sumptionem vitam mutaveris, firma et constans perseveret haec mutatio, ita ut in pristina peccata non amplius labaris. Audi divum Bernardum dicentem: *erit filius gehennae multipliciter, qui post indulgentiam delictorum in easdem denuo sordes inciderit.* O peccator, per prima tua peccata *filius gehennae effectus eras;* mox cum poenitentia egisti et ad sacram Synaxim venisti, factus es *filius Dei et filius paradisi;* si autem acceptis tot beneficiis in priora labaris peccata, pluribus titulis *filius gehennae efficeris,* ac magno ire thesauro in inferno tibi congregabis. *Thesaurizas tibi iram in die irae et revelationis justi judicij Dei.* Itaque, o peccator, cum ad sacram Synaxim accedis, vitam non mutes ad tempus et ut iterum pristina resumas peccata; muta vitam constanter, ita ut firmissimo proposito non amplius peccare decernas. Indelebili ergo charactere in animo tuo praeclarum hanc Augustini sententiam hodie inscribe: *mutet vitam, qui vult accipere vitam;* illius semper recordare, ac antequam ad sacram communionem accedas muta vitam vere, totaliter et constanter; si autem his modis vitam mutaveris, eternam in celo vitam post mortem assequeris. Amen (1).

(1) Que has conciones, pressertim secunda et tercia parte tractata sunt, quaqumque a catholica doctrina nisi penitus abhorrent, prudenter tamen sunt fideliibus vulganda, no dum nimis urgentem necessitatem sanctarum dispensationum ad Eucharistie sumptionem, plures ab hoc salutari convicio arcam timore correptos ab rei difficultate, quin prorsus indignes terreamus. Quod ne contingat, duas distinguendas, nif fallor, classes peccatorum, qui post confessionem (de manifeste sacrilegio modo non loquimus) ad sacram sinaxim accedunt alliquando: alii ex magna infirmitate, ex prava consuetudine, quam detestantur, ex

## CONCIO SEPTIMA.

*Quomodo fiet istud?* (Luc. 1, 34).  
*Antequam comedam suspiro* (Job. 3, 24).

Non amara sanctissimi patriarche Jobi, verum dulcia christianorum suspiria nunc mihi explicare proposui; suspiravit Job antequam vulgarem comedet panem, et suspire debent omnes christiani antequam ad Eucharisticum panem comedendum veniant; suspiravit ille moerore confectus et suspire

propterent passionem, cui forsan non sati viriliter reluctantur, in cibriota criminis labuntur; postea rite confessi ad communionem accedunt, quam novi relapsi hadi raro subsquuntur. Namquid ideo nos a divino Sacramento arece liebit? Numquid ipse Christus non dixit: *Venite ad me omnes qui laboratis et oneratus estis;* nos a corporalibus sarcinis profecto, neque a levibus oneris, que animis laud onerant, verum a gravibus peccata, que animam fidelem quam maxime erant, et ad humum inciverunt? Numquid Concilium Tridentinum non vocat Eucharistum *antidotum?* est ergo medicina qua datur segris, et veneno peccati letalibus infectis, non quidem eodenjam mortalis, nisi salutari confessione revivericerit; quia antidotum non mortalis, sed infirmis proficit. Hujusmodi ergo peccatores ad communionem frequentiorem hortandi; qui prudubio si obtemperaverint prudenter confessari hortacioni, maximam hiujus sacramenti efficaciam experientur ad quocunque animis morbos depellendos, prout quotidianas experient constat. Propterea carendum est istis urgatur necessitas conversionis totalis et constantiae ante communionem, nisi in spe firma et post plures communiones. Alio autem habetur classis peccatorum, qui quandoque et consuetudine, monitis adducti vel praeceptis parentum et superiorum, quibus contraire verantur, sive, sive etiam plures in anno communicant, quin minimum de mortuum emendatione recipiunt, quin et vel gravissimorum peccatorum pideant, quin aliquis conspicuerat fructus Sacramentorum, que receperunt. Hos profecto relo et caritate menseat ut terrat eportet sacerdos, et etiam scravat, ut Christi mandato obtemperet dicens: *Nolite sanctum dare canibus.* Attamen et isti si dum confitentur, aliquod vera contritionis signum et confessiois propositionum exhibant, non sunt a communione prohibendi.

N. E.

non secus ac Iudei, circa dominicanam Palmarum, vel diem Paschatis Christum intra seipso per communionem recipiunt, eum hac die laudent, ei benedicunt, eumque saltem quoad exteriore formam plurimum reverentur; paucis post diebus, in pristina recidunt peccata, in iis obdormiunt, ac proinde Christum quem honoraverant, postea quantum in ipsis est, dedecore et ignominia afficiunt. O peccator, ne adeo sis instabilis et inconstans; si ante Eucharistie sumptionem vitam mutaveris, firma et constans perseveret haec mutatio, ita ut in pristina peccata non amplius labaris. Audi divum Bernardum dicentem: *erit filius gehennae multipliciter, qui post indulgentiam delictorum in easdem denuo sordes inciderit.* O peccator, per prima tua peccata *filius gehennae effectus eras;* mox cum poenitentia egisti et ad sacram Synaxim venisti, factus es *filius Dei et filius paradisi;* si autem acceptis tot beneficiis in priora labaris peccata, pluribus titulis *filius gehennae efficeris,* ac magno ire thesauro in inferno tibi congregabis. *Thesaurizas tibi iram in die irae et revelationis justi judicij Dei.* Itaque, o peccator, cum ad sacram Synaxim accedis, vitam non mutes ad tempus et ut iterum pristina resumas peccata; muta vitam constanter, ita ut firmissimo proposito non amplius peccare decernas. Indelebili ergo charactere in animo tuo praeclarum hanc Augustini sententiam hodie inscribe: *mutet vitam, qui vult accipere vitam;* illius semper recordare, ac antequam ad sacram communionem accedas muta vitam vere, totaliter et constanter; si autem his modis vitam mutaveris, eternam in celo vitam post mortem assequeris. Amen (1).

(1) Que has conciones, pressertim secunda et tercia parte tractata sunt, quaqumque a catholica doctrina nisi penitus abhorrent, prudenter tamen sunt fideliibus vulganda, no dum nimis urgentem necessitatem sanctarum dispensationum ad Eucharistie sumptionem, plures ab hoc salutari convicio arcam timore correptos ab rei difficultate, quin prorsus indignes terreamus. Quod ne contingat, duas distinguendas, nif fallor, classes peccatorum, qui post confessionem (de manifeste sacrilegio modo non loquimus) ad sacram sinaxim accedunt alliquando: alii ex magna infirmitate, ex prava consuetudine, quam detestantur, ex

## CONCIO SEPTIMA.

*Quomodo fiet istud?* (Luc. 1, 34).  
*Antequam comedam suspiro* (Job. 3, 24).

Non amara sanctissimi patriarche Jobi, verum dulcia christianorum suspiria nunc mihi explicare proposui; suspiravit Job antequam vulgarem comedet panem, et suspire debent omnes christiani antequam ad Eucharisticum panem comedendum veniant; suspiravit ille moerore confectus et suspire

propterent passionem, cui forsan non sati viriliter reluctantur, in cibriota criminis labuntur; postea rite confessi ad communionem accedunt, quam novi relapsi hadi raro subsquuntur. Namquid ideo nos a divino Sacramento arece liebit? Numquid ipse Christus non dixit: *Venite ad me omnes qui laboratis et oneratus estis;* nos a corporalibus sarcinis profecto, neque a levibus oneris, que animis laud onerant, verum a gravibus peccata, que animam fidelem quam maxime erant, et ad humum inciverunt? Numquid Concilium Tridentinum non vocat Eucharistum *antidotum?* est ergo medicina qua datur segris, et veneno peccati letalibus infectis, non quidem eodenjam mortalis, nisi salutari confessione revivericerit; quia antidotum non mortalis, sed infirmis proficit. Hujusmodi ergo peccatores ad communionem frequentiorem hortandi; qui preculubus si obtemperaverint prudenter confessari hortacioni, maximam hiujus sacramenti efficaciam experientur ad quocunque animis morbos depellendos, prout quotidianas experient constat. Propterea carendum est istis urgatur necessitas conversionis totalis et constantiae ante communionem, nisi in spe firma et post plures communiones. Alio autem habetur classis peccatorum, qui quandoque et consuetudine, monitis adducti vel praeceptis parentum et superiorum, quibus contraire verantur, sive, sive etiam plures in anno communicant, quin minimum de mortuum emendatione reciperent, quin ea vel gravissimorum peccatorum pides, quin aliquis conspicuerat fructus Sacramentorum, que receperunt. Hos profecto relo et caritate menseat ut terrat eportet sacerdos, et etiam arovat, ut Christi mandato obtemperet dicens: *Nolite sanctum dare canibus.* Attamen et isti si dum confitentur, aliquod vera contritionis signum et confessiois propositionum exhibant, non sunt a communione prohibendi.

N. E.

debent isti, variis et suavibus cordis motibus agitati. Laborabat simul et suspirabat Job; laborabat, cum se ad laborem natum fateretur: *homo natus ad laborem;* et suspirabat ob plures, quibus obruebatur, afflictiones: *antequam comedam suspiro.* Debent similiter et laborare et suspirare fideles antequam Eucharisticum cibum sumant; *laborare* quidem in agenda potititia, in virtus juglandis, ac vita in melius mutanda; et *suspirare* ex desiderio, ex amore et ex laetitia. Pia hæc fidelium suspiria sunt prævia ad communionem dispositio, de qua nunc disseremus. Ave.

Tripliæ moto erga coelestem beatitudinem ferebatur psaltes regius; moto scilicet desideri, amoris et gaudi. Hanc beatorum gloriæ quam maxime obtinere desiderabat propheta, dicens: *quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus.* Colestes illas mansiones summò etiam affectu diligebat, aijens: *quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum!* et quotiescumque de futura beatitudine sibi promissa cogitabat, cor ejus gaudio et laetitia superabundabat: *laetus sum in his que dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus.* Illi sunt pīi motus, quibus regii prophete cor erga coelestem beatitudinem ferebatur; et hi sunt etiam motus, quibus cieri oportet cor nostrum antequam ad sacram Eucharistie sumendum accedamus; ibi enim est Christus, qui est objectum beatificum, quod desiderare, quod amare et in quo exultare quisque tenet, seu ut alii proposito nostro congruentibus utar verbis, ante communionem suspirare debent fideles 1. ex desiderio; 2. ex amore; 3. ex gaudio. Desiderium, amor et gaudium, en pia cordis suspiria, que Eucharistie susceptionem antecedere debent; *antequam comedam suspiro.*

## I PARS.

*Ante communionem suspirandum ex desiderio.*

Christus Eucharistie Sacramenti institutor re ipsa illius voluit esse particeps; ipse enim proprium corpus, sub speciebus

panis manducavit et proprium sanguinem sub speciebus vini habuit; ipse, ut ait D. Hieronymus, fuit *conticea et convivium.* Quid et doset D. Thomas, dicens: *Christus que ab aliis seruanda instituit, ipse primitus servavit, iuxta illud (Actuum 1), caput Jesus facere ei docere.* Unde et ipse prius baptizari volui, quam alius baptismum imponeret; et similiter primo ipse corpus suum et sanguinem sumpsit et postea discipulis sumendum tradidit. Antequam autem seipsum sumeret Christus, hanc sui ipsius receptionem desideravit et hoc desiderium fuit quasi dispositio prævia ad seipsum recipiendum: sic enim loquitur ipse Christus: *desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum,* seu ut exponit S. Hieronymus, triniginta et tres anni sunt, quibus semper famæ me solicitavit, ac desiderium me tenuit, hunc, quem vobis præbeo, angelorum panem comedere vobiscum. O magnum Christi desiderium; ergo sicut illi sui ipsius susceptionem desideravit, ita et nos illius sumptionem magno affectu desiderare debemus, ac quisque nostrum ante communionem dicere debet; Christum Salvatorem meum, Deum meum totu[m] corde sumere peropto; *desideravi hoc Pascha manducare.* In captivitate positus Daniel, Iugens dicebat: *panem desiderabilem comedи.* Desiderabilem hunc panem, quem tanto affectu optabat propheta, fuisse panem illum azymum, quo Pascha celebrari consueverat et qui panis Eucharistie erat figura, sentit Theodoreetus. Si ergo panis azymus *desiderabilis,* seu desideriorum panis vocabatur, quanto magis est et dici debet *desiderabilis panis Eucharistie,* in quo omnia Christi Dei et hominis bona continentur et in quo ipse Christus vere et realiter recipitur? certe iste est magnus, pretiosus et exquisitus panis, quem summopere appetere debemus. *Magnus est iste panis,* inquit D. Chrysostomus, *qui replet mentem et non ventrem: iste panis et noster est et angelorum: iste panis et manducatur et integrer manet;* de ipso comedimus, inde vivimus, inde paescimur, inde nutrimur, inde pervenimus. O quam desiderabilis iste panis! et quis cum manducare non desideret? Panis desiderabilis appellabatur manna Iudeis a Deo datum; hic erat

panis coelestis, panis ministerio angelorum hominibus exhibitus, ac omne delectamentum in se habens, ad quem summo affectu anhelare oportebat omnes Iudeos; multi tamen ex iis manna cibum levissimum, ac quasi vacuum et inanem aestimantes, fastidiebant et nauseabant, dicentes: *anima nostra jam nauseat super cibo isto levissimo.* Non pauci ex christianis super cibo Eucharistico similiter nauseant; de frequenti eius sumptione parum curant, et cum ex praecepto divino, vel ecclesiastico ad illum recipiendum tenentur, segniter, perfusione et tepida illum recipiunt, quasi esset cibus levissimus et nullius momenti. O fratres, cavete ne nauseatis super cibo Eucharistico, qui certe maximo cum desiderio et fervore est ambiendus. *Accedat nemo cum nausea,* inquit Chrysostomus, *nemo resolutus; omnes accensi, omnes ferventes et excitati.* Panis Eucharisticus, ut ait S. Ignatius martyr, «pharmacum immortalitatis est, mortis antidotum, vitaque in Deo reconcilians per Jesum Christum et medicamentum purgans viuam et omnia pellens mala». Panis Eucharisticus, inquit S. Hieronymus, «est sacrum peregrinationis nostra viaticum, quo de hoc nequam saeculo pervenitur ad celesti Jerusalem consortium». Panis Eucharisticus est cibus quo nullus pretiosior et desiderabilior; «quid dulcior, ut loquitur S. Thomas a Villanova, quid pretiosius, quid purius isto cibo? qui non de terra est, sed de celo venit, non hominum opere, sed Spiritus Sancti virtute in sacro Virginis utero formatus, omnem habet saporem, omnem continet suavitatem». Panis Eucharisticus, ut docet Euthymius, *non est panis simplex, sed coniunctus divinitati.* Panis tandem Eucharisticus non est panis azymus, non simplex manna, nec panis vulgaris, verum ut ait S. Ambrosius, *hic est panis cibus qui de celo descendit et ipsumnet Christi corpus.* Nonne ergo talis et tantus cibus Eucharisticus nequaquam fastidiendus, imo summo cum desiderio appetendas? *accedat nemo cum nausea, nemo resolutus, omnes accensi, omnes ferventes et excitati.* Quale nostrum erga Eucharistiam desiderium esse debeat, mirabiliter explicat D. Chrysostomus exemplo parvuli esurientis, qui matris mam-

mus ardenter appeti, solcito querit, celeriter capit et lac studiose sugit: *nonne videtis, inquit, quanta promptitudine parvuli papillas capiunt et quanto impetu labia umberibus infingunt?* Simili et longe majori desiderio, ut ait idem Chrysostomus, erga Eucharisticum cibum quemque nostrum ferri oportet, tantumque esse debet nostrum erga Eucharistiam desiderium, ut unicus nobis sit dolor hac esca privari: *accedamus cum tanta nos quoque solicitudine, quin ino longe majori; et unus sit nobis dolor hac esca privari.* Desideria Deum videndi et coelestem beatitudinem obtinendi ita aestuabat regius Vates, ut gemeret, doleret ac se infelicem arbitraretur ex hoc quod tempus illum assequendam protenderetur: *heu mihi! quia incolatus meus prolongatus est.* Tantum similiter nobis inesse debet desiderium, tantaque famae Christum in Eucharistie recipiendi, ut *unus sit nobis dolor hac esca privari.* Magna olim stii aestuans David clamavit: *o si quis mihi daret potum aquae de cisterna quo est in Bethlehem iuxta portam!* Quo auditio, tres strenui milites, magno cum vita sue periculo irrupti Philistinorum castris, hanc adierant cisternam et ex ea regi suo aquam attulerunt, at, ut ait sacer Textus, ex ea David noluit bibere. Allegorice hoc David factum explicans sanctus Ambrosius, ait eum non sitivisse aquarum elementum; sed Christum fontem aquae vitae: *sitiebat David, non aquam de laeu, qui est in Bethlehem, sed oriundum ex Virgine Christum in spiritu prævidebat.* Si autem David spiritu propheticō a longe agnoscens Christum fontem aquæ salientis in vitam eternam, tanto illum affectu desiderat, quid nos qui Christum apud nos manentem habemus? quid nos qui ad bibendum ex divino hoc fonte vocamur? quid nos quibus dicuntur: *qui sitit, veniat, et qui vult, accipiat aquam rite gratias?* Ardentissimum quidem ex hoc fonte bibendi nobis inesse debet desiderium, ac continua Christum recipiendi siti cruci dei debemus. Non a nobis aurum et argentum exigit Christus; petit solummodo, ut sitiamus, ac ut illum recipiemus desideremus; non enim dicit: qui habet aurum et argentum veniat; sed, *qui sititi, veniat:* ideo sitiamus, et magno Chri-

sum recipiendi desiderio ardeamus. Nullum cogit Christus ad ipsum recipiendum, nulli etiam accedenti se negat; ipse optat, ut accedentes sitant, ac ipsum recipere appetant; sic enim Christum loquentem inducit Chrysostomus: *nemini vim facio, neminem traho; sed si quis libens et promptus accedit, si quis ardet desiderio, hunc adoco*; igitur sientes ad Christum veniamus, ac magno illum percipiendi desiderio flagramus. Christus, ut habetur libro Canticorum (5, 16) *est totus desiderabilis*; si enim desideramus pulchra, nonne ipse est *speciosus forma prius filii hominum?* si optamus magna, nonne ipse *magnus Dominus et laudabilis nimis?* si bona concupiscentia, nonne ipse est Deus, *cujus natura bonitas?* ipse ergo est *totus desiderabilis* non solum secundum divinitatem, ut explicat Glossa ordinaria, etiam secundum humanitatem ab ipso initio Conceptionis usque ad triumphum passionis, Resurrectionis, ac Ascensionis. Et, ut exponit Hugo cardinalis, Christus *est totus desiderabilis in se et in membris, ac queri et desiderari dignus.* Eum sane totum desiderabilem agnoscunt angeli, qui semper eum magis et magis intueri desiderant; *in quem desiderant angeli prospicere.* Eum maxime desiderabilem censebat Zachaeus, qui ex magno eum videndi desiderio *ascendit in arborum sycomorum.* Eum etiam ut potissimum desiderabilem summa cum solicitudine quæsivit Magdalena; eum denique celi et terra, angeli et homines desiderarunt. Cum itaque Christus sit *totus desiderabilis*, cur eum in Eucharistia recipere non optabimus? cum angel, Zachaeus et Magdalena Christum videre ardenter concupiverint, cur non item et nos illum videre in celo et sub speciebus Eucharisticis in hoc mundo manducare, ac intra nos recipere ambiemus? *Accedamus ardenti cum desiderio,* inquit Euonymus; non accedamus segniter; antequam ad Christum suscipiendum veniamus, in varia suspiria, ac in varios actus desiderii corda nostra effundamus. Plures viri pii sepe qualibet die, imo et singulis horis ad Christum in Eucharistia remanentem et oculos et corda vertentes, suspirant, multoque desiderii actus elicunt; si autem religioso huic exercitio vacare

pigeat, salem instantे communionis tempore, suspirantes plures dicimus: *quis det de carnis ejus ut saturemur?* vel multoties cum sponsa canticorum in haec verba prorumpamus: *veni, dilecte mi.* Vel etiam corde et ore crebro repetamus haec regi vatis verba: *quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus.* Vel tandem quisque pia cordis sui erga Christum desideria edat, ac iterum iterumque sequentem ex D. Augustino sumptum orationem proferat: « ostende te mihi, consolator meus, videam te lumen oculorum meorum, veni gaudium spiritus mei, videam te, letitia cordis mei, diligam te vita anime mee, appare mihi delectatio mea magna, solatium meum dulce. Domine Deus meus, vita mea et gloria tota anime mee, inveniam te desideriorum cordis mei, teneam te amor anime mee, amplectar te response colestis, exultatio mea summa intus et extra, posideam te beatitudine sempiterna, possideam te in medio cordis mei, vita beata ». Ecce quomodo ante communionem suspinandum ex desiderio; atque etiam suspirandum ex amore: *antegquam comedam suspiro.*

## II PARS.

*Ante communionem suspinandum ex amore.*

Cum Christus Dominus amoris sui ignem in corda hominum missurus veherit, totus ignitus fuit ac undique ardentissimas amoris flamas indesinenter sparsit; et præcipue circa vite sue finem, cum angustissimum Eucharistie Sacramentum institutum. Homines quidem toto vita sua tempus dilexerat; adeo vero amor ejus in sanctissimi illius Sacramenti institutione crevit, ut non plus ultra progredi potuisse videatur: unde sanctus Evangelista Joannes ait, quod cum Christus *dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexisset eos.* Dixit nos Christus in finem, id est usque ad finem, usque ad ultimum amoris terminum, ita ut quasi summus ejus fuerit amor, nec magis

nos amare potuerit, quam cum corpus summum nobis in cibum dedit: *ad finem dilexit nos Christus*, inquit Chrysostomus, *hoc est in finem amoris: quia quid amplius pro amore nostro prestare potuit, quam ut seipsum ad descendendum traderet nobis?* In vexillis suis Alexander Magnus hanc euvraverat apponi inscriptionem: *plus ultra*; quasi dicaret: semper plus ultra progrederi mei est animi, et quamvis plurima orbis terrarum regna subjugaverim, plus ultra mihi procedendum est, ut semper alia et alia regna imperio meo adjungam. Alia penitus opposita inscriptio sacramentissimo Eucharistiae Sacramento congruentius, meo quidem iudicio, apponi posset; in qualibet enim hostia cor Christi, sacratissimis amoris flammis ardens, adumbrari posset cum hoc lemmate: *non plus ultra*: quia nihil maius ad summum erga nos amorem exhibendum perficere valuit Christus, quam seipsum nobis quoad divinitatem et humanitatem in cibum dare: hic velut finis amoris ejus, hic Hercules amor illius plantavit columnas, ultra quas non progrederi potuisse videtur: *non plus ultra*. Dat seipsum Christus beatis in gloria et dat seipsum nobis in Eucharistia; ibi dat se beatis in primum et hic dat se nobis in cibum; ibi beatis communicatur clare visus et hic nobis communicatur inter accidentia occultatus: *nil majus, quam seipsum, beatis dare potuit, et nil majus, quam seipsum, nobis dare valuit*: dando seipsum beatis, summo eos prosequitur amore et summum etiam nobis testificatur amorem, cum se nobis dat in cibum, ita quod non plus ultra nos amare posse videatur: *ad finem dilexit nos Christus, hoc est in finem amoris: quia quid amplius pro amore nostro prestare potuit, quam ut seipsum ad descendendum traderet nobis?* Majori Christum amore prosequi non valamus, quam si animam, seu vitam nostram pro illius gloria expendamus: *majorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis*. Jamvero Christi Eucharistiam instituens erga nos amor longe maior et eminentior apparebat: nobis enim miseris, nobis inimicis, nobis indignis dat non solum sacratissimum corpus sumum, verum etiam divinam suam animam, ac totum seipsum. Unde hanc Christi

erga nos charitatem summam et immensam vocat Doctor Angelicus: *Christus, inquit, ut arctius charitatis ejus immensitas fidulium cordibus infigetur, in ultima cena, quando Pascha cum discipulis celebravit, transitus de hoc mundo ad Patrem, hoc Sacramentum instituit*. O pereximum Christi erga nos amorem, qui est immensus et quo non datur plus ultra! eur autem tanto nos prosecutus est amore? utique ut nos ad ejus amorem alliceret: *ignem, inquit, veni mittere in terram, et quid volo, nisi ut accendatur?* Hoc erga nos exarsit amor Christus, ut nos ad eum redamandum provokeret et ut corde nostra amoris ejus igne vicissim accenderentur: *cum Deus magna nobis beneficia praestat, inquit S. Basilus, nil exigit a nobis, nisi ut eum diligamus*. Ecce quid a nobis exigat Christus, cum se nobis præbet in cibum; optat solummodo ut ipsum amantem amemus et ut amori ejus, prout fas erit, vicem repandamus; igitur amemus Christum, qui ita dilexit nos. Commento sane egregio genium amoris delinearunt antiqui, fingentes amorem vixisse diu breviusculo corpore et referente pueruli speciem: indignata venus deos consuluit, qua via crescere et major fieri posset amor, responsum accepit, quod ut parvus ille amor major evaderet, aliud amorem ipsam parere necessa esset, cuius consortio primus amor argumentum caperet. Quo indicare velut non ignora rerum antiquitas, amorem fomite indigere ut ardeat, nilque apius esse ad exiguum et sopitum in aliquo corde amorem excitandum et augendum, quam sit prævius alter amor. Si autem ethnici hos amores sacris licet aptare amoris, dicam, Deum ab aeterno prævidisse, hominum corda fore tepentia, ac proinde amorem illorum exiguum et prope nullum; ideo ut incrementum aliquod hominum amoris obtineret, aliud amorem genuit, Christum scilicet, qui totus amor fuit et qui summa potissimum exhibuit amorem, cum se nobis in cibum dedit. Quo nos amore prosecutus est Christus, ut nos ad sui amorem alliceret et ut amor illius in corde nostro cresceret. Euge, o frater, crescat nunc in corde tuo amor erga Christum; una illum qui tantopere te dilexit; amore Christi liquecat cor

tuum et tunc præcipue cum de sanctissimo Eucharistiae Sacramento sumendo cogitas: tunc amore ejus supra modum ignescere debes. Tunc tantus Christi amor amore tuo compensandus, totumque cor tuum tunc amoris incendio inflammari oportet. Hujus amoris igne sanctorum multorum accendebantur corda; nec potest quisquam amore Christi non ardere, si ejus erga nos amorem serio ante communionem consideret, et si antequam ad Christum sumendum accedat, intenta mente revolvat, quis est ille qui venit, ad quem venit, quomodo venit et cur venit. *Qui venit* non est pus humo et non quidam ex Apostolis, vel Evangelistis; non Cherubim, vel Seraphim; est ipse Dominus Deus, est Christus Maris Filius, ipse idem qui nos pretioso sanguine redemit: ecce qui venit. *Ad quem venit?* non ad unum ex beatis qui jam regnauit in celo, non ad aliquem ex angelis, venit ad hominem peccatorem, ad hominem infirmum, ac tanto beneficio penitus indignum: quis non miretur tantum Christi erga nos amorem? cuius cor ita durum ac frigidum erit, ut non diligit Deum immense maiestatis, qui ad ipsum miserum et peccatorem venire dignatur? certe nullus cor haberi deceret, quod in ardentissimos amoris actus non prorumpat; præsertim si attente perpendat, *quomodo ad ipsum veniat Christus*; non enim ad nos venit, ut Judex severus, verum ut pater misericors, qui nos totis visceribus diligat, et ut sponsus animarum nostrarum, qui nobis uniri appetit: quis ergo hunc patrem non diligit? quis hunc sponsum non amat? O frater, ama Christum sponsum anime tuae, et ut ad eum amandum magis accendaris, meditare quem ob finem, seu cur *ad te veniat*: non enim venit Christus propter commodum aliquod suum, sed propter tuum; non venit, ut tuis te spoliem bonis, imo ut gratia, ac innumerabilibus bonis te repleat: quis igitur tantam bonitatem non amat? quis non tanto amori amore respondebit? quem non a nobis amorem tantus Christi amor extorquebit? certe si totaliter non obduriuerit cor nostrum, ferventissimis ante communionem incumbere deberemus amoris actibus, ac sepius Christo ad nos venienti dicere: *diligam te, Domine amor meus, cibis anime mee et vita cordis*

mei. Conquerelatur Joannes Gersen, quod tanto amoris fervore ante communionem non arderet, quanto plures alii viri devoti, quorum corda sacro amoris Christi incendio exardescerant; « quando, inquit, recordor devotorum aliquorum ad Sacramentum tuum, Domine, cum maxima devotione et affectu accedentium, tunc sepius in meipsum confundor et erubesco, quod ad altare tuum et sacre communionis mensam tam tepide et frigide accedo; quod ita aridus et sine affectione cordis maneo; quod non sum totaliter accensus coram te Deo meo; nec ita vehementer attractus et affectus, sicut multi devoti fuerunt ». Quot tamen sancto hoc viro tepidiores et frigidiores ad sacram communionem accedunt! ad mensam Eucharisticam, velut ad mensam communem plures veniunt, nec minimam amoris scintillam in cordibus suis sentiunt. Hoc multis accidit ob eorum negligentiam; neque desunt qui, adhibita debita dispositione, divini amoris ardorem in cordibus suis non experiantur. Iste autem hoc ipsum exoptare debet incendium amoris ac desiderio supplere quod opere prestare nequeat. Illud a Deo documentum accepisse sanctam Metildem affirmat Blosius dicens, quod sic illam Deus allocutus sit: « cum ad communionem accesseris, desidera in gloria nominis mei omnem illum amorem erga me habere, quem unquam habuit ferventius cor. Quod si hoc pacto accesseris, recipiam desiderium tuum juxta illum amorem, quem optaveris habere ». O fratres, antequam ad sacrum Synaxim accedatis, pro viribus corda vestra ad elicendos amoris actus excitate. Quod si amoris igne insensibiliter inflamari nequeant, eo saltē ardere desiderate, ac a Deo supplices petite, ut tanto corda vestra amoris igne accendat, quanto omnium sanctorum corda exarserunt, et sic semper ex amore suspirabitis. Demum ante communionem suspirandum etiam ex gaudio: *antequam comedam suspiro.*

## III PARS.

*Ante communionem suspirandum est ex gaudio.*

Gaudent in cibis, gaudent in pompis, gaudent in divitiis, gaudent et in virtutibus homines seculi; haec autem gaudia minime gaudia censenda, quia non in creaturis, at in solo Creatore verum, solidum et stabile reperitur gaudium: *illum verum et solum est gaudium, quod non de creatura, sed de Creatore concipitur, et quod cum possederis, nemo tollerat a te, cui preparata omnis alia jucunditas moror est.* Non ergo in caueis facultatis, non in conviviis et commissationibus, non in impudicitiis et noxiis voluptatibus; atvero in Deo nostro gaudemus, ac quisque nostrum in corde suo cum propheta quam sepissime dicat: *egò autem in Domino gaudeo et exultabo in Deo Iesu meo.* Tunc maxime in Deo Iesu nostro gaudendum, cum ad illum sumendum accedimus, quia sicut Christi accessus maximo apostolorum corda morore afficit: *tristitia impedit cor vestrum;* sic ex adverso Christi ad nos accessus ingenti nos gaudio et consolatione replere debet: *debemus in Christo, eum spiritualiter manducando, delectari, seu interna dulcedine inebriari.* Sicut sancti in celo a nimbo quo fruuntur gaudio, quasi inebriantur: *inebriabantur ab ubertate domus Dei et torrente voluptatis tue potabis eos;* sic et nos, ut ait sanctus Bernardinus, ad Christum, qui est obiectum beatificum, accedentes, spirituali gaudio et interna dulcedine quasi inebriari oportaret: *debemus in Christo, eum spiritualiter manducando, delectari, seu interna dulcedine inebriari.* Spirituale hoc gaudium, quo praevio ad Eucharistiam suscipiendum accedendum est, docuit nos Spiritus Sanctus, dicens: *vide ergo et comedite in letitia panem tuum; et bibite cum gaudio vinum tuum.* Dixit. Quo, queso, eundum est ante Eucharistiae sumptionem? Non utique de loco in locum, verum de peccato ad virtutem: *vade,* ut exponit Hugo cardinalis,

## Concio VII. — De SS. Sacramento

383

*a peccatis recedendo et bonis operibus insistendo.* O peccator, antequam ad sacram communionem venias, *vade a statu peccati ad statum gratiae;* hoc autem factio, *comedite in letitia panem tuum et bibe cum gaudio vinum tuum.* Quis est iste panis in letitia comedendus? Panis utique qui de celo descendit, qui cum letitia sacramentaliter, et spiritualiter manducandus est, ut ait praefatus Hugo. Quod vero est illud vinum cum gaudio bibendum? Hoc est vinum germinans Virgines, seu sanguis Iesu Christi, ut subdit iam laudatus Hugo. Cum ergo, o peccator, ad sacram Synaxim accedere proponis, derelictis prius peccatis tuis, veni cum gaudio: *vade ergo et comedite in letitia panem tuum.* Jamvero quale est gaudium, quo affici debent corda nostra antequam ad communicandum accedamus? Non quidem leve et inane esse debet illud gaudium; sed insolitus quidam letitia affectus et excessus, ac quidam quasi ebrietas spiritualis: *comedite, amici,* inquit Spiritus Sanctus, *et inebriamini, charissimi.* Vult quod comedamus, et quod panem Eucharisticum comedentes inebriemur, seu quod insolita quadam letitia intus repleamur. Ad epulandum et in conspectu Dei exultandum justos invitat Vates regius: *et justi epulentur et exultent in conspectu Dei, et delectentur in letitia.* De quibus autem iustis loquitur propheta, an de iis qui in celo regnant, vel de iis qui in hoc mundo militant, est aliquis dubitandi locus. Asserunt non pauci, illum loqui de iustis in coelesti gloria existentibus, in qua aeternum in conspectu Dei epulabuntur et exultabunt; praefatus Hugo haec prophetae verba allegorice exponens, ait, illum loqui de iustis in hoc mundo degentibus, quos ad Eucharisticam mensam invitatis, ut ibi sacratissimum Christi corpus cum letitia et exultatione comedant: *justi epulentur, inquit, in sumptione Eucharistica;* et exultent in conspectu Dei, *quem recipiant;* et delectentur in letitia, ita ut non tantum sit exultatio exterior in corpore, vel in voce; sed intus devotione et letitia in mente. Et revera, cum unum et idem heatorum in patria et justorum in hoc mundo sit ferculum, Christus scilicet, par etiam illis et istis extat gaudendi ratio. Et sicut gaudent beati in celo Chri-

sum videntes, ita et gaudere debent justi in hoc mundo Christum manducantes. Justi ergo in celo *epulentur et exultent in conspectu Dei et delectentur in laetitia: et justi etiam in hoc mundo, cum ad sacram communionem veniunt, epulentur et exultent in conspectu Dei et delectentur in laetitia.* Urbem Jerosolymam ad exultandum et jubilandum hortatur Zacherias propheta: *Exulta satis, inquit, filia Sion, jubila filia Jerusalem.* Ponderanda sunt duo hac verba, *exulta et jubila:* exultatio enim laetitiam quandam exteriorem, magnam tamen, denotat; jubilatio vero, ut docet sanctus Augustinus, interiorem quandam et ineffabilem laetitiam significat, et ideo interius exteriusque urbem Jerosolymam latari hortatur propheta. Exultant nonnunquam peccatores exterius et in rebus pessimis; interius vero plerunque minime jubilant, quin potius angoribus conscientiae stimulati morent; monet autem propheta, ut Jerusalem et anima sancta exterioris interiusque gaudeant: *exulta satis filia Sion, jubila filia Jerusalem.* Cur autem illam exultare et jubilare oportet? rationem subdit ipse, dicens: *ecce rex tuus veniet tibi justus et Salvator;* illam exultare et jubilare doct, qui Christus Dominus ad eam venturus est. Ecce quidem magnum exultandi et jubilandi motivum; nec minus exultare et jubilare debent quotquot ad Eucharistiam sumendam accedunt, quia ad eos venit et intra eos recipitur idem Christus, qui in urbem Jerosolymam intravit. Haud quidem venit Christus visibiliter; verum, ut ait Hugo a sancto Victore, *venit Christus invisibilis, venit occultus, venit incomprehensibilis.* Propterea, frater, *exulta et jubila,* non in commissationibus, non in prædivitum vestium nitore, non in ludis et deliciis corporalibus, sed in Christo rege et Deo tuo, qui ad te et intra te venit. Non fas similis iis, de quibus sanctus Bernardus in sermone de nativitate Christi ait: *quod non de nativitate, sed de vanitate gaudent;* non gaudeas de mundi vanitatibus; gaude quod ad te venire dignetur Christus, qui est Mariae Filius, Christus, qui est angelorum et hominum conditor, Christus, qui et ipse cum Patre et Spiritu Sancto Deus est; haec tibi maxima exultandi et jubilaudi ratio: *exulta et jubila.* De

nobilis quodam viro narrat Theodoros, quod cum sensum et judicium amisisset, quæcumque magna et pretiosa videbat, sicut esse crederet, gaudens se tot et tanta in hoc mundo possidere: cum præclara intuebatur palatia, exultabat, quasi ad ipsum attinerent: non minori afficiebatur gaudio, cum in speciosam et prædivitatem quandam civitatem intrabat; et specialiter adnotatur, quod cum in littore maris navem argento et mercibus onustam videbat, adstantibus ajebat: attendite, quam felix et dives ego sim! omnia enim haec mea sunt. Postea autem medicorum arte sanus effectus suam fatebatur stultitiam, dicens: qui me sanum fecit, magno me gudio privavit; sic enim gaudebam, ac si vere omnia illa bona possedisset. O gaudium vere immaginarium! cui quidem simile reputandum gaudium mundanorum, quod ex eorum opinione et errore imaginatione procedit: *gaudent, quia se divites arbitrantur et felices: gaudent, quoniam hec et illa bona sua credunt, cum mundi bona, non sunt sint: gaudent instar illius phreneticis: gaudium ipsorum,* inquit sanctus Augustinus, *quasi phreneticorum est; quonodo enim phreneticus gaudet in insania et plerunque ridet et plangit eum qui sanus est;* sic et illi. O fratres, non in fallacibus hujus mundi facultatibus et voluptatibus gaudendum; ibi nostra fixa sunt corda, ubi vera sunt gaudia: gaudete et exultate in hoc, quod Christus, in quo omne bonum, et qui est omne bonum, ad vos veniat; in hoc gaudendum, in hoc exultandum: *exulta satis filia Sion et jubila filia Jerusalem;* *ecce rex tuus veniet tibi justus et Salvator.* Hortatur nos propheta, ut gustemus quam suavis sit Dominus: *gustate et vidente quoniam suavis est Dominus.* Gustant et vident plerique hominum volatilis aliquam suavitatem in hujus mundi divitis et deliciis; paucissimi gustant quam suavis sit Dominus; si enim semel degustassent, quam suave sit adhaerere Deo, omnia que in mundo suavia et delectabilia habentur, vana, insulsa et amaro existimarent. Anima que aliquantulum gustavit, quam suavis sit Dominus, terrena cuncta fastidit, inquit Seraphicus Bonaventura, ac *obligiscitur omnia ex ebrietate nimia.* Et si aliquid aliud ante ipsum poratur,

*non potest ibi aliud, quam suum Dominum benignissimum intueri, et in eo summa dulcedine detectari.* O fratres, atque ad communionem accedatis, gustate quam suave sit Dominus; gustate et videte, quam suave, quam delectabilis, quam honorificum et quam utile sit habere intra se Dominum suum et Deum suum; certe qui hoc gustaverit, terrena cuncta contemnet, ac pro nihil habebit: certe qui hoc gustaverit, antequam accedit, *suspirabit* ex magno suscipiendo Christum desiderio, *suspirabit* ex ardentissimo illius amore, et *suspirabit* ex ineffabili gaudio, quo cor ejus replebitur. Qui autem sic ante communionem suspiraverit, donis spiritualibus replebitur in hoc mundo, et aeternam beatitudinem obtinebit in celo. Amen.

## CONCIO OCTAVA.

*Quomodo fiet istud? (Luc. 1, 34).*

*Dispone domui tue (Isaiæ 38, 1).*

Cum omnia nova Legis Sacraenta gratiam ex opere operato conferant, certo constat, omnes sanctissimum Eucharistie Sacramentum recipientes aliquem somper ex ejus perceptione fructum elicere, modo ex parte sui nullum obicem ponant: verum ad magnam gratiarum copiam ex mirabilis hujus Sacramenti susceptione obtinendam ex parte recipientis magna desideratur preparatio, quia pro mensura dispositionis majoris vel minoris, major vel minor gratiarum et donorum spiritualium abundantia ex communione percipitur. Omnia Sacraenta sunt uberrimi Christi Salvatoris fontes, ex quibus purissimas divinae gratiae aquas haurimus: *haurietis aquas de fontibus Salvatoris;* hanc vero sacri fontis rationem habet praeципue Eucha-

ristica, qua ut pereanis coelestium gratiarum fons ab omnibus agnoscitur; sicut autem ex omnibus qui ad aquam ex fonte hauriendam accedunt, illi plus aquae deferunt, quorum vasa sunt majora, ita ille majorem ex sanctissimi Eucharistie Sacramenti sumptione gratiarum affluentiam haurit, qui majorem ad illud recipiendum adhibet dispositionem. Varias in praecedentibus concessionibus ad sacrosanctum hoc Sacramentum recipiendum dispositiones docuimus, alia adhuc superest, quem multas includit, et quae quasi omnium dispositionum compendium habenda; nempe quod ante communionem domui et conscientiae nostrae disponere debeamus, quasi exituri essemus ex hoc mundo: *dispone domui tue.* De hac hodie disserere libet.

Cum quis ex hoc mundo exiturus est, tria ipsi obviam proponuntur, mors scilicet, judicium et paradisus: *mors*, quam bonam esse desiderat; *judicium*, quod faustum exoptat; et *paradisus*, quem obtinere ambit. Januero vana et inania fient illa hominis ex hoc mundo exituri vota, nisi domini sue disponat, ac rite se preparet; quia mors bona, judicium faustum et aeterna beatitudo non dantur, nisi iis qui ad haec se perfecte (1) disponuerint. Quotiescumque autem ad sacram Symaxim quis venire desiderat, velim ut mortem, judicium et paradisum mente revolvat, ac serio perpendat, quam debite paratus esse optaret, ut bene moreretur; quam perfecte dispositus esse vellet, ut securus ad Dei tribunal sisteretur; ac quantum ab illo requiret Deus preparationem, ut paradisi gloriam ingredi mereatur. Quae postquam æqua lance perpendatur, preparationem ad debite communicandum adhibendam pariter agnoscat; etenim ad Eucharistiam percipiendam quisque se preparare dabat 1. sicut ad mortem; 2. sicut ad judicium;

(1) Scilicet: ut nil omittant eorum, que necessario requiruntur ad obsequium in osculo Domini, in primis contritionem cordis, initium aliquod divini amoris et confessionem cum ceteris sacramentis si vires sufficiant et tempus non desit. Omnia autem prostant, quibus habeatur numerus omnibus absoluta dispositio ad mortem, hismodio infirmitas non sufficit.

3. sicut ad paradisum. Ad communionem quisque se disponere debet sicut ad mortem, quam bonam esse desiderat; sicut ad judicium, quod faustum sibi foret optat; sicut ad paradisum, quem obtinere ambit. Ecce quomodo quisque se disponere debeat ad Eucharistie receptionem: *dispone domui tuae.*

## I PARS.

*Ad communionem quisque se preparare debet  
sicut ad mortem.*

Magnum ad vitam recte instituendam principium hoc est, ut quisque quamlibet ex suis actionibus perficiat, ac si statim esset morituras; illud docuerunt omnes spirituales vita Patres, illud adamassim servaverunt multi, illudque, quantum fas est, servare deberent omnes, saltem quoad communionem, ad quam quisque se semper preparare oportet, ac si statim de hoc mundo exiturus et morituras esset. Hoc docuit nos Deus, cum agnum mysticum, sanctissimi Eucharistie Sacramenti figurativum, ab Israhelitis peregrinorum speciem gerentibus comedи voluit, dicens: *renes vestros accingetis et calceamenta habebitis in pedibus vestris, tenentes baculos in manibus.* Cur enim illi imperavit Deus, ut cinctis renibus, baculos in manibus tenentes, ac totaliter peregrinorum figuram præferentes, agnum manducarent? Hoc certe ita fieri præcepit Deus, ut hac ceremonia doceat nos, quod agnum Eucharisticum manducatur ita debeamus disponi, ac si statim eo sumpto, egridiendum nobis esset de hoc mundo et moriendum: *quicunque agnum Eucharisticum manducant, inquit sanctus Chrysostomus, ita debent esse expediti, quasi quotidie exituri de hoc mundo.* Et ut ait sanctus Eusebius, *ita accedere debes, ac si statim morituras es.* Invitatos ad nuptias locum ultimum tenere docet Christus: *cum vocatus fueris, vade, recumbe in novissimo loco.* Has nuptias mystice explicant D. Bonaventura et venerabilis Beda de nuptiis et unione, quae in Eucharistie re-

ceptione inter Christum et recipientem sunt; quotiescumque ergo ad convivium Eucharisticum quis accedit, eum in novissimo loco recumbere monet Christus: *recumbe in novissimo loco.* Videtur indifferens, quod in hoc convivio quis primum, secundum vel ultimum locum teneat; imo videtur, quod quisque primum locum ambiare deberet, ut citius Christo frueretur; cur ergo jubet Christus, ut quisquis in ultimo loco recumbat? Mysterium aperit D. Bernardinus, dicens, quod per novissimum locum mors intelligatur: *novissimus locus mors est.* Jubat ergo Christus, ut ad Eucharisticum accedentes convivium, in novissimo loco recumbamus, ac ita nos disponamus, quasi pervenissimus ad novissimum locum et quasi tunc esse morituri; *ita accedere debes, ac si statim morituras es.* O frater, si jam te in novissimo loco positum videres; si nunc tibi mortem immurari cognosceres, nonne protinus Iudis, mundi vanitatis, ac omnibus peccandi occasionibus valideres? nonne inimicis ex corde parceres? nonne inique ablata restituieres? et ut paucis multa dicam, nonne ad bene et pie moriendum te disponeres? haud dubie iuste pro viribus ad moriendum morte justorum te preparares; eodem igitur modo te preparare debes, quotiescumque ad communionem accedis; ad eam, sicut ad mortem, te disponere oportet: *ita accedere debes, ac si statim morituras es.* Filiis Israhel præcepit Deus, ut agnum paschalem non mane, vel circa meridiem, sed *ad vesperam* sacrificarent: *immolabite eum universa multitudo filiorum Israhel ad vesperam.* Matutinis horis, vel circa meridiem fieri solebant veteris Legis sacrificia; cur ergo agnum paschalem precipit Deus sibi immolari *ad vesperam?* Præclarum, nostroque proposito congruam rationem adducit sanctus Antoninus archiepiscopus florentinus, dicens, hunc agnum extitisse figuram agni Eucharistici, et ideo datum fuisse præceptum sacrificandi et manducandi agnum paschalem *ad vesperam*, ut hinc disseremus, agnum Eucharisticum tanta cum devotione esse sumendum, quanta si essemus in vita nostrae vespere, ac si statim post ejus sumptionem ex hoc exilio migrandum: *quod sumatur, inquit, agnus paschalis ad vesperam, signat, quod cum tanta de-*

*votione quisque sumere debet agnum Eucharisticum, ac si in vespero suo, id est in fine vite sua acciperet.* O christiane, si te in vite tua vespera positum videres, si de mortis tue proximitate certus essem, quanta cum preparatione et devotione sanctissimum Eucharistie Sacramentum reciperes! nonne tunc ante ejus suspicionem omnes hujus mundi curas abjeceres, ut de sola beatitudine aeterna cogitares? nonne omnem terrenorum amorem a corde tuo avelleres, ut totis affectibus ad Christum anhelares? nonne quamlibet vel minimam anima tua maculam lavare satageres, ut purus coram Deo tuo appares? nonne tandem quidquid posses sollicitudinis adhiberes, ut cor, mentem, animam, ac denique totum te ipsum praeparares ad dignum recipiendum Christum Salvatorem tuum? sic haud dubie donui et conscientia tua disponeres, si mortem tuam imminentem censeres. Eodem autem modo te preparare expedit quotiescumque sacrossanctum Eucharistia Sacramentum recipis; non enim minor cum preparatione et devotione illud recipere debes, quam si eses in vite vesperi, et si statim post ejus suspicionem ex hoc mundo exiturus: *quod sumatur agnus paschalis ad vesperam, signat, quod cum tanta de ratione quisque sumere debet agnum Eucharisticum, ac si in vespero suo, id est, in fine vite sua acciperet.* In oratione dominica a Deo non luxum, ut ait Nyssenus, non delicias, non ornamenta aurea, non lapidum fulgores, non agros, non gentium praefecturas, non pannos sericos, non musica acroma, non quidquam, quo anima a divina et potiori cura abstractur, at *panem nobis dari petimus: panem nostrum super substantialiem da nobis hodie.* Quis est ille panis, quem a Deo petimus? Respondet D. Augustinus, hunc panem non esse alium, quam Christum, qui est panis vivus, qui de celo descendit. Sicut, inquit, mendici a nobis panem petunt, ita et nos Deo panem petimus, longe tamen alium, Christum scilicet, qui est panis, qui de celo descendit: *quid a te petit mendicus? panem; et tu quid petis a Deo, nisi Christum, qui dicit: ego sum panis virius, qui de celo descendit?* Ab Augustini sententia non dissentient sanctus Cyrilus, sanctus Ambrosius et alii non-

nisi ex sanctis Patribus, qui per panem supersubstantialiem intelligent Eucharistiam, quae est panis supersubstantialis, in quo Christus continetur, qui a Zacharia vocatur *frumentum electorum.* Ecce panem quem petimus, et hunc panem non angelis, non brutis, tantum nobis hominibus dari postulamus: panem nostrum supersubstantialem da nobis. O mirabile et divinum panem, quem quidem summo affectu desiderare et petere debemus! Quousque vero jubet Deus, nos hunc panem petere? non ad mensem, vel ad annum, solum pro die presente: da nobis *hodie;* cur non pro pluribus diebus, non pro pluribus mensibus et annis, pro die dumtaxat presente precepit Deus, ut quotidianum et supersubstantialem hunc panem postulemus? Respondet Chrysologus velle Deum, ut pro unica die hunc panem petamus, quia vult, ut illum sumamus per modum viatici, quod pro unica die non autem pro pluribus, peti solet: *quotidianum et in die vult nos in Sacramento sui corporis panis viaticum postulare;* quotiescumque ergo Eucharisticum panem manducare optabimus, petamus et recipiamus illum per modum viatici. Nostis sanctissimum Eucharistie Sacramentum dari per modum viatici in gravissimis solum infirmitatibus et instanti morte; sic item sanctissimum hoc Sacramentum semper recipiendum, quasi per modum viatici, quia semper reclipiendum, quasi mors nobis imminet et quasi mox esse mus morituri. De viro vere religiosissimo, qui quotidie colobrare conserverat, narratur, quod cum gravissima laboraret infirmitate, illum in extremis positum monuit Superior, ut ita peccata sua confiteretur, ac si eadem die esset moriturus; cui infirmus elevatis prius ad coelum oculis, o Pater, gratias ago Deo meo, quia a tringita annis qualibet die peccata mea confessus sum, ac si statim post confessionem fato functurus fuisset. O virum mirabile! o utinam quisque nostrum illum perfecte imitetur! utinam singulis diebus, vel singulis hebdomadibus quisque confiteretur, ac sanctissimum Eucharistie Sacramentum reciperet, quasi statim esset moriturus! Dic, queso, o frater, cum ad mortem infirmaberis, si, dante Deo, tibi sacramentum deferatur viaticum, que erit cordis tui dispositio, cum

sacerdotem sacra pignora deferentem fidibus circumdatum ad te venientem videbis? Quantus tunc erit dolor cordi tuo, quod Deum toties offenderis, quod illi non perfecte servieris, ac tempore tibi ad illum gloriandum dato non bene usus fueris? Quantus tibi nunc inheret iniquitatum tuarum horror, quantove pudore suffunderis, quod viros sanctos hand imitassis? Quanto illa hora perfectionis et salutis tuae desiderio ardebis? Hae serio pondera et quotiescumque ad communionem accedes, eodem in corde tuo pietatis motu exita, et sic te geras ac si sacram tibi daretur viaticum et statim moriturus es. Ad communionem se etiam quisque preparare debet *sicut ad iudicium.*

## II PARS.

*Ad communionem se quisque preparare debet,  
sicut ad iudicium.*

Divus Augustinus frequentem et assiduam formidandi Dei iudicii cogitationem maxime commendat, et ut homines bene agere discant, optant solummodo, ut quisque in omnibus et singulis suis actionibus se tremendo Christi tribunal aliquando statendum recordetur: *in omnibus operibus vestris semper mementate, quod omnes stabimus ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisque prout gessit in corpore.* O quam perfecte ac omnibus numeris absolute forent omnes actiones nostræ, si nil operaretur manus, quin prius tremendi Dei iudicij rigores mens recogitasset et si quamlibet actionem ita perficeremus, ac si statim Christo iudicii illius rationem essemus redditari! O utinam omnes nostras operationes piaj hujusmodi precurrerent cogitationes! Si tamen de his in omnibus prorsus operibus cogitare pigrat, hec saltem recognitanda ante communionem; ad quam quemque ita se preparare oportet, ac si illa completa, mox Christo iudicii de ea esset rationem redditurus. Unde regius Propheta ait: *justitiam et iudicium esse preparationem*

ad Christi sedem: *justitia et iudicium preparatio serua tue.* Sedet Christus et intra nos remanet post communionem; preparatio autem ad illum debite recipieandum ut in nobis sessurus adveniat, sunt justitia et iudicium: *justitia quidem, quia antequam quis ad communionem accedat, justitia et gratia præditus esse debet; iudicium vero, quis ad sacram Synaxin ita se quisque disponere debet, ac si statim a Christo esset judicandus.* Nam hanc preparationem docuit nos D. Thomas, dicens: *adgit accusatrix cogitatio, testis conscientia et carnifex timor Domini; et sic homo dignus erit ad sumendum corpus Christi in Sacramento.* Appropinquante generali iudicio, multa illud præsignificata apparebunt signa; ut enim loquuntur sacer textus, *erunt signa in sole et luna et stellis et in terra pressura gentium.* Si autem nunc generale imminaret iudicium, si extremi illius iudicij prenunzia jam ab hominibus viderentur signa, quas, queso, o peccator, in mente revolveres cogitationes? Nonne accusatrices haberes: nonne intus te accusarent? Certe te importune accusant, ac omnia quæ a juventute perpetrasti crima tibi prohobrarent. Nunc a delictis tuis mentem avertis, nunc iniquitatum tuarum recordari renuis, nunc peccatorum enpîs oblitisci; atvero tremenda iudicij die jam impendente, eorum nequitum oblivisceris; tunc intus insurgerent cogitationes omnium, etiam minutissimorum delictorum, que toto vita tua tempore patrasti; tunc intus persentires accusatrices cogitationes; ante communionem pariter, ut sit Doctor Angelicus, ne obliviscaris criminum tuorum, verum non secus ac si extremum instaret iudicium, accusatrices in corde tuo atteende cogitationes: *adgit accusatrix cogitatio.* Jam mode, o peccator, si generale imminaret iudicium et si nunc in signum illius, terra tremeret, sol obscuraretur et luna non daret lumen suum, quæ tibi panderet conscientia tua? nonne te intus morderet? nonne adversus te testimonium daret? nonne intus diceret, vere quidem tu in hoc et illo loco, hæc et illa die, cum tali et tali persona, hæc et illa criminis perpetrasti? Cerle hæc et alia adversus te tua testificaretur conscientia; ante communionem autem adversus te in testem similiter addu-

cere cura conscientiam tuam; ante communionem fac ut contra te testimonium dicat, ut illius testimonio a te cognitis peccatis tuis, illorum te poniteat: *adgit testis conscientia.* Denique si extremum nunc instaret iudicium, nonne timore horribili conuoveretur cor tuum? Certe supra modum iratum judicem extimescere, timorque ille te ad confitenda omnia peccata, ad restituendum ablata, ad parcendum inimicis, ad omnia propria veri christiani explenda compelleret; ante communionem autem similis tibi inesse delet timor, quo ad restituendum aliena, ad injurias condonandas et ad peragenda quacumque peragores, si immineret, Dei iudicium, effaciter movearis. *Adgit carnifex timor Domini.* Ad communionem tandem te prepara, sicut ad Dei iudicium, et sic *dignus eris ad sumendum corpus Christi in Sacramento.* In Eucharistia quoddam fit iudicium, extremo Dei iudicio non totaliter absimile; in extremo enim iudicio erit Christus iudex, et in Eucharistia est Christus vivorum et mortuorum iudex; in ultimo iudicio se-debit Christus *super sedem maiestatis sue;* in Eucharistia, velut in bonitatis et justitiae throno Christus residet; in iudicio adstabant Christo angeli, et in Eucharistia indesinenter ac reverenter assistunt; in iudicio justos Christus benedic: *venite benedicti Patris mei;* et in Eucharistia gratis ac celestibus donis justos Christus afficit. In generali iudicio adversus impios durissimam Christus sententiam proferet dicens: *discelote a me maledicti in ignem eternum;* et in Eucharistia cunque indigne accedenti ait interius: *discede a me, maledicte.* In iudicio demum impios eternis suppliciis adjudicabit et in Eucharistia indigne communicantes nisi penitentiam non egerint, ad tartareos ignes projici imperat, prout ait D. Augustinus: *qui ad concivium intravit non habens vestem nuptialem, ligatis manibus et pedibus, missus est in tenebras exteriores, ubi est fletus et stridor dentium;* ecce qualam sententiam merebitur audire, qui ad concivium nuptiale, id est, ad altare Domini, aut ebriosus, aut adulter, aut odium in corde retinens presumit accedere. Ea quomodo in Eucharistia quoddam fiat iudicium extremo Dei iudicio

simile; ideo non segniter, non perfunctorie, verum summa cum diligentia et sollicitudine ad Eucharistia receptionem, sicut ad Dei iudicium nos preparare oportet. O peccator, si, cum de sanctissimo Sacramento recipiendo cogitas, angelus a Deo missus diceret tibi: statim post communionem morieris et coram Christo iudice judicandus apparebis, auditio hoc nuncio, hanc communionem negligenter faceres, sicuti soles? nonne maxima cum sollicitudine ad eam te disponeres? nonne omnia interiora tua mundare satagres, nonne tunc quo ardenter zelo et quo majori posses fervore ad sacram Synaxin te sisteres? Hoc certe peragres et recte quidem: fac igitur in qualibet communione, quod praestares, si angelus te immediate post eam iudicandum præmoneret; atque ad quamlibet communionem, sicut ad Dei iudicium te prepara. O quales et quantos fructus ex Eucharistiae sumptione perciperemus, si hoc modo ad eam recipiendam nos disponeremus; brevi profecto ex peccatoribus justi, et inter justos sanctissimi evaderemus. De Dei iudicis minime cogitant multi antequam ad Eucharistiam recipiendam accedant; neque ad eam, tamquam ad Dei iudicia se preparant; sed vel ex consuetudine, vel ut pri censeantur, absque illa fore prævia dispositione Christum sumunt; et ideo, aut parvum, aut nullum ex tanti Sacramenti perceptione emolumen perecipiant! imo et sepe Eucharistie susceptio non eis proficit ad salutem, imo in detrimentum cedit. Qui indigne communicat, *iudicium,* id est condemnationem *sibi manducat et bibit.* Cur sibi iudicium manducat? Quia de extremo Dei iudicio non curat, nec ad communionem, quasi ad tremendum Dei iudicium se preparat; si enim ad eam, veluti ad Dei iudicium, se disponeret, iudicium non sibi manducaret, at ex ea uberes gratiarum fructus eliceret. Idecirco, o frater, antequam ad communionem venias, siste te ante Christi iudicantis tribunal, seu serio cogita, an sis paratus ad subeundum Christi iudicium; perpende prudenter et animo agita, an, si Christus te iudicatura veniret, vere ei dicere posses: *paratum cor meum, Deus, paratum cor meum;* seu, paratus sum ad iudicium subeundum. Si autem te preparatum censeas ad Dei iudicium, paratus es

etiam ad communionem; maxima enim preparatio est, si ad eam te disponas, velut ad Dei iudicium et *veluti ad paradisum.*

## III PARS.

*Ad communionem se quisque preparare debet  
sicut ad paradisum.*

Et in paradiſo et in Eucharistia Christus reſidet; in paradiſo, ubi ſus praenataſ sanctos beatificat, et in Eucharistia, ubi iuſtos per abundantiorē gratia ſue communionē magis iuſtificat. Magna autem prærequiruntur diſpoſitiones, ut Christum meaſuram habere beatificantem in celo, et eaēm deſiderantur, ut illū digne recipiamus in Euchariftia: diſpoſitiones enim ad obtinendam paradiſi gloriaſ ſunt humilitas, paſitas et timor Domini; quæ etiam ad dignam Euchariftie ſuceptioñem requiruntur; quod ut aliquo ordine breveri prohetur, ab humilitate exordior. Sicut ſuperbia eſt lata ad infernum via, ita et humilitas via eſt et diſpoſitio ad obtinendum paradiſum; humiles enim, non ſuperboſ ſalvat Deus: *humiles ſpiritu ſalvabit;* non ſuperbum Deus, ſed humilem populum ſalvum facit: *quoniam tu populum humilem ſalvum facies;* non ſuperboſ et inflati, verum pauperibus ſpiritu, ſou humillibus Deus regna celorum tribuit: *beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum celorum.* Unde Christus aſſerit, quod niſi efficiamur paucil et humiles, nullus ad celum nobis patebit aditas: *niſi efficiamini ſicut pauci, non intrabit in regnum celorum.* Quod quam verum ſit, ut elarius pateat, ſuperbum Phariseum et humilem Publicanum impiciamus; quo-rum primus ſuperbia tumida dicebat: *non ſum ſicut ceteri hominum;* alter vero præ humilitate nolebat nec oculos ad colum levaro; primus autem a paradiſo excluditur et ſecundus in eo recipitur, quia, ut notaſ ſanctus Paulinus, *non poterat eo recipi lata jactantia, quo ſe humilitas angusta collegit.* Humilitas ergo eſt magna ad paradiſum aſsequendum diſpoſitio-

et eſt etiam magna diſpoſitio ad Euchariftiam digne recipiendam; Christus enim, quem in Euchariftia ſumimus, humiles ſupra modum diligit; et ſicut in humili preſepio recens natus voluit reclinari, ita et in humili pectore amat recipi; ut ergo illū digne recipiamus, ex affectu humilitatis dicendum ei cum Centurione: *Domine, non ſum dignus, ut intres ſub tectum meum;* ſeu non ſum dignus, qui te Deum meum intra meipſum recipiam. Filius prodigus patri dicere ſtatuerat: *non ſum dignus vocari filius tuus.* Christus autem in Euchariftia Pater noster, qui nos propria carne et proprio ſanguine paſci; ideo antequam ad illū recipiendum nos offeramus, quisque in ſpiritu humilitatis et animo contrito dicat ei: *Pater, non ſum dignus vocari filius tuus.* Cum Elisabeth ad ſe Mariam veniente vidit, exclamavit voce magna et dixit: *unde hoc mihi, ut veniat Mater Domini mei ad me?* Quanto magis, cum Christum ad nos veniente cerneamus, ſumma cum humilitate dicere debemus: *unde hoc mihi, ut Dominus meus et Deus meus veniat ad me?* Ante communionem attente Christi majestatem, noſtramque vilitatem conſideremus et admirantes, quod ille quem laudant angelii et dominationes adorant, ad nos vermiculos venire dignetur, dicamus humiliter: *unde hoc mihi, ut Dominus meus veniat ad me?* Ecce quomodo ad Euchariftiam, ſicut ad paradiſum nos præparare debeamus per humilitatem. Ad eam etiam, ſicut ad paradiſum nos diſponere oportet per puritatem. In celeſti ciuitate, ubi plateæ ſunt aurum mundum et omnia margaritis, lapidibusque prelioſis rutilant, nihil iniquum et inmundum recipiunt. Ibi admittuntur ſolummodo immaculati et mundi qui plene purgati ſunt, atque ut tales ab aeterno previſi ſcripti ſunt in libro vita agni: *non intrabit in eam aliq[uo]d coinq[ui]natum, aut abominationem faciens et mendacium, niſi qui ſcripti ſunt in libro vita agni.* Qui gravibus criminibus inquinantur, indigni habentur regno celeſti et ad dicuntur gehennæ; etenim ait sanctus Joannes: *timidis autem et incredulis, et exēratis, et homicidiis, et fornicatoriis, et beneficiis, et idololatriis, et omnibus mendaciis pars illorum erit in stagno ardentī igne et ſulphure.* Qui autem

venialibus solum peccatis inquinantur, cum sint justi, ius habent ad regnum; non tamen in illud intrabunt, nisi ab iis se expedierint, vel satisfaciendo in hoc mundo, vel satisfaciendo in purgatorio; quia nihil inquinatum in celum ingreditur: *non intrabit in eum aliquid coquinatum;* dispositio ergo magna ad paradisum est puritas et munditia. Et hec est etiam magna ad Eucharistiam digne percipiendam dispositio; ad angelicum enim panem manducandum venire non deceret, nisi qui angelica puritate nitantur, et sicut caro et anima, per unionem hypostaticam a divino Verbo assumpta, purissimae et sanctissimae extiterunt, ita suo modo caro et anima, que per unionem sacramentalem Christo Domino conplantur, purissime et sanctissime esse debent. Unde clamat sanctus Chrysostomus; manum, os et linguam recipientis Eucharistiam ipsis solaribus radiis debere esse puriora: *quo non oportet esse puriorum talis fruentem sacrificio;* quo solari radio non splendidiorum manum carnem hanc dicidentem? Os, quod igne spirituali repletum est linguam, que tremendo nimis sanguine rubescit? Purificate ergo corda et corpora vestra, ut vos ad digne recipiendam Eucharistiam disponatis; *cum puritate et anima sinceritate,* inquit prefatus Chrysostomus, *ad sumendum hunc cibum accede semper;* sine hac ne presumas tangam. Tandem ad Eucharistiam, sicut ad paradisum se præparare oportet *per timorem.* Quantumvis puri et sancti simus, in peccatum labi possumus et a peccato in infernum; quapropter non presumamus de salute nostra; cum timore sunt operemur: *cum metu et tremore vestra salutem operamini.* Timendum quidem, ut vitemus peccata, timendum ut non cadamus in infernum, et timendum, ut vitam æternam obtinere mereamur, quia Dei timor magna ad illam assequendam est dispositio; ut enim ait Spiritus Sanctus, *timor Domini ad vitam,* id est, juxta Glossam, *timor Domini ducit ad vitam.* Nec aliquis superest dubitandi locus, quin Dei timor ducat ad vitam, et sit maxima dispositio ad æternam vitam assequendam, cum cum qui sancto Dei timore configuratur, de beatitudine securum et jam beatum proclamet Vates regius, dicens: *beatus vir,*

*qui timet Dominum.* Dei ergo timor dispositio ad paradisum, est etiam dispositio ad Eucharistiam digne recipiendam, nec aliquis eam sumere debet, quin prius sancto timore cor ejus configuratur. Coram Christo, quo in Eucharistia alimur, angelos tremere asserit Chrysostomus: *ea res nos alimur, quam angeli videntes tremunt;* quanto magis nos, eundem Christum manducaturi, timere et trepidare debemus? Cum beate Virgini Maria futuram in ejus utero Verbi incarnationem annunciat angelus, *turbata est in sermone ejus.* Nonne videtur, quod auditio hoc nuncio gaudere debuerit Virgo, non turbari? cur ergo turbatur? *Turbata est,* inquit sanctus Petrus Chrysologus, *quia sensit in se supremum suscipi judicem;* si autem Maria, omnium creaturarum plane purissima et sanctissima turbatur et extimescit, cum ad ipsam venit Verbum æternum, ut humanam in ejus utero carnem assumat; cur non immebimus instanti communionis tempore, cum idem Verbum humana carne indutum ad nos veniat? Timeamus, fratres, Deum infinitæ majestatis et supremum judicem, qui ad nos venit, timeamus, ne aliud sit in nobis, quod illi dispiceat; timeamus autem timore efficaci, quo ad credendum, ad poniendum, ad mutantandam vitam et ad omnia quæ ad perfectam præparationem requirantur, perficienda moveamur. O Domine, configi timore tuo carnes meas, quo confixus, nunquam ad te accedam, quin prius omnibus modis mihi possibilibus me præparaverim. Atvero, o Domine, quia sine tuo auxilio vani essent omnes conatus mei, nec quomodocumque sine te ad tam augmentum et tremendum mysterium me præparare valerem, adjuva infirmitatē meā: *responde mihi, accende me, illumina et sanctifica vas tuum, de malitia evacula, impie gratia et plenum conserva, ut ad salutem animæ meæ manducem cibum carnis tue;* quatenus te manducando, vivam de te, vivam per te, perveniam ad te et repausem in te. Amen.

EXPLICIT TOMUS SEPTIMUS  
SECUNDA PARS CONCIONUM DE SANCTIS.

# INDEX

CONCIO UNICA — De Purificatione B. V. Marie	pag. 1
I PARS. — Sacrificium Christi	2
II PARS. — Sacrificium Mariae	6
III PARS. — Sacrificium Simensis	9
CONCIO UNICA — De Sancto Mathia	12
I PARS. — Sanctus Mathias ingreditur domum Christi, quam Judas apostata reliquit	14
II PARS. — Sanctus Mathias recipit favores, quos Judas prodigus dissipavit	18
III PARS. — Sanctus Mathias patitur pro Christo, quem Judas proditor persecutus est	22
CONCIO UNICA — De Sancto Thoma Aquinato	26
I PARS. — S. Thomas fuit plena scientia	28
II PARS. — S. Thomas fuit plena veritate	33
III PARS. — S. Thomas fuit plena sanctitate	37
CONCIO PRIMA — De Sancto Joseph	41
I PARS. — S. Joseph est pater, qui Iesum nutrit	43
II PARS. — S. Joseph est pater, qui Iesum protegit	47
III PARS. — S. Joseph est pater, em Iesum subditus	51
CONCIO SECUNDA — De Sancto Joseph	56
I PARS. — S. Joseph est sponsus nobilissimus	57
II PARS. — S. Joseph est sponsus sanctissimus	62
III PARS. — S. Joseph est sponsus felicissimus	67
CONCIO UNICA — De Sancto Benedicto	73
I PARS. — S. Benedictus in antro fuit prodigium penitentiae	75
II PARS. — S. Benedictus in claustris fuit prodigium sapientiae	79
III PARS. — S. Benedictus in Ecclesia fuit prodigium sanctitatis	83
CONCIO PRIMA — De Annunciatione B. Virginis Marie	87
I PARS. — Gloriosum est Maria, quod fuit Dei Mater	89
II PARS. — Gloriosum est Maria, quod voluerit esse Virgo	94
III PARS. — Gloriosum est Maria, quod simul Mater et Virgo	97
CONCIO SECUNDA — De Annunciatione B. Virginis Marie	102
I PARS. — Christus est in B. Virginis utero, ut rex in throno suo	103
II PARS. — Christus est in B. Virginis utero, ut sacerdos in templo suo	108
III PARS. — Christus est in B. Virginis utero, ut Deus in paradiſo suo	112

## Index.

401

CONCIO UNICA — De Sancto Franciso de Paula	pag. 117
I PARS. — S. Francisci virtus fuit austera sine impreudentia	118
II PARS. — S. Francisci virtus fuit clarissima sine vanitate	123
III PARS. — S. Francisci virtus fuit fervens sine inconstancia	128
CONCIO UNICA — De Sancto Marco Evangelista	133
I PARS. — Quid fecit Sanctus Marcus, ut episcopus	134
II PARS. — Quid scripsit Sanctus Marcus, ut Evangelista	140
III PARS. — Quid passus est Sanctus Marcus, ut Martyr	144
CONCIO UNICA — De Sancta Catharina Senensi	149
I PARS. — Sancta Catharina similis cum Christo habuit cor vacuum	151
II PARS. — Sancta Catharina similis cum Christo habuit cor ardens	156
III PARS. — Sancta Catharina similis cum Christo habuit cor concordatum	162
CONCIO UNICA — De Sancte Crucis inventione	167
I PARS. — Crux est brevis ad colum via	168
II PARS. — Crux est secura ad colum via	174
III PARS. — Crux est necessaria ad colum via	178
CONCIO UNICA — De Sancto Bernardino	182
I PARS. — In S. Bernardino requiebat spiritus pietatis	184
II PARS. — In S. Bernardino requiebat spiritus scientie	188
III PARS. — In S. Bernardino requiebat spiritus fortitudinis	192
CONCIO UNICA — De Ascensione Christi	197
I PARS. — Quonodo Christus in celum ascendit	198
II PARS. — Quonodo Christus in celum intret	202
III PARS. — Quonodo Christus in celo sedet	206
CONCIO UNICA — De Sancto Antonio Paduano	211
I PARS. — S. Antonius fuit Apostolus cum Apostolis	213
II PARS. — S. Antonius fuit Doctor cum Doctribus	218
III PARS. — S. Antonius fuit Propheta cum Prophetis	222
CONCIO PRIMA — De Sancto Joanne Baptista	226
I PARS. — S. Joannes fuit propheta sine voce	227
II PARS. — S. Joannes fuit penitentis sine criminis	231
III PARS. — S. Joannes fuit magnus sine vanitate	236
CONCIO SECUNDA — De Sancto Joanne Baptista	240
I PARS. — S. Joannes Baptista est homo omni alio homine major et humilitatem sectatur	241
II PARS. — S. Joannes Baptista est homo qui vocatur Angelus et penitentie adhaeret	245
III PARS. — S. Joannes Baptista est homo, qui estimatur Christus et laudat Christum	249

CONCIO UNICA — De Sancto Petro . . . . .	pag. 233
I PARS. — Petri posseitatis lacryma . . . . .	254
II PARS. — Petri, ut prælati, elevatio . . . . .	259
III PARS. — Petri Apostoli erga Christum amor . . . . .	263
CONCIO UNICA — De Sancto Paulo . . . . .	267
I PARS. — S. Paulus fuit Apostolus Christi et inter Apostolos relatissimus . . . . .	269
II PARS. — S. Paulus fuit Doctor nationum, ac inter Doctores humillimus . . . . .	273
III PARS. — S. Paulus est via electionis et inter electos Christo simillimus . . . . .	277
CONCIO PRIMA — De SS. Sacramento . . . . .	280
I PARS. — Fide firma credendum est, Christianum esse realiter in Eucharistia . . . . .	282
II PARS. — Fide generosa et triumphante credendum est, Christianum esse realiter in Eucharistia . . . . .	287
III PARS. — Fide efficaci et operante credendum est, Christianum esse realiter in Eucharistia . . . . .	293
CONCIO SECUNDA — De SS. Sacramento . . . . .	297
I PARS. — In Eucharistia admiremur beatitudini Christi excessu . . . . .	298
II PARS. — In Eucharistia admiremur sapientie Christi adven- tione . . . . .	303
III PARS. — In Eucharistia admiremur potentia Christi prodigia . . . . .	307
CONCIO TERTIA — De SS. Sacramento . . . . .	312
I PARS. — Indigna communio est infanda hypocrisia . . . . .	315
II PARS. — Indigna communio est gravis ingratitude . . . . .	317
III PARS. — Indigna communio est horrendum sacrilegium . . . . .	323
CONCIO QUARTA — De SS. Sacramento . . . . .	328
I PARS. — Ante Eucharistia receptionem peccator examinare debet conscientiam suam . . . . .	329
II PARS. — Ante Eucharistia receptionem peccator sua detestari debet peccata . . . . .	333
III PARS. — Ante Eucharistia receptionem peccator omnia peccata mortalia confiteri debet . . . . .	337
CONCIO QUINTA — De SS. Sacramento . . . . .	341
I PARS. — Antequam peccator ad sacram Communioneum accedat, destruere debet in semetipso spiritum luxurie . . . . .	343
II PARS. — Antequam peccator ad sacram Communioneum accedat, destruere debet in semetipso spiritum avaritie . . . . .	347
III PARS. — Antequam peccator ad sacram Communioneum accedat, destruere debet in semetipso spiritum vindictae . . . . .	351

CONCIO SEXTA — De SS. Sacramento . . . . .	pag. 356
I PARS. — Antequam peccator sanctissimum Eucharistie Sacra- mentum recipiat, mutari debet vere . . . . .	357
II PARS. — Antequam peccator sanctissimum Eucharistie Sacra- mentum recipiat, mutari debet totaliter . . . . .	363
III PARS. — Antequam peccator sanctissimum Eucharistie Sacra- mentum recipiat, mutari debet constanter . . . . .	366
CONCIO SEPTIMA — De SS. Sacramento . . . . .	371
I PARS. — Ante Communioneum suspirandum ex desiderio . . . . .	372
II PARS. — Ante Communioneum suspirandum ex amore . . . . .	377
III PARS. — Ante Communioneum suspirandum est ex gaudio . . . . .	382
CONCIO OCTAVA — De SS. Sacramento . . . . .	386
I PARS. — Ad Communioneum quisque se preparare debet sicut ad mortem . . . . .	388
II PARS. — Ad Communioneum se quisque preparare debet, sicut ad judicium . . . . .	392
III PARS. — Ad Communioneum se quisque preparare debet, sicut ad Paradisum . . . . .	396

UNIVERSIDAD NACIONAL DE NUEVO LEÓN  
SISTEMA NACIONAL DE BIBLIOTECAS




ANNUS APOSTOLICUS

UANL

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

®



ANNUS  
APOSTOLICUS

CONTINENS CONCIONES

I. TOTO ADVENTU — II. TEMPORE QUADRAGESIMAE  
III. OMNIBUS ET SINGULIS TOTIUS ANNI DIEBUS DOMINICIS  
IV. DE SANCTIS

PRÆDICABILES  
STILO PERSPICUO ELABORATAS  
CLARAQUE MODO CONCINNATAS

AUCTORE R. F.

Fr. ZACHARIA LASELVE

*Sacra Theologia Lectore, necnon Provinciae Recollectorum  
Sanctissimi Sacraments seu Tolonansis alumno.*

UNITIO REVRA ET ANNSTAT A P. A. SARACENO PRESB. CONSilio. GR. TAURIN.

Volumen VIII.


Pars III. Concionum de Sanctis.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

AUGUSTE TAUINORUM  
EX OFFICINA LIBRARIA ECCLESIASTICA  
EQ. LAURENTII ROMANO EDITORIS

M.DCCC.LXXXII.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA

DIRECCIÓN GENERAL DE

Tacub. — Ex Typ. V. Roza.

## CONCIONES DE SANCTIS

DE VISITATIONE SANCTÆ MARIE VIRGINIS

CONCIO UNICA.

*Exurgens Maria, abiit in montana cum festinatione in eicitatem Iuda et intravit in domum Zachariae et salutavit Elisabeth (Luc. 1).*

Verbum incarnatum, quod ab aeterno in Patris sinu quiescit, in tempore a paterno sinu quasi exiens, venit in hunc mundum: *exiit a Patre et veni in mundum* (Joan. 16, 28). Hanc Verbi incarnationem ad extra exitioinem, nomine visitationis a Deo hominibus facte nuncupat Zacharias propheta: eamque ex divina misericordia visceribus ortam esse testatur: *per viscera misericordia Dei nostri, in quibus visitavit nos orians ex alto* (Luc. 1, 78). Sicut autem in sinu Patris Filius, ita et in proprio cubiculo quiescebat Maria. Ibi divinorum contemplationis sedulo vacabat; ibi in extasi crebro rapiebatur; ibique mente, corde et corpore tota Deo adhærebat. Aliquando tamen surrexit Maria a loco orationis et a quiete contemplationis. *Exurgens Maria*. Surrexit Maria et ad cognatam Elisabetham invisandam properavit: non ex curiositate, non ex animi levitate vel ex vanitate; verum ut sacro Spiritu Sancti obtemperaret impulsu, et ut unica hac Visitacione cunctis hominibus mirabilium multarum virtutum praebere exempla; cosque modum in mutuis visitationibus servandum doceret. Contem-

LASELYN. 388. Ag. — Vol. VIII.

plenum Mariam visitantem Elisabeth et a Deipara Virgine discamus modum, quo pie et religiose mutuae visitationes fieri debeant. *Ave.*

Nihil usitatus, nihil in corrupto hoc saeculo frequentius, quam mutuae puellarum, mulierum et omnium utriusque sexus personarum visitationes, qua quidem quandoque pie et utiliter, sepe, cum maxima temporis et conscientiae jactura fiunt. Personae enim, etiam piissime, frequentibus si vident visitationibus, a solitudinis amore paulatim declinant, pietatis et devotionis fervorem nonnunquam amittunt, et, ut ait sanctus Hieronymus, per frequentiam salutandit iter in verba, tempus teritur, laserantur absentes, vita aliena describitur, et morientes inicem, consumunt ab initio (ep. ad Marc.). Damna haec ex crebris visitationibus oriri solita proba novit peritissimus vita spiritualis magister, sanctus Laurentius Justinianus, qui multorum ex frequenti visitatione ortam deplorat ruinam, dicens: *quot temporibus nostris fuerunt et sunt, qui tamquam ardentes lampades et mundi lumina lucebant coram hominibus et qui paulatim ex frequenti sacerdotalium conversatione et confabulatione repefacti, ad pristina opera sacerdotalia vite miserabiliter redierunt!* (de disc. 12). Maria autem nequaquam frequens fuit in visitationibus; semel dumtaxat in solitudine exiens, ab oratione exurgens et divino afflato Spiritu, cognitam piam et sanctam, ex charitatis motivo visitavit: *exurgens Maria, abiit in montana cum festinatione in civitatem Iudea et salutavit Elisabeth.* O quam pulchri grossus Maria! Quoniam praelata et perutilia, in hac Visitatione nobis exhibet probatissimas visitationis exempla! Ipsa namque in hac Visitatione 1. festinat et vadit ad domum Zacharia; 2. salutat Elisabeth et replet illam Spiritu Sancto; 3. Deum laudat et officia charitatis impendi. En tria, que in hac Visitatione facit Maria, quibus edocemur qualiter in mutuis visitationibus nos habere debeamus.

## I PARS.

*Maria in Visitatione sua festinat et intrat in domum Zacharie,*

1. Postquam de Spiritu Sancto concepit Maria, Christo gravida ad Elisabetham, quæ post longam sterilitatem filium utero gestabat, invisendam se contulit, non lento gradu, at festinanter, abiit in montana cum festinatione. Festinabat Virgo, atque accelerato suo progressu nunquam, ut leves feminæ assolent, modestia terminos transilivat. Festinabat illa, cuius filius festinanter in mundum venturus erat: *ecce festinus velociter veniet* (Isa. 5, 26). Festinabat Maria præ nimio gaudio, quo cor ejus in Domum exultabat: *festina præ gaudio* (Amb. in 1 Luc.). Festinabat ob Spiritum Sancti gratiam, quæ replebatur et quæ eam lente incedere non patiebatur: *nescit tarda molimina Spiritus Sancti gratia* (Ambr. ib.). Festinabat etiam, inquit Origenes, quia Christus, quem in utero gerebat, ut Joannem sanctificearet, eam ad properandum compellebat. *Jesus qui in utero ejus erat, festinabat adhuc in ventre Matris positum Joannem sanctificare* (hom. 7 in Luc.). Tandem Maria Elisabetham invisira properabat, *no extra domum diu in publico moraretur, at sanctus Ambrosius, ac etiam ut mulieres publicum fugere et per alienas domos non circumstare doceret: discite, inquit, et eos inducres, non per alienas domos circumcursare, non in plateis morari, non aliquos in publico miscere sermones. Maria enim in domo sera, festina in publico* (lib. 2 in Luc.). Qui frequentes et prolixas sectantur visitationes, homines plerumque otiosi sunt et vagi, qui nullo loco possunt consistere et secum morari. Ut enim advertit Cassianus: *accedit duo sunt genera, unum, quod ad somnam præcipitat; aliud, quod cellam deserere ac fugere cohortatur; suggerit salutationes, visitationesque (coll. 5, cap. 11).* Vague et pigrae hujusmodi personæ, quæ pla-

teas et limina exterritorum tereti solent, plerunque peccatis multis sordidantur, bonis vacua manent operibus, omnique vita spirituali sensu expertes. Sic enim de frequenti conversatione et visitatione eruditus scribens Seneca, dicit: *ego confiteor imbecillitatem meam, nunquam mores, quos exstuli, refero; aliquid semper, quod compositum, turbatur. Inimica est multorum conversatio; nemo non aliquid nobis vitium aut commendat, aut imprimit, aut allinit* (ep. 7). Cum itaque Seneca, vir sapiensissimus et moralis vita observansissimus se in conversatione semper in pejus declinasse fateatur, quid sentiendum de his qui tota die, imo multis diebus et quasi semper inadequaque vagantur ad oculos pascendos, ad tempus fallendum, ad captandos rumores et ad sensualitatem foventur? Hi certe nunquam mores, quos extulerunt, referunt; a conversatione hi semper revertantur minores gratia, minores virtute et coelestium meritorum copia; hi in gravia et multa incidere solent peccata; ideo nisi charitas ad visitationes habendas urgeat, *quilibet raro sit in publico, frequens in secreto* (S. Greg. 1. 4 in Reg.). Non imitemur desidiosos illos et pigros homines, qui majorem vita sua partem inanibus et exitiosis visitationibus insununt; sanctos imitemur, qui *hancana consortia quantum poterant, vitabant et in Deo secreto civere eligabant* (*De imit. Chr.* 1, 20). Imitemur praecipue beatissimam Virginem Mariam, quam unicam Elisabetham somel dumtaxat visitasse legitur: nec tunc diu in vicis et plateis commorari, festinante incessit: *abii in montana cum festinatione*. O viri! o mulieres! Quotiescumque visitationis causa a vestris egradiemini dominis, memento, Mariam in Visitatione sua festinasse. At memento etiam, eam non in domum aliquam scandalosam et de viti suspectam, verum in sancti Zachariae domum intrasse, in qua omnia sancta habebantur; abii in montana cum festinatione et intravit domum Zachariae.

2. Ad perfectionem et sanctitatem facile assequendam, nil efficacius, quam personis solide spiritualibus, vere piis, ac perfectioris vite studiosis consuescere. Sicut enim qui cum impio commorantur, ad omnis impietatis et nequitiae viam facile de-

clinant, ita qui cum sanctis ac singulari pietate praeditis personis conversantur, ad sanctitatis apicem facile condescendunt. Sic enim canit Psaltes regius, *cum sancto sanctus eris et cum viro innocentie innocens eris* (Ps. 17, 16). Ipsa docte experientia, quod tales fieri solemus, quales sunt cum quibus versamur. Unde, inquit sanctus Hieronymus, ad cognoscendum qualis quidam homo sit, sciendum solum, quales sint, quorum consortio se immiscet: *vis nosse hominem? Attende, quorum familiaritatis assuescat*. *Talis quisque censetur, qualis est quocum versatur* (*ad Nepot.*). Vis nosse quales hujus adolescentes: et puellæ illius mores? Vide, quo ire, ad quorum domos se conferre et quaram personarum familiaritate uti soleant; hi etenim vita et moribus tales censandi, quales sunt, cum quibus versari assuererunt: *talis eris, qualis conversario, quam sequeris* (*Plut. de Amicit.*). Quamobrem si impiorum et perversorum conversationi to dedas, impius et perversus es, ac *cum malo malus eris et cum perverso perverteris*. Et e contra, si cum personis vere piis et solide spiritualibus versaris, spiritualis et perfectus facile evades, ac *cum sancto sanctus eris et cum viro innocentie innocens eris*. Sanctorum animalium, de quibus Ezechiel, aspectus similis erat pruni ardentibus: *aspectus eorum, quasi carbonum ignis ardentium*. Sancta autem haec animalia, inquit S. Gregorius, significant viros sanctos et perfectos, qui vere sunt quasi carbones accensi. Sicut enim carbo accensus carbonem sibi contiguum incendit, ita et vir quicunque prius alterius sancti viri consortio ad pietatem plurimum accenditur: *qui sancto viro adhucet, ex ejus visionis assiduitate, usu locationis et exemplo operis accepit, ut accendatur in amorem veritatis*. Quia ergo sancti viri justa se positos quasi tangendo ad amorem patricie celestis accendant, carbones sunt (hom. 5 in 1 Ez.). Ecce verba summi ac sanctissimi Ecclesie pontificis; et ecce etiam cur Maria vadat ad domum Zachariae. Non vadit ad domum alicuius impli; pergit ad domum viri sanctitatem peregrinata conspicui; ad hanc domum vadit Virgo, et quae sanctissima erat, ibi sanctior fit; ibique ad dei

amorem magis inflammatur. O fratres, attendite, qui sint, quos invitis; itisne ad dominum Zachariae? Itisne ad dominum spiritualis et pie cuiusdam personæ, qua charitatis igne ardeat et qua corda vestra sancto amore inflammet? Hujusmodi forte invitis personas, que veneros succenduntur igne et que impuri ignis flammis in vobis accendent? O quam infelices, qui talium se personarum consortio immiscent. Ab iis, quæso, cato: ab iis declinate; ac semper pro certo habete, vos tales futuros, quales sunt hi, quibus convivitis; si cum malis versemini, mali fietis; si autem cum bonis et püs, boni et pii efficiemini. Igitur imitamini Mariam, raro ad extra eatis. Et si quandoque aliquem, vel aliquos visitare charitatis aut urbanitatis leges postulent, festinate; et Zacharium, seu personas pietate fulgentes invise. Ecco primum documentum, quod ex Mariæ visitatione quisque eliceret debet. Ad huc Maria in Visitatione sua salutavit Elisabeth et replet eam Spiritu Sancto; ex quo alterum documentum elicemus in secunda hujus concionis parte.

## II PARS.

*Maria in Visitatione sua salutat Elisabeth  
et replet eam Spiritu Sancto.*

1. Innumeris, qui superbius spiritu inflati ceteros superbiendo despiciunt, suam nonnunquam in hoc specialiter manifestant arrogantiæ, quod non alios primi salutare, verum ab iis prius salutari expectant; similes sunt Pharisæi, qui *amat salutationes in foro* (Luc. 20); similes etiam superbo Aman, qui a Mardochœo salutari ambebat et qui *cum experimento probasset, quod Mardochœus non flectaret sibi genu, nec se adoraret, iratus est valde et pro nihilo duxit in unum Mardochœum mittere manus suas* (Esther. 3). Hi ab aliis prius visitari et salutari desiderant, ac sepe irascuntur, lites movent, rixas excitant, iisque manus violentias inferunt, qui

ipsos prius salutare recusant: Maria vero, in ejus corde maxima humilitatis, non superbie regnat spiritus, ab Elisabetha prius visitari et salutari non ambit. Elisabetham quidem et omnes puras creaturem dignitate et meritis longe antecellit Maria; tanta præstat humilitate, ut Elisabetham ipsa prior invisat, priorque eam salutet: *venit Maria ad Elisabeth; nec solum venit, sed prior salutavit* (Ambr. in c. i Luc.). Visitatione causa venienti Mariae occurrit Elisabeth, ac admirans clamavit: *unde hoc mihi, ut veniat Mater Domini mei ad me?* (Luc. 1, 43). Quasi dicat: cum Maria sit Mater Salvatoris et ego solum præcursoris; cum Maria sit Mater ducis et ego militis; cum sit illa Mater Domini et ego servi, cum sit Mater solis justitiae et ego lucerne; cum sit Mater sponsi celestis et ego paranympfi; cum tandem ipsa supra ornatum modum me dignitate antecellat, haud possum non mirari, quod tam sublimis Dominæ ad dominum meam divertat, ad me venire dignetur, meque prior salutet. *Unde hoc mihi?* Vis scire, o Elisabeth, unde hoc venias? Certe a charitate et humilitate Marie. A charitate quidem, qua ita ardet cor ejus, ut eam ad te inviadanda compellat. *Quid eam ad officium charitatis festinare cogebatur, nisi charitas, quæ in ejus corde fervebat?* (S. Bon. in spec. Virg. 4). Ab humilitate quoque Marie hoc provenit; unde Eusebius Emissenus Elisabetham sic Mariæ loquenter inducit: *ego potius tre debui ad te, sed tua, tuique filii humilitas cogit te venire ad me* (ho. de Visit.). O pereximam Mariæ humilitatem, quæ tantopere præstitit, ut ipsa prior Elisabetham inviserit, eumque reverenter prior salutaverit. Quanto quisque in sæculo major, tanto et arrogantior esse solet; Maria vero, quæ non sæculi, sed coeli legibus regebatur, quanto omnibus creaturis major, tanto iüs omnibus, humilior fuit. *Cum Maria quanto major erat, humiliaret non modo se in omnibus: merito facta est novissima prima, quæ cum prima esset omnium, sese novissimum faciebat* (S. Bernar. sup. Signum magn., 11). Pereximia ejus humilitas in Annunciatione quidem maxime eluet; tunc enim Mater Dei fit et ancillam se nuncupat: tunc coeli et terræ fit Domina et hu-

mis ancilla nomen ambit, ecce *Ancilla Domini*. O magnum  
Maria humilitatem, quam admiratur S. Ambrosius, dicens:  
*vide humilitatem; ancillam se dicit Domini, quae Mater*  
*eius eligitur* (12 in Luc.). Major tamen in Visitatione,  
quam in Annunciatione, extitisse videtur Mariæ humilitas,  
quia in Visitatione haec Virgo Verbo fata et Deo plena,  
ut loquuntur S. Ambrosius, festinat ad Elisabetham, eamque prior  
reverenter salutat. Quia humilitate nil sublimis, nilque emi-  
nentius videtur. *Quid haec humilitate sublimus!* (S. Bern. ser.  
in Natio. Virg.). Miramini hanc Mariæ humilitatem, et eam  
aliquo modo imitamini. Si Maria, licet supra modum major,  
ad minorem ire ac prior illam salutare non dignatur, non  
vos pugnat visitare, salutare ac honore prævenire pauperes in-  
firmos, et alios licet vobis longe inferiores. Si Elisabetham  
prior salutavit Maria, licet hec superior, nobilior et longe di-  
gnior esset; salutate similiter non solum superiores et aequales,  
verum etiam inferiores; honore omnes prevente; hoc tenete,  
hoc in visitationibus vestris religiose servate insta Marie, qui  
sibi inferiorem Elisabetham prior salutavit. Ac etiam eam  
*Spiritu Sancto replevit.*

2. Cum adolescentes plerique Joanne, Margarite, Catha-  
rina, vel alterius coquusque mulieris domum ingrediuntur, ro-  
plent illam non spiritu Dei, sed spiritu daemonis et carnis;  
replevit eam non Spiritu Sancto, at spiritu maligno. Maria  
vero intrat in dominum Zacharie, et eundem Zachariam, Jo-  
annem, Elisabetham, ac totam dominum Spiritu Sancto replet.  
*Zachariam* quidem, qui Messiae adventum tunc ex revelatione  
cognovit, qui tunc amoris divini igne speciali modo succensus  
fuit, magnaque divine gratia incrementa perceperit: *Joannem*  
etiam, qui adveniens Maria Christo gravida, in Matris utero  
sanctificatus est: *Elisabetham* tandem, que ut auditiv. Marie  
salutationem, Spiritu Sancto repleta est: *ut auditiv. salutationem Marie, repleta est Spiritu Sancto Elisabeth* (Luc. 1).  
Certum est, Marianis verbis urbanissimis et sanctissimis Elisabe-  
tham salutasse. Que autem haec verba fuerint, non enarrant  
Evangeliste; quaecunque autem illa fuerint, tanta sane eorum

virtus, tantaque illorum efficacia extitit, ut Elisabetham Spi-  
ritu Sancto, donisque spiritualibus repleverint: *coz Marie effi-  
cax fuit et Spiritu Sancto replevit Elisabeth, ac veluti flu-  
men charismatum cognata sue emisit* (S. Greg. Thann. serm.  
2 de Anune.). Cum Elisabetham salutavit Maria, tantum verbis  
ejus vis, tantaque virtus extitit, inquit Doctor Seraphicus, ut  
ipsa loquente, Elisabetha collata sit Spiritus Sancti plenitudo:  
*vide, quanta virtus sit verbis Dominica, quia ad eorum pro-  
mulgationem confertur Spiritus Sanctus* (tract. de cito  
Christi). Area testamenti mansit in domo Obededom tribus  
mensibus et benedixit Dominus domus ejus et omnibus  
que habebat (I Paralip. 13). Haec area, ut ait Laurentius Ju-  
stiniianus, est vera et expressa Marie figura: *Maria, inquit,*  
*testamenti Area verissima, divinis manibus fabricata, auro*  
*coesiuta mundissimo, virtutum gemmis ornata, atque ex impu-  
tribiliis lignis spiritualiter facta, suavissimum in se manna*  
*continuit* (ser. de Natio. Virg.). Sic autem stante Area in  
domo Obededom, Deus benedixit domui ejus et omnibus que ha-  
bebat, ita intrante Maria in dominum Zacharie, Deus benedixit  
domui ejus; ac Zachariam, Joannem et Elisabetham Spiritu Sancto,  
donisque spiritualibus replevit: *cum venit Maria ad Elisabeth*  
*et salutavit eam, exultavit infans in gaulio et Spiritu Sancto*  
*plena Elisabeth prophetavit* (Orig. ho. 9 in Luc.). Ea omnibus  
seculis admirandam Marie Visitationem! E contra, o quam con-  
tagiosa et extitiosa multorum visitationes, qui peccatorum virus  
ubique sparant et effundunt! Maria in Visitatione sua Elisabe-  
tham et totum dominum in quam intrat, Spiritu Sancto, donisque  
caelstibus replet; multi vero domos quas visitant, obscenis  
sermonibus, detractionibus, zizanii, dissensionibus, impudicitia,  
omnique peccatorum genere replet. O execranda istorum  
visitationes! que nil aliud sunt, quam *humanæ conversationis*  
*inquinamentum* (Terti. de orat. 11). Abstinete, queso, ab iis  
visitationibus, et Marianis imitamini, que in sua Visitatione Eli-  
sabetham salutat et Spiritu Sancto replet; ecco secundum  
documentum ex Mario Visitatione elicendum. Dein Maria in  
sua Visitatione *Deum laudat et officia charitatis impendit*, ex  
quo tertium documentum eliciemus.

## III PARS.

*Maria in sua Visitatione Deum laudat et officia charitatis impedit.*

1. Est quod sanguineus lugeamus lacrymis, si serio perpendamus cerebra et gravia peccata, que in visitationibus perpetrari solent. Heu! quot ebrietates, quot fornicationes, quot incestus, quotque alia crimina, que nec nominari licet, in suis visitationibus nil boni agunt, nil boni dicunt, et ut loquitur propheta, *nemo quod bonum est loquitur* (Jerem. 8, 6); quin contra quamplurimi christiani Ethicorum more in visitationibus suis mala multa faciunt et iniquissima verba proferunt; *ibi enim ex ore christianorum, ubi corpus Christi ingreditur, luxuriosum, imo et blasphemum caritatem, quasi venenum diaboli profert* (Aug. ser. 215 de temp.); ibique verba feda, impia, blasphema et in omni genere mala audacter et imprudenter palam dicuntur. Satis constat, quod malae et inique esse soleant christianorum multorum visitationes; ac neminem latet, quod in iis non Deum laudare, at in multis eum offendere discant. Maria vero Elisabetham visitans tota in Dei laudibus occupatur, eumque non ora solum et labiis, verum et tota mente, totaque anima laudat, dicens: *magnificat anima mea Dominum* (Luc. 1). Deum laudent alii tubis, citharis, aliquo musicis instrumentis; bona quidem illa laus; cum autem precipius Dei laus ex corde et anima procedero debeat, Maria Deum corde, mente et anima laudat. Hoc illius est psalterium; hoc musicum organum, quo in Dei laudes prorumpit: *magnificat anima mea Dominum*. Vix dum Zacharias dominum ingressa est Maria, laudavit eam Elisabeth, dicens ei: *benedicta tu inter mulieres et benedictus fructus ventris tui; et unde hoc mihi, ut veniat Mater Domini mei ad me?* Laudatur Maria, et hujusmodi laudibus non inflatur; immo quo magis

laudatur, eo et ipsa Deum magis laudat et magnificat. Non imitatur Maria superbas illas mulieres, que de generis nobilitate, de corporis pulchritudine, de bonis fortune, de animi dotibus, ac aliis glorie titulis, quibus supra alios eminent, indesinenter se jactant; non est similis vanis illis mulierculis, que ab alia laudari appetunt et quo chimericas sibi perfectiones arrogant, ut aliorum laudes emendicent. Toto celo iis dissimilis Dei Genitrix laudibus ad gloriam suam prolatis vix attendit, ac dum laudatur, tota Dei laudibus decantandis incumbit, Deumque toto corde glorificat, dicens: *magnificat anima mea Dominam*. Audi, o Maria, quae ad tui laudem verba profert Elisabeth, attende, quibus te prosequeatur praeconis; adverte, quod ad tui gloriam asserat, te esse inter omnes mulieres benedictam; *benedicta tu inter mulieres*: quid ad haec respondes, o Virgo sacra? Respondeo, inquit, me ob tam singulare privilegium Deum laudare et benedicere: *magnificat anima mea Dominum*. Praterea, o Maria, ad tui laudem dicit etiam Elisabeth, benedictum esse ventri tui fractum; et *benedictus fructus ventris tui*: quid ad hoc respondes? Respondeo rursus, quod proper hoc Deum benedicam et tota anima mea glorificem; *magnificat anima mea Dominum*. Ulterius adverte, o Maria, quod Elisabeth te Dei Matrem vocet. *Unde hoc mihi, ut veniat Mater Domini mei ad me?* Quid ad hoc dicas, o Virgo preclara? Dico, quod ob tantum mihi collatum beneficium, nequaque maispam, Deum tantummodo laudem et magnificem. Uno verbo quo magis ab Elisabetha laudatur Maria, eo et ipsa Deum magis laudat, semperque respondet: *magnificat anima mea Dominum*. Quasi dicat, ut exponit Liramus, o Elisabeth, tu me magnificas, sed ego totum Deo attribuens, ipsum magnificem in huc carmine: *magnificat anima mea Dominum*. Discite, o christiani, Deum ubique; atque preecipue in visitationibus vestris laudare; nulla ibi oscena, impia, blasphemata et quoconque modo mala proferatis verba; non ibi propriis incumbatis laudibus; corde et anima Deum laudate et benedicite. Si vana et mala loquantur alii, laus Dei ab ore vestro non recedat. *Laus Dei a corde et ore christiani recedere non*

débet (S. Aug. in Psal. 54). Si verbis, vel operibus injuriam Deo alii inferant, vos illum laudare et benedicere non desinatis: *benedicite Dominum in operibus suis, date nomini ejus magnificentiam et confitemini illi* (Eccli. 39). Si alii Deum blasphemant, vos illum magnificate, ac quisque vestrum saltem corde et operibus suis dicat: *magnifica anima mea Dominum*. Mementote, quod homo christianus in quolibet ostiu, quasi in medio chori esse debeat, in quo Deum laudet, aliosque ad eum laudandum et benedicendum alicet. Quilibet christianus imitari oportet Mariam, que Elisabetham visitans Deum laudat: *ac etiam cognate sue multa charitatis officia impendit.*

2. *Charitas est ignis quidam spiritualis, qui non quiescit, immo semper movetur, et ut loquitur D. Dionysius, charitas est ignis mobilis, incessabilis et superfervidus.* Hie ignis, inquit sapientus ille vir, qui *Idiota* (1) nominatur, habet requiem sine requie, eisque requies non requies, at quedam potius inquietudo videtur. *Requies amoris inquietudo est.* Maria autem, sacro hoc igne succensa ac superfervida, a requie solitudinis egressa est, ut cognatam gravidam et vulturam inviseret, utque ei multa charitatis officia impenderat. *Intrapit Maria domum Zacharie, ut mulieri proposito ostatis Virgo juuencula ministerium sedula impenderat* (V. Bela serm. de Visit.). Adiit Maria domum Zacharie, non ut probaret, an vera essent, que de Elisabetha ab angelo audierat, verum ut ei praequantum charitatis officia offerret, atque ei ex charitate ministraret. *Non abiit,* inquit Ambrosius, *quasi incredula de oraculo, sed quasi iusta pro voto, festina pro gaudio, religiosa pro officio.* Elisabetham dignitate longe antebeat Maria; charitatis tamen igne succensa, superior ad inferiorem, Maria ad Elisabetham se.

confert, ut ei humiliter inserviat et ut ei charitatis officia impendat. *Superior venit ad inferiorem, ut inferior adjuvetur* (Ambros.). O ardenter et superfervidam Marie charitatem! Norunt omnes, Christum pre nimirum qua erga homines ardebat charitate, ad eos venisse, ut eis ministraret, ac ut eos innumeris charitatis officiis prosequeretur. *Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare* (Matt. 20, 18). In hunc mundum venit Christus, ut in omnibus ministraret; eiusque revera ministravit, cum predicavit, cacos illuminavit, mortuos soscitavit, aliaque multa eis charitatis officia praestit. Maria autem charitatis Christi imitatrix ad Zachariae domum vadit, *non ministrari, sed ministrare*, non ad percipienda, sed ad praestanda cognata obsequia; apud eam enim *mansit quasi mensibus tribus* (Luc. 1), ibique sedulo Elisabetha ministravit. O magnum Mariæ charitatem! quam admiratur sanctus Bernardus dicens: *venisse Mariam mirabatur Elisabeth, ajeas, unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me?* Sed magis miretur, quod ipsa non ministrari venerit, sed ministrare (ser. de Nativ. Virg.). Miretur, quasso, quisque hanc Marie charitatem, ac pro viribus eam imitari conetur. Scis, o frater, cognatum tuum, vicinum tuum, ac fratrem tuum christianum egere, regnare, tuoque indigere obsequio; vade ad eum, ut si facultatibus vel officiis tuis ex charitatis motivo inservas. Ne dicas, eum tibi esse inferiorem, quia quo major es, eo humilior ac pro Dei amore erga fratres obsequenter fieri debes. Audi Christum dicentem: *qui major est in vobis, fiat sicut minor, et qui processor, stet ministrator* (Luc. 22, 26). Cave ne superbie vento inferis, cave ne fratribus charitatis tue viscosa claudas; fraterne charitatis igne succensus, visita pauperes, infirmos, afflictos et alios, licet tibi inferiores; eisque pietatis et charitatis officia praesta, dicens cum Christo et Maria: *non veni ministrari, sed ministrare.* Ecce qualis fuerit Maria Visitatio; et qua documenta ex ea quisque elicere debeat. Festinavit illa in sua Visitatione; properante et vos in visitationibus vestris, nec vagantes per vias et plateas diu immoreminti. Maria in Visitatione sua adiit dominum Zacharie,

(1) Hoc nomine pre humilitate latere voluit plissimum quidam Raymundus Jordanus abbas Cellarum (Celles) in Diocesi Bituriensi (Bourges), Canonicus regularis S. Augustini, qui etiam Beati titulo decoratus, floruitque anno decimoquarto, anno 1381. Scriptis *Contemplationes de Amore divino; de Virgine Maria; de cera patientia; de continuo conflicitu cornis et anime; de innocentia perdita; de morte, aliaque pacis momenti.*

viri utique sanctissimi; adite et vos non impiorum domos, in quibus fama et salus periclitetur; pergitte ad domos eorum, apud quos virtus vestra magis perficiatur et charitas vestra magis accendatur. Maria in Visitatione sua salutavit Elisabeth sibi inferiorem, ac replevit eam Spiritu Sancto; salutate pariter non solum superiores, verum et inferiores, eosque pietatis et devotionis spiritu replete. Maria tandem in visitatione sua et Deum laudavit, et hominibus officia caritatis impedit; Deum similiiter in visitationibus vestris laudate et benedicite, ac pauperibus, infirmis et aliis quibusque caritatis officia sedulo praestate. Si autem tales sint visitationes vestras, per gratiam suam visitabit vos oriens ex alto, sisquic vos complebit benedictionibus in hoc mundo et honoriscentiore throno sublimabit vos in celo. Amen.

## DE SANTO MARTIALE

## CONCIO UNICA.

*Est puer unus hic, qui habet quinque panes (Joan. 6).*

Sanctus Martialis, cuius nunc elogium instituimus, erat puer ille habens quinque panes, quos Christus ita multiplicavit, ut ad quinque hominum millia saturanda sufficerent. Martialis quidem tunc puer erat non minus aetate, quam sancta simpliciteste, cordis sinceritate et vita innocentia. Qui autem tunc puer erat, avasis deinde homo virtute insignis, potestate sublimis, miraculis clarus, daemonibus terribilis, hominibus amabilis, angelis spectabilis, qui apostolicis concionibus, portentosis suis actionibus, neconon mirandis celestis sua conversationis exemplis, inumeros populos ab iniuritatis via avertit, a daemonis servitute liberavit, ad suave Christi jugum portandum adduxit, ac nomine et re Christianos effectit. Unde si de Martiale dicamus, quod puer fuerit: *est puer unus hic;* dicendum itidem,

quod puer hic coram Deo et hominibus Magnus sit effectus, ac ita Magnus, ut magnitudinem et perfectionem ejus nullus finis, nullusque terminus haberi videatur. De sancti Martialis natione, patentibus virtutibus, meritis, dignitate et magnitudine disserunt summi Pontifices, sancti Ecclesie Patres, sacri canones, concionatores eximii et majoris nota historici, quorum dictis cruditis et autoritate innixis, quam magnus exitterit sanctus ille vir, pro viribus propalare contendant. Ace.

Si sancti Martialis magnitudinem a patria et parentibus a spicari vellem, eum natione Hebraicum, sancti Stephani protomartyris consanguineum et nobilissimi viri Marcelli filium dicarem. Ego autem ad altiora et sublimiora orationem meam converto: utque quam Magnus in hoc mundo fuerit Martialis aliquo modo explicem, eum respectu Christi, sancti Petri et Lemovicensis provinciae inspicio; *Christi*, quem humiliter et constanter ubique secutus est; *Petri*, quem post Christi Ascensionem Antiochiae et Rome comitatus est; *Lemovicensis provinciae*, in qua portentosa multa operatus, ac tandem in Domino mortuus est. Christum secutus est Martialis, ejusque exitit discipulus et amicus; *Petrum* comitatus est Martialis, ejusdem fuit socius et coadjutor; in Lemovicensi provincia diu moratus est Martialis, ibique pontificis et apostoli munia gloriose adimplivit. Eni compendiose collectam sancti Martialis vitam; eni unde gloriam et magnitudinem ejus sumere proposui. Igitur ut de eo dicenda ordinato disponam, atque clarius manifestem, quam magnus exitterit sanctus Martialis; dico quod fuerit 1. Christi discipulus et amicus; 2. sancti Petri socius et coadjutor; 3. Lemovicensem Antistes et apostolus.

## 1 PARS.

*Sanctus Martialis fuit Christi discipulus et amicus.*

1. Christus, qui diu in hoc mundo latuerat, paucis ante passionem annis publice concionari et divine doctrinæ sue radios

spargere coepit; sisque sacris concionibus plurimos ad se attraxit discipulos, ex quibus duodecim selegit, quos apostolos vocavit, quos individuos ubique comites, quosque mirabilium operum suorum testes et orbis totius Doctores esse voluit. *Ex discipulis duodecim preciosum lateri suo Christus allegarat, destinatos nationibus magistros* (Tert. de Presc., 10). Placuit Christo duodenarius ille apostolorum numerus, qui ei adeo sacratus fuit, ut deficiente Iuda, Mathiam ad ejus locum occupandum et ad diminutum duodenarium numerum comprehendens vecaverit. Quamvis autem duodecim illos apostolos eximio selegerit, ut essent sal terra, orbis totius Doctores et Ecclesie sue fundamenta alios tamen ad ipsum venientium discipulos non abjectit. Quis contra ex his alios septuaginta duos elegit, inter quos sanctus Martialis annumeratur. Cum enim ultra mare Tiberiadis concionaretur Christus, ad eum magna cururri turba Judeorum, audire desiderantibus qua ad salutem spectant. E quorum numero reensemperat Marcellus quidam cum uxore sua Elisabetha et filio unico Martiale; qui audientes Salvatorem dicentem: *nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei*, per salubrem sacri baptismatis undam reasci voluerunt; et jubente Christo, a sancto Petro baptizati sunt. Reverentibus autem ad propria pii beatii Martialis parentibus, Christo vocanti totus adhaesit eorum filius: ac relictis omnibus, factus est discipulus Divini illius Magistri, qui terrenas opes relinquere, honores mundi contemnere, seculi voluptates fugere, temporalia cuncta fastigere et ad aeterna, toto cordis affectu suelare indesinenter pradicabat. Martialis hand est imitatus illum qui cum Christum vocantem audisset et dicentem: *sequere me*; respondit: *Dominus permitte mihi primum ire et sepelire patrem* (Luc. 9). Neque etiam est imitatus, qui Christo vocanti respondit: *sequar te, Domine, sed permitte mihi primum renunciare his, quae domini sunt* (Ibid.). His sane generosior et longe perfectior Martialis, vix Christum vocantem audivit, de reditu ad propriam non cogitavit, de terrenis quibus affluantibus parentes non curavit; confessim, relictis parentibus et allegatis terrenis

omnibus, Christo totis affectibus adhaesit, eum in magistrum et vita ducem assumptis, ac effectus unus ex septuaginta duobus illis discipulis, est associus duodecim apostolos, qui orbis totius lumina, Evangelii predicatores, aeternitatis saltores, potestatum infernalium debellatores et mundi triumphatores extiterunt. O quam gloriosum Martialis, quod assumptus sit in discipulum Magistri illius, in quo depositi sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae Dei! o quam magnus Martialis, eo quod annumeratus sit cum septuaginta duobus illis discipulis, quos in Evangelii sui ministros et in totius orbis Doctores Christus specialiter elegit! Magnus sane Martialis, tamquam Christi discipulus; et preclarior queque, *quia Christi Domini fuit specialis amicus*.

2. Omnes quidem homines dilexit Christus; longe autem maiori amore prosequuntur est illos, quos in discipulos assumptis: et inter discipulos unus fuisse videtur Christi Beniaminus et specialis amicus, Martialis scilicet, quem praeterea amavit Christus, totoque specialia amicitiae signa illi exhibuit, ut de Martiali, sicut de sancto Joanne Evangelista, dici possit, quod inerit discipulus, quem *diligebat Jesus*. Nemo autem haec sine gravi fundamento dicta arbitretur; Martialis enim Christo fuit charissimus, eique Christus multa et eximia amicitiae signa prebuit, tum quia amplam ei dedit potestatem infirmos sanandi, mortuos suscitandi, demones expellendi et alia miracula faciendo; tum etiam quia illum insigniorum operum et mysteriorum stropharum spectatorem et testem esse voluit. Nonne testis fuit Martialis peroracioni illius miraculi, quod operatus est Christus, cum quadriduanum ei fecerint Lazarum in Bethania suscitavit et e sepulchro eduxit? Nonne Martialis novissime illi Cene adiuit, in qua sub panis et vino speciebus Christus modo ineffabili apostolis se comedendum tradidit? Nonne vidit, et demiratus est Martialis altissimam et stupendam hanc humilitatem Christi pedes apostolorum lavantis? Cum vero Christus post resurrectionem suam discipulis apparet, ait: *pax vobis*; nonne ibi fuit Martialis? Ibi pariter fuit, ubi Christus cum discipulis partem pisces assi, et favum mellis comedit. Praesens denique adstitit Martialis, cum Christus clau-

sis januis ad discipulos intravit, cum vulnerum suorum cicatrices eis ostendit, et cum, elevatis manibus, coram apostolis ad celos ascendit. Ecce quomodo Martialis diligerat Christus; et ecce etiam, quam magnus et excelsus in hoc mundo fuerit sanctus Martialis. Magnus fuit, quia in Christi discipulum dilectus; major autem, quia cum Christus speciali amore prosecutus est. Hoc si magnum quidquam et expetendum putent homines, a rege duci, quam magnum et excelsum censemus quod Martialis diligatur a Christo, cum quo si omnes reges conferantur, pulvis sunt et umbra. Heu! si de nomine et qualitate servi Christi Paulus gloriabatur: *Paulus servus Iesu Christi*; quantus honor, quanta gloria sancto Martiali, quod non solum Christi servus, verum et amicus, necnon ab eo eximie dilectus fuerit? Magnus quid est peccatoribus, quod ita diliguntur a Christo, ut in conversione gratiam conferat: maius et gloriosem est justis, quod ita a Christo amentur, ut gratia sanctificante animas eorum exornet: maius adhuc omnibus Christi discipulis, quod non solum gratia sanctificante, verum et pluribus aliis donis coelestibus eos ditaverit. Quid tamen maximum et glorioissimum fuit beato Martialis, quod Christus cum ita dilexerit, ut non solum gratia sanctificante et donis coelestibus eum cunctaverit, verum et illum praecipuorum miraculorum et mysteriorum suorum spectatorem et testem adesse voleret. Hoc sane maximum; hoc glorioissimum sancto Martiali. Dux autem sanctus Martialis hic in terris gloriosus apparet tamquam Christi Salvatoris discipulus et amicus, magnus etiam dicendus, *ex quod sancti Petri apostoli socius et adjutor fuerit.*

## II PARS.

*Sanctus Martialis fuit sancti Petri socius et adjutor.*

I. Antequam ex hoc mundo exiret Christus, vix ab eo discedebat Martialis; post Christi Ascensionem beato Petro apo-

stolorum principi, adhuc sanctus ille discipulus; ac cum eo Jerosolymis quinqueannio, Antiochiae septennio et Romae uno circiter anno remansit. Unde, qui ante Christi in terris viventis, fuerat discipulus, postmodum divi Petri socius et individuus comes extitit. Norunt omnes, quod Magnus et ad magna vocatus fuerit sanctus Petrus: *magnus quidem erat*, cum apostolorum primus, Christi in terris Vicarius, colli clavicularius, Ecclesiae totius caput, totiusque orbis in re spirituali rex et supremus moderator: *ad magna etiam vocatus erat*, cum a Christi delegatus fuerit et institutus, ut adversus idolorum cultores decerparet, diaboli regnum destrueret, totumque mundum predicationibus Evangelicis, laboribus multis, miraculis et portentosis suis operibus ad Christi fidem converteret. Martialis autem, tanti et tam admirabilis viri socius, mirandorumque eius operum spectator et testis fuit. Cum enim post Christi Ascensionem, congregatis simul apostolis, Petrus, ut supremus Ecclesiae Pastor, palam loqueretur, illicet in locum Iudea, qui ab apostolatu disciverat, alium eligere proposuit, praesens aderat Martialis. Cum post acceptum Spiritum Sanctum, Iudeus Christum crucifixum predicavit Petrus et plurima hominum milia ad Christi fidem convertit, hoc vidit sanctus Martialis. Cum Petrus daemones ab hominum corporibus expellebat, agrotos quoque sanabat, aliaque multa miracilla passim peragebat: hoc intuebatur et admirabatur Martialis. Cum, transiente Petro, obvii quique sanabantur infirmi, modo vel eorum unicus ab oculis umbra tangoretur: hoc vidit Martialis. Vidi et Petrum Martialis, cum Ananias et uxor eius, coram illo occubuerint. Vidi et auditum illum, cum paralyticus dixit: *in nomine IESU surge et ambula*: ac etiam cum Tabitam mulierem, deoq; deuotam a mortuis suscitavit. Hec et alia innumera portentosa vidit sanctus discipulus, dum Petrum pradicantem et pro hominum salute laborantem comitatus est, in provinciis Ponti, Galatia, Cappadocie, Asia, Bythinie et aliis quas toto post Christi Ascensionem quinqueannio sanctus apostolus peragravit. Tandem Martialis simul cum Petro Antiochiam venit, ubi summus ille Ecclesiae Præsul sedem suam

pontificalem posuit: ibique toto septennio supra Ecclesie sedes remansit, donec scilicet Petrus speciali Spiritus Sancti revelatione illustratus, Romanum venit, ut ibi supremam Ecclesie sedem statueret. Tunc quoque Martialem voluit habere sicutum ac testem certaminum, que adversus imperatores init, laborum quos ad extirpandam idolatriam suscepit et mirabilium omnium que perfecit, ut Christi fidem et christianam religionem ibi dissemifararet, ibique stabiliret, ubi omnis regnabat iniqüitas et ubi idolatrias triumphabat. O quam felix Martialis, quod supremas Ecclesias principis eum tanto tempore in sicutum individuum assumpserit! O quam felices sancti Martialis oculi, qui tot et tam miracula, que Petrus toto duodecim annorum curriculo operatus est, videre meruerunt! O quam praeclarum Martialem quisque censebit, eo quod individuum exiterit comes illius, qui primam totius mundi sedem primus post Christum occuparit et qui claves regni colorum a Christo accipere meruit! Magnus sane Martialis, quoniam Petri dum socius fuit; major adhuc, *qua Petri fuit et adjutor.*

2. Sicut Christus, qui omnes amabat apostolos, Petrum tamen, Joannem et Iacobum secum assumpsi et testes habere voluit, cum transfiguratus et insigniora alii miracula operatus est, ita sanctus Petrus, qui omnes hanc dubie discipulos diligebat, ex his aliquos in socios sibi elegit, Apollinarem scilicet, Marcum Evangelistam, Rufum et Martinem nostrum, quos omnes assumpit comites simul et adjutores. Erant hi sancti Petri comites, non solum ut portentosus ejus opera demirarentur, verum et ut eum ad portandum Ecclesie molem et ad gloriose adimplendum summi pontificis ministerium adjuvarent. Unde cum magna operaretur ille, magna et illi operabantur: cum jejuniis, vigiliis, predictionibus et miraculis fidem Christi ille adstruxeret, hoc idem imitabantur illi, hac tamen differentiatione, quod Petrus veluti supremus Ecclesie moderator et presul, qui in spiritualibus nullum supra se propter Christum agnoscebat: illi vero ad Petri nutum moverentur, illaque facerent que Petrus jubebat et ab illis fieri constituebat. Sicut enim angeli in celo sunt ministri Domini facientes verbum ejus, ita Marcus, Apol-

linaris, Rufas et Martialis erant ministri a S. Petro specialiter assumpti ad ministerium apostolicum digne adimplendum, ipsique et fideliter obtemperabant, cumque ad christianam religionem stabilendam et propagandam adjuvabant. Mihi videre video Martialem collaborantem fidei Evangelii, cum Petro per varias orbis regiones discurrentem, modo Judeos, modo Gentiles convertentes, ac ubique cum illo miracula multa operantem. Mirandorum operum, qua perficiebat Petrus, non solum spectator Martialis erat et adjutor, cooperator et quasi commilito; cum ipso ardua pro Dei gloria suscipiens, dura multa perferens, et hominum saluti summe zelo, multisque curis et laboribus invigilans. O quam gloriosum sancto Martiali, quod Petro in adjutorium assumpsus fuerit! Sicut enim turpe, indecorum et exitiosum quod quis cum malis et infimis plebis hominibus societatem ineat, ita utilissimum et gloriissimum fuit sancto Martiali, quod Petri apostolorum principis pluribus annis socius et adjutor exiterit. Magnus ergo sanctus Martialis et tamquam Petri socius, et tamquam ejus adjutor. Ut autem magis pateat, quam magnus in hoc saeculo fuerit sanctus Martialis, consideremus eum respectu Lemovicensem, quorum episcopus fuit et apostolus.

## III PARS.

*Sanctus Martialis fuit Lemovicensem episcopus et apostolus.*

1. Postquam cathedram suam pontificalem Rome erexit, stabilivit et fixit sanctus Petrus, divina inspiratione concitatus Martialem ad convertendas Aquitanas gentes misit et delegavit. Cui humiliter obtemperans sanctus ille discipulus, tam arduum opus generose suscepit et itineri protinus se commisit. Dumque versus civitatem Lemovicum sibi a sancto Petro specialiter

commendatam pergeret, Tudela (1) transit, ubi munifissimum prominebat castellum, Romanorum imperio subditum, cui Nerva princeps, Neronis imperatoris consanguineus, praeerat et pro Romanis dominabatur. Ibi sanctum Christi Evangelium primo predicavit Marialis: ibi Arnulphi viri predivitis, apud quem diversatus est, filiam a daemonio liberavit: ibique unicum Nerve filium a diabolo suffocatum vite restituit, nec non ter mille sexcentos homines ad Christum convertit et sacri baptismatis unda abluit. O quam feliciter idolorum tempa dirat, Ecclesiæ Deo ubique Tudela nostra, quod omnium Aquitanie, imo, ut sentiunt nonnulli, totius Gallie urbium *primo* Evangelii Christi predicatores audierit: *prima* a Christi discipulis perpetrata miracula viderit: *prima* christiana religioni nomen dederit. Tudela Agedunum, vulgo *Agen*, perrexit Marialis, ubi ejus opera idolorum sacerdotes nonnulli et utriusque sexus homines bis mille sexcenti baptizati et christianam religionem amplexi sunt. Ageduno ad populosam et famosam civitatem Lemovicenam se contulit, ubi pontificalem sedem suam fixit et viginti octo annis pontifica munia gloriosissime et felicissime obivit. Hic vere fuit pontifax sanctus, innocens, impollitus, qui totus de gregi sollicitus non requiem amavit, sed labore: non terrenas opes, sed Christi animas quiescivit, ut eas a tartari faecibus eriperet et ad coeleste regnum perdiceret. Non fuit hic ex pastoribus illis, qui verbis iniquis et pravis suis exemplis oves ducent in præceps et infernalibus lupis vorandas tradidit: fuit Pastor vigilans, qui diu noctuque gregem visitavit, colesti cibo pavit, a tartarorum luporum rabie defendit, supra modum multiplicavit et ad coeleste regnum ducere conatus est. Gaudieant Lemovicenses et in aeternum gloriarentur, quod tantum pontificem omni virtutum genere

(1) Hoc nequine geographi recente tantummodo exigua urbem Cataham in provincia Navarre: auctor tamen videtur legui de urbe Tolosa, que quidem sub Romane imperatoribus ursi fuit munissima et caput provincie Aquitanie; ibique merito creditur fuisse sedem Nerva, antequam imperium obtineret.

ornatum et omnibus numeris absolutum habuerint. Marialis autem non solum Lemovicenium episcopus, fuit etiam totius Aquitanie apostolus.

2. Marialis quidem apostolus fuit ad Aquitanorum conversionem missus. Etsi namque sedem episcopalem Lemovici statuisset, Tolosates tamen, Burdigalenses, Cadurcenses, Mimatenses, Pictavienses, aliasque finitimas regiones interdum adivit, sanctisque verbis et exemplis instituit: totque miracula ubique operatus est ac tanta virtute ubique predicavit, ut populi ipsum videntes et audientes, in admirationem rapti, turmatim ad Christi fidem converterentur. Apostolos suos Christus misit veluti oves inter lupos: *ecce ego mitto vos, sicut oves in medio luporum* (Matt. 10). O mirandum certandi genus, quod ad triumphandum de rapacibus lupis oves inermes mittantur! Mirandum quidem; simul vero efficax et gloriosum: apostoli enim veluti oves inermes adversus Iudeos, Gentiles, Haereticos et alios hujusmodi lupos strenue decertarunt, de illis triumpharunt, ac lupos illos in oves, seu in christianos convertierunt. Quod autem perfidere neverunt Christi apostoli, hoc et fecit Marialis Aquitanie apostolus: ille enim a sancto Petro in Aquitanum missus, tamquam agnus in medio luporum se contulit. Qui autem agnus erat mansuetudine et vita innocentia, jejuniis, vigilis, praedicationibus, miraculis et virtute divina lupos in agnos, seu omnes fere totus Aquitanie idololatras in christianos convertit. Ipso tempore, quo sanctus ille apostolus civitatem Lemovicenam primum ingressus est, phreneticum catenis constrictum facto crucis signo pristine sanitati restituit: quo viso, nobilissima matrona Susanna, a quo hospitio susceptus fuerat, simul cum filia ejus Valeria et aliis sexcentis baptizata est. Pancis ab hiis diebus, vinclis plurimos Marialis a carcere liberavit et aliquos idolorum sacerdotes facti functos palam a mortuis suscitavit: quod cum vidissent et admirati essent populi, ad apostolum suum eacurserunt, ut illam in vita ducem sumerent, et tunc ex iis vigintiduus milia promiscui sexus baptizavit. Non multo post Stephanum, totius Aquitanie dux, simul cum toto ejus exercitu quindecim militum millibus copioso, ad christianam fidem

conversus et baptizatus est. Ac tandem idem dux ad eas omnes Galliarum gentes, que ditionis sua erant, nuncios misit, qui nomine suo omnia idola minutatim confringere et soli Deo serviro populis praecepissent. O mirandum apostolum, qui totam Aquitaniam non ferro, sed Dei verbo; non militaris armis, at lejunitis, orationibus et miraculis ad Christi fidem convertit! Non facile explicari potest, quot et quanta, pro Christi fide propaganda, certamina inierit sanctus apostolus: ubique enim illi fuere pugnae, ubique terrores. Attamen vir Dei, baculo, quem a sancto Petro accepérat, ac speciali Dei auxilio armatus, fortis semper et triumphans fuit in bello, fortis adversus mortem, quoniam tactu huius baculi mortuos suscitavit; fortis adversus ignem, quoniam magna mirabiliter extinxit incendia; fortis contra daemones, quia eos ab hominum corporibus expulit; fortis adversus principes, quorum superbiam fragit et colla suavi Christi iugo subjecit. Fortis fuit contra idolorum sacerdotes, quos exarmavit, dejectit, a vana superstitione revocavit et ad Christi ovile vocavit; fortis tandem contra idolatriam, quam in tota Aquitania extirpavit. Miramini nunc sanctum Martialem, qui cum puer esset, quinque panes Christo oblitus: *est paer hic habens quinque panes.* Obstupecite, videntes, quod puer ille factus sit homo magnus coram Deo et hominibus: ac ita magnus, ut Christi discipulus et amicus, Petri socius et adjutor, Lemovicensium episcopus et apostolus evaserit. O quantum extitit hic sanctus Martialis! Non sufficit autem, quod illius magnitudinem agnoscamus et admiremur: debemus insuper tantum virum pro viribus imitari. Narrat serum Evangelium, quod accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes: *quis putas major est in regno colorum?* Et adocans Jesus parvulum, statuit eum in medio eorum et dixit: *amen dico vobis: nisi conversi fueritis et efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum colorum* (Matt. 18). Parvulus ille, quem Christus in medio discipulorum statuit, ipse sanctus Martialis fuisse fertur, ut ait Lyranus. Hunc eundem puerum nunc in medio vestrum statuo, ac dico vobis: nisi a virtutis vestris pessimis convertamini et efficiamini sicut parvulus

Ille, non intrabis in regnum colorum. Non dico: nisi miracula et opera portentosa peragatis, sicut Martialis, non intrabis in regnum colorum: id unum dico: nisi conversi fueritis et nisi voluntati Dei obtemperatis, sicut Martialis, non intrabis in regnum colorum. Convertimini ergo ad Deum in toto corde vestro; ac siue Martialis obtinuit regnum colorum, non quia mortuos suscitavit et alia miracula est operatus; verum quia Dei voluntati obtemperavit et quia perficit omnia, que Deus ab eo fieri jussaret, ita et vos Dei mandatis obtemperare eaque omnia perficite, que Deus a vobis fieri vult. Haec si faciatis, in regnum colorum intrabis et in eo cum sancto Martiale aeternum regnabitis. Amen.

### DE SANCTO BONAVENTURA

#### CONCIO UNICA.

*In adiunctionibus tuis exercebor (Ps. 76, 13).*

Quemadmodum sanctissimus propheta Isajas in extasi raptus duos in celo vidit Seraphim, quorum unus dumtaxat ad ipsum volavit: *volacit ad me unus de Seraphim* (Isa. 6), ita duos nunc mente et spiritu in celo intusor Seraphim, Seraphicum scilicet Patrem sanctum Franciscum et Seraphicum Doctorem sanctum Bonaventuram; quorum cuilibet peregrinatio quidem debentur praeconia, ac eorum jam unus solus ad me volat, nempe Seraphicus Bonaventura, cuius elegia contexere et panegyricum sermonem conficeret, mei nunc est oneris et instituti. Verum quidem, quod Seraphim illius tanta fuerit scientia, tantus amor, tanta laudum materia, ut omnes homines quantumvis eruditii et facundi in eo laudando deficerent. Unde de eo dici posset, quod de S. Basilio Nazianzenus; nempe quod *si omnes eum laudemus, ejus tamen meritis inferiores cuncti apparebitus.* Velut qui solem aspiciunt, quamvis unus alio

conversus et baptizatus est. Ac tandem idem dux ad eas omnes Galliarum gentes, que ditionis sua erant, nuncios misit, qui nomine suo omnia idola minutatim confringere et soli Deo serviro populis praecepissent. O mirandum apostolum, qui totam Aquitaniam non ferro, sed Dei verbo; non militaris armis, at lejunitis, orationibus et miraculis ad Christi fidem convertit! Non facile explicari potest, quot et quanta, pro Christi fide propaganda, certamina inierit sanctus apostolus: ubique enim illi fuere pugnae, ubique terrores. Attamen vir Dei, baculo, quem a sancto Petro accepérat, ac speciali Dei auxilio armatus, fortis semper et triumphans fuit in bello, fortis adversus mortem, quoniam tactu huius baculi mortuos suscitavit; fortis adversus ignem, quoniam magna mirabiliter extinxit incendia; fortis contra daemones, quia eos ab hominum corporibus expulit; fortis adversus principes, quorum superbiam fragit et colla suavi Christi iugo subjecit. Fortis fuit contra idolorum sacerdotes, quos exarmavit, dejectit, a vana superstitione revocavit et ad Christi ovile vocavit; fortis tandem contra idolatriam, quam in tota Aquitania extirpavit. Miramini nunc sanctum Martialem, qui cum puer esset, quinque panes Christo oblitus: *est paer hic habens quinque panes.* Obstupecite, videntes, quod puer ille factus sit homo magnus coram Deo et hominibus: ac ita magnus, ut Christi discipulus et amicus, Petri socius et adjutor, Lemovicensium episcopus et apostolus evaserit. O quantum extitit hic sanctus Martialis! Non sufficit autem, quod illius magnitudinem agnoscamus et admiremur: debemus insuper tantum virum pro viribus imitari. Narrat serum Evangelium, quod accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes: *quis putas major est in regno colorum?* Et adocens Jesus parvulum, statuit eum in medio eorum et dixit: *amen dico vobis: nisi conversi fueritis et efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum colorum* (Matt. 18). Parvulus ille, quem Christus in medio discipulorum statuit, ipse sanctus Martialis fuisse fertur, ut ait Lyranus. Hunc eundem puerum nunc in medio vestrum statuo, ac dico vobis: nisi a virtutis vestris pessimis convertamini et efficiamini sicut parvulus

Ille, non intrabis in regnum colorum. Non dico: nisi miracula et opera portentosa peragatis, sicut Martialis, non intrabis in regnum colorum: id unum dico: nisi conversi fueritis et nisi voluntati Dei obtemperatis, sicut Martialis, non intrabis in regnum colorum. Convertimini ergo ad Deum in toto corde vestro; ac siue Martialis obtinuit regnum colorum, non quia mortuos suscitavit et alia miracula est operatus; verum quia Dei voluntati obtemperavit et quia perfecit omnia, que Deus ab eo fieri jussaret, ita et vos Dei mandatis obtemperare eaque omnia perficite, que Deus a vobis fieri vult. Haec si faciatis, in regnum colorum intrabis et in eo cum sancto Martiale aeternum regnabitis. Amen.

## DE SANCTO BONAVENTURA

### CONCIO UNICA.

*In adiunctionibus tuis exercebor (Ps. 76, 13).*

Quemadmodum sanctissimus propheta Isajas in extasi raptus duos in celo vidit Seraphim, quorum unus dumtaxat ad ipsum volavit: *volacit ad me unus de Seraphim* (Isa. 6), ita duos nunc mente et spiritu in celo intusor Seraphim, Seraphicum scilicet Patrem sanctum Franciscum et Seraphicum Doctorem sanctum Bonaventuram; quorum cuilibet peregrinatio quidem debentur praeconia, ac eorum jam unus solus ad me volat, nempe Seraphicus Bonaventura, cuius elegia contexere et panegyricum sermonem conficerem, mei nunc est oneris et instituti. Verum quidem, quod Seraphim illius tanta fuerit scientia, tantus amor, tanta laudum materia, ut omnes homines quantumvis eruditii et facundi in eo laudando deficerent. Unde de eo dici posset, quod de S. Basilio Nazianzenus; nempe quod *si omnes eum laudemus, ejus tamen meritis inferiores cuncti apparebitus.* Velut qui solem aspiciunt, quamvis unus alio

*plus minusve, omnes tamen videro deficiant.* Non ideo tamen ab ejus abstine laudibus; divino fretus auxilio, pro viribus mirabiles et sanctas, quibus usus est, inventiones enarrabo: *in adinventionibus tuis exercebor. Ave.*

Deus, qui in essentia sua summo simplex est, homines corde simplices, plurimum diligit. Et ideo Apostolos, quos amicos vocat, ad columbinam simplicitatem sectandamhortatur: *estote simplices sicut columbae* (Mat. 10). Ideo etiam declarat, quod non cum viris prudeatibus seculi, verum quod cum viris simplicibus iucunde versetur et loquatur: *cum simplicibus sermocinatio ejus* (Prov. 3). Licet autem erga homines sancta simplicitate florentes magno Deus feratur affectu, sanctissimus tamen Isajas propheta de homine justo asserit, quod *fructum adinventionum suarum comedet* (Isa. 3). Quae, queso, adinventiones illae, quarum fructum comedunt justi? Anno homines simplices et justi aliquas adinventiones habent? habent utique, suntque simul et simplices, et sanctissima arte prediti ad inventendum novos perfecte vivendi, Deoque placenti modos. Nonne sanctissimus Galliae rex Ludovicus, praeclera adinventione, eadem manu modo crucem, modo ensen pro Dei gloria gestabat? Nonne simili inventione sancta Elisabetha nunc in xenodochiis pauperes et infirmos invisebat, ut eis subveniret; et nunc in palatio, que status sui erant perfeccissime adimplerat, ut spenso suo placaret? Nonne plures viri sancti, miranda inventione, austera in seipsis ponitentiam simul cum magna vite et morum innocentia coniunxerunt? Nonne ali multi eadem inventione hic in terris cum aliis hominibus commorari, et itidem cum angelis in celo mente et spiritu versari neverunt? Aliae plurimae sanctorum in hoc seculo viventium extiterunt inventiones; et sicut Vates regius solis Dei adinventionibus scripturis se exercebat: *in adinventionibus tuis exercebor*, ita et solis sancti Bonaventurae inventionibus explicandi jam incumbere contendam, atque dicam, quod Seraphicus ille Doctor mirabilis adinventione in semetipsa simul coniunxerit 1. scientiam cum amore; 2. magnitudinem cum humilitate; 3. vitam activam cum contemplatione. En tres mira-

biles Seraphici Bonaventurae inventiones, quibus explicandis tota hac concione exercebor. *In adinventionibus tuis exercebor.*

## I PARS.

*S. Bonaventura in se simul scientiam cum amore conjunxit.*

1. Qualis et quanta exenterit sancti Bonaventurae scientia, non ront universitates in quibus floruit; Ordo Franciscanus, quem doctrinæ sue radiis illustravit; summi Pontifices, qui cum Seraphici Doctoris titulo insignierunt; totusque fere terrarum orbis, in quo ita scientia sua coruscavit, ut de eo dici possit quod de Basilio dixit Nazianzenus, quod scilicet ipse fuerit *orbis lumen et doctrinae palatum* (ep. 10). Sanctus quidem Bonaventura fuit *orbis lumen*, cum clericis et laicis, regularibus et secularibus, grecis et latini, toti Ecclesie, imo et universo orbi, humilitatis, mansuetudinis, charitatis ac fulgentissimis omnium virtutum radiis mirum in medium illuxerit. Fuit etiam *doctrinae palatum*, quia in eo omnis scientia, sive speculativa, sive moralis, veluti in paradyso suo residebat. Non minus enim quam trecenta opera, vel opuscula composita, in quibus de innumeris rebus, atque ita dicam, de omni scibili ad philosophorum, theologorum, concionatorum et omnium hominum utilitatem stylo suavi et clarissimo pertractati. Nec autemandum, quod materias perfactoria solum pervolutet divus Bonaventura; altera enim cuiuslibet scientie mysteria seruat et penetrat, ac ut ait Abbas Trithemius, *Bonaventura scripsit alta et profunda (de scriptor. Eccles.)*: neque censendum, quod inutilis docuerit et scriptis mandarit; nam, ut asserit prefatus Abbas, *Bonaventura omnes sui temporis Doctores utilitate operum facile antecellit*. Nec credendum, doctrinam ejus subtilitate, claritate et suavitate carere; ut enim loquitur Joannes Gerson, *doctrina sancti Bonaventurae nulla sublimior, nulla divinior, nulla suavior, nulla salubrior* (lib. de exam. doctr.). Quod autem in sancti Bonaventurae doctrina

majori dignum videtur admiratione, est ejus stylus qui ubique flammis spirat; plus enim corde quam ore loquitur, omniaque et singula ejus verba quasi quedam scintillæ legentum corda ad Dei amorem accendent. Unde de eo, sicut de Elia, dici potest, quod *verba ejus sicut facula ardebant* (Ecli. 48). Hanc divi Bonaventura doctrinam ita utilem et sublimem censebat Joannes Gerson, ut licet ipse omnium scientiarum studio vacans insennerit; licet ipse altiores scientias magno planu doceret, seipsum tamen arguat, quod in aliorum authorum libris perlegendis tempus insumperit, quodque operibus divi Bonaventura legendis, volvendis, studendis, imo et transcribendis non totaliter inebuerit, utpote quia haec sola plus quam sufficiant, et in his solis reperiatur scientia, qua nulla utilior, nulla subminor, nulla fecundior. *Dixi necum, inquit, sufficit haec doctrina, ut quid stulta labore consumeris? Quid dictas?* Quid scribis? Multiplicantur potius et transcribantur opera Doctoris istius. O mirandam Seraphici Bonaventurae scientiam! Quae inde etiam patet mirabilior, quod non tam labore improbo comparata, quam a Christo eruci affixa ei fuerit infusa. Sicut enim sancti in celo omnia vident in Verbo, ita Bonaventura omnia legebat et disciebat in crucifixo; hic erat liber, a quo totam suam scientiam eliciebat. Et ideo querenti dico Thomæ, unde tantam hauriret sapientiam, crucifixum ostendit Vir ille Seraphicus, dicens: mea doctrina non est mea, sed ejus; *en librum unde omnia excorro, que lego in cathedris, aut in libris scribo.* Maximo inter se amicitiæ foderæ devinciebantur sanctus Aquinas et sanctus Bonaventura. Ambo simul magistrum habuero Alexandrum Alensem; ambo Doctoratus laurea in Facultate Parisiensi eodem tempore fuere insigniti; ambo simul theologiam et philosophiam in eadem universitate docnere; ambo quamplurimos libros ad doctrinam et ad pietatem spectantes composuerunt; ambo Ecclesiasticas dignitates acceptare recusarunt; ambo ad Lugdunense concilium vocati sunt; ambo tandem status religiosi protectores, universitatim lumina et Ecclesie catholice quasi tutelares angelii extiterunt. Eorum autem quilibet alterius scientiam mirabatur; et divus Thomas

percipere nequibat, unde hauriret Bonaventura sublimes et divinos illos conceptus, nec non mirandam hanc scientiam, quam in libris, in Accademis et in concionibus suis effundebat. Propterea ab eo petiti Thomas, quibus ex libris tam altam, tam profundam, tam utilem, tamque ardenter eliceret scientiam. Cui Bonaventura, Christi crucifixi ostendens imaginem, coram qua preces fundere solebat, humiliter respondit: *en librum unde omnia excorro, que lego in cathedris, aut in libris scribo.* O quam divinus ille liber! O quam felix discipulus, qui in hoc libro mirabilia multa didicit! O quam miranda hujus discipli, simul et Doctoris scientia! Toam, o Bonaventura, admiror doctrinam. Tamen quod in te mihi mirabilius videtur, hoc est, *quod scientiam in temetipso simul cum amore coniungeris.*

2. Licet scientia sit amoris principium, quia voluntas non fertur in incognitum, nec amare potest quod non novit; experientia tamen constat, quod plerumque viri doctiores non sunt in Dei amore ferventes; quin contra, quo sunt doctiores, eo sepo in Dei amore tepidiores evadunt. At sicut Seraphim in celo quo perfectius Dei majestatem norunt, eo ardenter ejus amore accendentur; sicut in illis scientia et amor indissolubili uniuersiter foderæ, sic Bonaventura, quasi alter Seraphim, mirabilis adinventione scientiam simul cum amore in seipso ita copulavit, ut aequaliter in scientia et in amore proficeret. Quantum sciebat, tantum amabat; legendo, scribendo, studendo, scientiam simul et amorem sibi comparabat. Unde etum non solum Cherubim ratione scientie, verum etiam Seraphim ratione amoris vocat Joannes Gerson: *Bonaventura, inquit, verissimo nomine Seraphinus simul et Cherubinus* (Ep. in laudem Bonaventurae). Cherubinus erat et Seraphinus, quia in semetipso scientiam Cherubim et amorem Seraphini conjunxerat. Cum quis lese majestatis declaratur reus, juxta legis Cesareas prescriptum capite plectatur, bonis ejus omnibus fisco nostro addicatis. Lucifer autem, cuius scientia omnem humanam doctrinam longe supererabat, divine majestatis

superbia sua reus effectus illico ad tartara fuit precipitatus, ejusque scientia sancto Bonaventura videtur adjudicata. Bonaventura autem Luciferi sapientior extitit; quia Lucifer scientiam cum Dei amore conjungere nescivit, Bonaventura vero mirabiliter ad inventione scientiam simul cum amore in semetipsa copulavit, finique simul Chernobius propter scientiam qua rutilabat, et Seraphinus propter amorem quo ardebat. Querunt philosophi, an in eodem subiecto lux sine calore haberi possit. In hie dubio solvendo non immoraberat; at in sancti Bonaventura laudem dicam, quod in eo lux scientiae sive amoris divini calore nunquam extiterit, quia eadem proportione, qua ejus illuminabatur intellectus, ejus etiam in Dei amorem accendebar affectus. Unde similis fuit sanctus Bonaventura Seraphim illis, de quibus ait Isaías, quod *stabant et volabant* (6). Semper siquidem viri illius Seraphici intellectus stabat in Dei consideratione atque itidem cor illius ad Deum per amorem volabat. De Verbo Divino ait Doctor Angelicus, quod *est verbum, non qualecumque, sed spirans amorem*. Idem dicendum de cognitionibus, quibus replicebatur sancti Bonaventurae intellectus; has etenim erant verba mentis ejus non qualecumque, sed divinum amorem spirantia. Dum enim ejus mens coelesti sapientia illustrabatur, cor ejus pariter charitatis ardore sufflamabatur: ejusque scientia ad Dei amorem semper referebatur et terminabatur. *Cum studet illuminationi intellectus, totum referi ad pietatem et religiositatem affectus* (Gers. de exam. Doct.). Simile fuisse videtur cor divi Bonaventurae celebri Salomonis throno, in cuius medio sculpta erat charitas. *Reclinatorium aureum, ascensum purpureum, media charitate constravit* (Cant. 9, 10). In throni hujus medio sculpta erat charitas, sed in ejus medio exarata et scripta legebantur verba charitatis significativa. Hacque verba, ut dicunt sacerorum librorum interpres, ibi scripta erant literis ex rutilantibus pretiosis lapidibus mira arte concinnatis, ita ut haec litterae simul et lucem emitterent, et charitatem significarent. Cor autem sancti Bonaventurae huic throno simillimum erat, quia in medio cordis ejus sculpta erant simul scientia qua fulgebat et charitas qua ardebat. Imo et plus cha-

ratis, quam scientie in ejus corde fuisse videtur; et ideo praeclare dixit sanctus Franciscus Salesiensis, quod inter Doctores mallet esse Bonaventura, quam Thomas; quia mallet esse Seraphinus, quam angelus, malletque minus scire et magis amare. O mirandum Bonaventuram eorū, quod tanta fulgebat scientia, tantoque ardebat amore! O mirabilem Doctorem, qui sacra ad inventione semetipsa scientiam cum amore coniunxit! *Ac etiam magnitudinem et celsitudinem cum humilitate.*

## II PARS.

*Sanctus Bonaventura in se simul magnitudinem  
cum humilitate coniunxit.*

1. Rex Assuerus sic exaltavit Aman, eumque favoribus et beneficiis suis ita sublimavit, ut eum supra regni sui principes extulerit: *rex Assuerus exaltavit Aman et posuit eum supra omnes principes quos habebat* (Esther 3): sic videatur, quod Deus semper erga homines beneficis specialibus et peregriniis beneficis sanctum Bonaventuram sublimaverit, et apud homines laudabilem efficerit. Ei etenim, non secus ac Salomon, dedit *Dens cor docile et animam bonam*: dedit ei ingenium acutum, memoriam felicem, passiones ad bonum inclinantes: dedit ei potestatem sanandi infirmos, et suscitandi mortuos: dedit tandem ei tantam in moribus disciplinam, talam vita innocentiam, talam animi et corporis perfectionem, talenque in verbis et gestibus gratiam, ut omnium sibi conciliaret animos; neque solum plebejos, verum et principes ad sui venerationem aliceret. Christus, qui natura sua et ratione unionis hypostaticae rex erat et dominus omnium: speciali tamen alia ratione regnabat super homines: specie, scilicet, quadam externa et pulchritudine mirabili, quia omnium sibi devincebat animos, omniumque sibi corda subidebat: *specie tua et pulchritudine tua intende, prospere procede et regna* (Ps. 44). Haec specie et pulchritudine ita supra hominum corda regnabat et domi-

nabatur Christus, ut a Salviano vocetur *magnes cordium* (*de gubern.* 4). Sicut enim magnes occultam et innatam quan-  
dam habet virtutem, qua ferro dominatur, illudque ad se trahit,  
ita Christus specie sua, pulchritudine sua et abdita quadam  
virtute hominum cordibus dominabatur, eaque ad sui amorem  
alliciebat, et ideo totus eum mundus sequebatur: *ecce totus*  
*mundus post eum abit* (Joan. 12). O quam magnus et potens  
Christus ratione arcanae hujus virtutis! Quid simile dicendum  
de S. Bonaventura, qui occulta quadam præstabat virtute,  
eademque virtute regnabat in populo. Ipsi namque arcana qua-  
dam a Deo data erat virtus, qua omnium sibi subdebat et ad  
se trahebat corda. *Magnes* erat Bonaventura, magnos et par-  
vos, divites et pauperes, principes et plebejos ad sui amorem  
et venerationem alliciebat. Ut enim de eo predicavit eminentissimus cardinalis Petrus a Tharentia: *quicumque Bonaven-*  
*turam videbant, statim amore ejus capiebantur*. O quantus  
prefuisit Bonaventura per Deum, qui eum exaltavit et per  
abditam illam virtutem, qua hominum cordibus dominatus est!  
Magnus etiam, imo et maximus fuit in estimatione et in oculis  
omnium: *magnus* quidem in oculis Alexandri Alensis, qui de  
Bonaventura dixit, quod esset verus Israëlite, qui in Adamo  
non peccasse videbatur: *magnus* in oculis et in mente Doctoris Angelici, qui ejus scientiam mirabatur et qui eum  
adhuc viventem, *sancutum* proclamabat: *magnus* in oculis et  
in estimatione omnium fratrum ordinis Seraphici, qui eo  
tempore quo innumeris in hoc Ordine floreabant viri doctissimi,  
et sapientissimi, eum quintum supra trigesimum tantum tunc  
annum agentem unanimi consensu in ministerium generalem  
elegerunt et tanto ministerio dignum censerunt. *Magnus* fuit  
in estimatione summorum Pontificum, qui eum ad infulas eva-  
xerunt. *Magnus* visus est omnilies concilii Lugdunensi Patri-  
bus, qui ejus scientiam, sanctitatem, mansuetudinem, in dubiis  
solvendis facilitatem et in negotiis pertractandis dexteritatem  
ita demirati sunt, ut eum Graeci simul cum Latinis Ecclesiae  
columnam vocaverint, ipsoque mortuo dixerint: *perit column*  
*christianitatis*. Magnus tandem est estimatus a viginti duobus

sancte romane Ecclesie cardinalibus, qui cum post mortem  
Clementis quarti, Viterbiæ ad eligendum summum pontificem  
essent congregati, nec de aliquo uno eligendo convenire pos-  
sent, totum suum eligendi jus uni Bonaventura contulerunt  
hoc pacto, quod ille haberetur et agnosceretur ut summius  
Pontifex, quem ipse selegisset. O quam magnus in mundo  
Bonaventura! Quanto autem major, tanto humilior exitus:  
mirabiliter enim in semetipso *humilitatem cum magnitudine*  
*conjunxit*.

2. Humilis simul cum magnitudine in angelis apostatis et  
in primis parentibus convenire non potuit; ipsi namque ut  
primum extollit coperunt, vanitate et superbia inflati a magni-  
tudine excederunt. Christus in hunc mundum veniens humili-  
tatem cum magnitudine reconciliavit: ut enim ait sanctus  
Bernardus, *Christus qui erat magnus et laudabilis nimis, factus*  
*est parvus et amabilis nimis*. Sanctus autem Bonaventura,  
Christum imitatus, in semetipso magnitudinem cum humilitate  
coadunavit: fuitque simul magnus et parvus, maximus et humili-  
llimus; et *quo magis scientia et auctoritate fulgebat, eo*  
*magis humilitate deprimebatur*. Tanta ejus fuit humilitas, ut  
dum ministri generalis fungeretur officio, fratrum cameras  
verreret, infirmorum strata versaret, culine catinos et ollas  
libenter lavaret, nec non aliis quibusque abjectoribus munis-  
studiose incumbere. Tanta etiam ejus exitus humilitas, ut  
Eboracensem episcopatum sibi a Clemente quarto summo Pon-  
tifice oblatum humiliter acceptara recusari. Huic tamen parem  
ac etiam maiorem a Gregorio decimo sibi oblatam in Re-  
cessus dignitatem acceptavit quasi coactus; ut scilicet Christi  
vicario, cui resistere nefas esset, religiose obtineret. Verum  
et tunc maxime ejus cluxit humilitas: cum enim ei a summi  
Pontificis legatis allatus est cardinalitatem pilens, ab iis inventus  
est actu ollas, scutellas, aliaque vilia culinae vasa abluens:  
nec ab iis accipere voluit pileum, quia prius suspectum humili-  
tatis opus peregrisset. Probe sciebat Bonaventura, Christum  
Dominum præclarum hoc et sanctum dedisse monitum: *qui*  
*major est in vobis, fiat sicut minor, et qui predecessor est,*

*sicut ministerator* (Luc. 21). Sciebat vir seraphicus, quod *nihil est Deo charius humilitate, nihil operosius gloria* (Tertul. de vel. Virg. 15). Ideum humiliavit se in omnibus et in semetipso humilitatem simul cum magnitudine conjunxit. *Ecc. mirabile sancti Bonaventurae inventionem. Qui etiam, miranda adinventione, in seipso vitam activam cum contemplatione copitav.*

ALERE FLAMMAM  
VERITATIS  
III PARS.

*Sanctus Bonaventura in se simul vitam activam  
cum contemplatione conjunxit.*

1. A cœlesti regno exultat vita activa et laboriosa; non enim ibi sancti vescuntur pane in sudore vultus sui; non ibi inveniuntur peregrini, qui suscipiantur hospitio; non ibi esrientes, quibus frangatur panis; non sitientes, quibus potus porrigitur; non ibi ægri, qui visitantur; non litigantes, quorum iurgia compontantur; non mortui, qui sepeliantur: omnia ista et alia his similia ibi non erunt. Quid ergo ibi erit? Ibi sane reperiatur optima illa pars, quam Maria elegit: ibi requies perpetua, ac continua divina majestatis, omniumque divinarum perfectionum contemplatio. Alia tamen homines in terris militantes spectat ora: alia eorum est via. Licet enim illorum mentes ad colestium contemplationem interdum eleventur, laboriosis tamen activa vite exercitiis ut plurimum vacare solent, ac circa frequens ministerium occupantur: præsertim seraphicus Bonaventura, qui tot externis incubuit ministeriis, tot præclaris charitatis officiis vacavit, totque pro Dei gloria labores exaueravit, ut merito dicere potuisse: quod a juventute ad ultimum usque vita terminum vite activa laboribus insudavit: *In laboribus a juventute mea.* Sieut divus Paulus se omnibus debitorum profitebatur, dicens: *Gracis ac barbaris, sapientibus et insipientibus debitorum* (Rom. 1); ita sanctus Bonaventura scholasticis sacre scripture studiosis, spiritualis vite amatibibus, schismaticis, Ordinis seraphici fratibus, secularibus et

regularibus, ac denique omnibus se debitorum arbitrabatur; ideo summopere laboravit, ut omnibus facere satis. Heu! quantus ejus extitit labor in conscribendis ad eruditionem scolasticorum pluribus sacrae theologie voluminibus! Quantus labor in concinnandis ad institutionem prædicatorum concionibus de sanctis et tempore! Quantus in conficiendis pluribus et piissimis variorum sacrae scripturae librorum commentariis! Quantus in conficiendis innumeros illis operibus, opusculis et libris, quos in septem magnis voluminibus collectos habemus! Quis enarrare valeat, quantus Bonaventura extiterit labor in docendo publice et in prædicando sepissime? omitto laborem, quem in conscribendis propria manu semel et iterum sacris voluminibus insumpsit. Taceo laborem, quem in lustrandis sanctorum Gregorii, Chrysostomi, Ambrosii, Augustini, Hieronymi et aliorum sanctorum Patrum operibus adhibuit, ut ex iis, velut apis, flores odoriferos, seu sententias selectissimas colligeret. Sub silentio præterea alia multa, que ad totum Ecclesie utilitatem fecit. Præterire nequeo, quantus ejus extiterit labor in Ordinis seraphici gratiam, cum ipse appellari mereatur quasi manus, qua eundem Ordinem sapientissime textit et potentissime protexit. Nonne hic injus Ordinis inimicos variis opusculis confutavit? Nonne plures libros vitam regularem edocentes compositi? Nonne præclaras constitutiones ad totum Ordinis regimen delinceavit, ut seraphici Patris labentem spiritum redintegraret? Mente revolute seraphicum hunc doctorem, jam capitula generalia congregantem, jam provincias et regna peragrandem, ut fratrum conventus visitet et ut in iis disciplinam regularem stabiliat. Heu! quot fratres tepidos Bonaventura ad regulam observationem compulit! Quot fratres rebellis compressit! Quot lapsos erexit! Quot errantes ad Francisci ovile revocavit! Quot revertentes benigne recepit! Quot ad altiorem vite perfectionem monitis,hortationibus et exemplis suis excitavit! Bonaventura profecto sive studendo, sive docendo, sive scribendo, sive legendō, totus vita activa addictus fuisse videtur. Revera tamen non totaliter vite activa vacavit, quia mirabilis adinventione *citam acticam cum contemplatione conjunxit.*

2. Sicut raro sanctificantur qui peregrinantur, ita raro ad contemplationem proni et apti sunt, qui vita activa exercitis se dedunt. Sicut enim Maria Martham solam ministrare sinit, ita Martha circa ministerium occupata, cum Mari colestum contemplationi raro vacat. Bonaventura e contra, qui vitam ducebant activam, altissima etiam contemplationi animum habebat intentum. Subtrahebat enim se a superfluis conversationibus, ab otiosis et vanis circulationibus, a novitatis et rumoribus audiendis. Cum Iesu a turba, quantum poterat, declinabat; libenter tacebat et latetebat; quantum fas erat, ad cellam configubebat, ibique, clauso super se ostio, Jesum dilectum suum ad se vocabat. Ibi eius nativitatem, conversationem, passionem et mortem fervide meditabatur. Ibi divine contemplatione ita vacabat, ut saepē extra seipsum raperefatur et extasiā patreteret. Nec hanc contemplationis spiritum amitebat, cum studiis, scriptiōnib⁹ librorum et externis aliis incunabebat exercitiis; tunc enim animum saepē ad interiora vocabat, mentemque suam ad Deum erigebat. Unde sicut Stephanum lapidum strepitus, lapidantium blasphemia et circumstantium populorum clamores a colestum contemplatione non avertiebant, nec impeditiebant, quin cor sursum ad celum elevatum haberet: *intendens ad celum* (Act. 6), ita negotiorum strepitus non sistebat, nec perturbabat sancti Bonaventure spiritum, quem in mediis negotiis ad Deum per contemplationem semper erigebat. In quo eum similem dicam duobus illis Seraphim, de quibus ait Isaías, quod *aliis duabus colebant* (Isa. 6). intellectus eum et voluntas Bonaventura, tamquam duabus aliis incessanter ad Deum volabat. Intellectus volabat ad Deum per contemplationem, et voluntate ad Deum volabat per amorem. Cum Seraphim a Deo ad hinc inferiora mittuntur, a Dei visione et contemplatione nunquam cessant; similiter cum Seraphicus Bonaventura literarum studio operam dabant, ac externis se immiscebat negotiis, a Dei contemplatione non desistebat; in mediis negotiis mentem ad Deum crebro erigebat, ut majestatem, sapientiam, bonitatem, aliasque ejus infinitas perfectiones contemplaretur. Et hoc modo Marie simul et Martha officio fungebatur; ac mirabilis adi-

ventione contemplationem cum vita activa in seipso conjungebat. Quis non demiretur mirandas sancti Bonaventure adinventiones? Mirabiles quidem sunt; et o utinam in similib⁹ adinventionibus se quisque exerceat. Quin heu! plerique habentur prudentes ut faciant malum, et ut novos peccandi modos inveniant: *ad inventiones eorum contra Dominum* (Isa. 3, 8). Humilitatis, patientiae, charitatis et aliarum virtutum semitas invenire ne-  
sciant; superbia, avaritia, luxuria, aliorumque vitiiorum vias facile inveniunt. Perfecte norunt *cor machinationibus teger, sensum verbis velare; que falsa sunt, vera ostendere, que vera sunt, falsa demonstrare* (S. Greg. Mor. 10, 16); sciunt usuras palliare, acceptas uicisci injurias, malum pro bono reddere et alia multa peccata perpetrare. Hi autem maligni hisce adinventionibus Deum adversus ipsos irritant: *irritaverunt eum in adinventionibus suis* (Psal. 105). Hi in inferno iuxta malignarum suarum adinventionum multitudinem cruciabuntur: *juxta multitudinem adinventionum suarum sic et sustinebunt* (Job. 20). Quapropter a malignis hiujusmodi adinventionibus abstinet; et mirabilibus sancti Bonaventure adinventionibus imitandis vos exercete. Diximus, quod vir ille Seraphicus mirabilis adinventione scientiam cum amore in seipso conjunxit: similiter, qui inter vos docti sunt, scientiam cum amore in seipso conjungere contendant. Heu! quid vobis proderit, perfecte novisse philosophiam nodos solvere, altissima sacra theologiae mysteria explicare, omniumque scientiarum difficultates enodare, nisi itidem Deum ameris? Talis sane scientia, qua in hoc mundo vobis esse potest ad gloriam, in inferno vobis erit ad paenam; idecirco scientiam vestris Dei amorem adjungite. Insuper et in aliis adinventionibus Bonaventuram imitari contendite. Seraphicus ille Doctor, magnitudinem in se similiū cum humilitate conjunxit; sic si quis magnus est inter eos, fiat sicut minor. Scitote, quod Deus superbis resistit et humiliis dat gratiam; ideo quantumvis magni in seculo, humiliamini, ut divinam gratiam assequi valeatis. Imitamini tandem sanctum Bonaventuram in adinventione, qua in seipso vitam activam simul cum contemplatione conjunxit. Si status,

quem obtinetis et officia quibus fungimini, multis vos implicant negotios, non illi vestrae totaliter immegerunt mentes; quando Dei lex, ratio recta et prudens pietas id requirunt, negotiorum tumultui vos subtrahite, ut que Dei et sanctis sunt, peragatis. Sic agentes ad inventionum vestrarum fractum in celo percipietis. Amen.

**ALERE FLAMMAM  
VERITATIS**

**DE SANTO ALEXIO**

**CONCIO UNICA.**

*Exiit a Patre, et veni in mundum, iterum relinquo mundum et vado ad Patrem (Joan. 16).*

Tota hominum vita peregrinatio est: quandiu in hoc mundo moramur, peregrinamur a Domino; semperque in presentiaturum tanquam peregrinos vivere oportet, ut tandem aliquando ad celestem patriam pervenire valeamus. Alexius autem qui simil cum aliis hominibus in terra peregrinabatur; novo et mirabil modo peregrinus fieri voluit; ipse namque propter eximium Christi amorem, prima nocte nuptiarum, relinquens intactam sponsam, illustrum orbis terra Ecclesiarum peregrinationem suscepit. Quibus in itineribus, cum ignotus septendecim annis permanisset, Dei monito et impulsu, Romanum ad Eusebianum patrem, virum utique Romanorum nobilissimum, rediit: a quo, non ut filius, sed quod eum amplius non agnoscere, verum ut pauper et peregrinus receptus est. Illustrissimum et sanctissimum hunc demiro peregrinum; ad delineanda ejus magnalia ardenti propensione, meumque temperare non possum calatum, quin in ejus, quantum fas erit, laudes se diffundat. Non illum laudabo a nobilitate, qua alios omnes Romanos anteibat; non a divitiis, quibus affluerat; non a famulis ter mille, a quibus circumdari et ministrari solebat; non ab affinitate, quam contraxerat, nubendo pueræ ex imperatoris

domo oriundæ; nec tandem ab eleemosynis que in domo ejus flebant, in qua singulis diebus tres menso pauperibus, orphanis et peregrinis parabantur. Licet enim ad Alexii gloriam haec omnia non parum redundent, ea tamen subticeo, ut ad mirandam ejus peregrinationem tota mea vertatur oratio. A Chrysostomo didic, quod *prima virtus est et tota virtus peregrinum esse mundi hujus* (in ep. ad Heb. 11). Omnem ergo Alexii virtutem et perfectionem elicere conabor ex hoc, quod in mundo et a mundo peregrinus fuerit. Ave.

Christus Dominus, qui Pastoris, Medici et Doctoris munia in terra obiit, peregrini etiam nomen et titulum non recusat: *hospes in terra esse voluit Dominus, peregrinus in mundo, per quem factus est mundus* (August. serm. 144 de temp.). Peregrinationis autem sua principium, locum et terminum docuit nos ipse Salvator dicens: *exiit a Patre et veni in mundum, iterum relinquo mundum et vado ad Patrem*. Peregrinationis Christi principium est Pater aeternus, in cuius sinu fuit ab eterno; et a quo quasi exivit, cum incarnatus est: *exiit a Patre*. Peregrinationis sua: locus fuit hic mundus sublunarî, in quo, velut pauper et inops, triginta tribus annis peregrinatus est: *et veni in mundum*. Terminus tandem sua peregrinationis est Pater aeternus, ad quem rediit, cum ab hoc mundo discessit: *iterum relinquo mundum et vado ad Patrem*. Ecce peregrinus admirabilem, quem perfecte imitatus est Alexius; exivit enim a patre, venit in mundum et rediit ad patrem; *a patre exiit Alexius*, cum ipsa nuptiarum suarum die, e patris domo clam aufugit: *in mundum venit*; cum variae hujus mundi provincias peragravit: *rediit ad patrem*, cum post septendecim anno a suo discessu, ad paternam domum reversus est. Itaque ut totam Alexii peregrinationem dilucide explicare valeam, eum considero in egressu sub a domo patris, in conversatione sua extra domum patris et in regressu suo ad domum patris; ac dico eum fuisse peregrinus mirabilem 1. in egressu suo a domo patris; 2. in conversatione sua extra domum patris; 3. in regressu suo ad domum patris.

## I PARS.

*Sanctus Alexius fuit peregrinus mirabilis in egressu suo  
a domo patris.*

Alexius, qui Euphemiani, viri nobilissimi et in imperatoris aula primi, unicus erat filius, ipsa nuptiarum suarum die, uxorem intactam relinquens, clam se subripuit et a propria domo aufugit, ut longam et diuturnam peregrinationem susiperet. Eadem die qua Alexius nuptias celebravit, peregrini mores, habitumque induit; finique peregrinus admirabilis in discessu suo a paterna domo, si consideretur tempus, celeritas et modus sui exitus; seu si considerentur 1. *tempus*, in quo exiit; 2. *celeritas*, qua exiit; 3. *modus*, quo exiit.

1. Tempus, quo a paterna domo exiit Alexius, fuit ipsa dies nuptiarum, in qua ad fastum, ad epulas et ad delicias omnia parabantur; fuit ipsa dies, qua de coniugio initio gaudebant parentes, plandebant amici, congratulabantur omnes; fuit ipsa dies, in qua sponsa dixerat: *accipio te in meam*. Hac inquam die, dominum, parentes, amicos et novum sponsam reliquit Alexius, ut ad loca sancta et longissime distantia peregrinaretur. O peregrinationem inexpectatam! O peregrinum mirabilem, si spectetur tempus, quo a paterna domo peregrinationis causa exiit! Abraham admirantur multi, eo quod de terra sua, de cognatione sua et de patris domo agressus sit, ut ad alienas oras peregrinaretur; ipse tamen hanc non suscepit peregrinationem ipsa nuptiarum suarum die, nec uxorem, quam desponsaverat, reliquit; ipsam secum adduxit: *tulit Sararam uxorem suam et egressi sunt, uirent in terram Chanaan* (Gen. 13, 5). Ideo peregrini longo mirabiliter fuisse videtur Alexius, cum a paterna domo solus, ipsa nuptiarum die exierit, relinquens patrem, matrem et uxorem, ut duram et diuturnam peregrinationem ad loca sancta susiperet. Petrus, ut Christum sequeretur, et cum eo ad diversa loca peregrinaretur, exiit a

propria domo et omnia sua reliquit: *ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te* (Matt. 12, 17). Quid sunt haec *omnia*, quae Petrus reliquit? Haec pene sunt navis et retia, quibus victum piscando quereratbat; et cum his omnibus uxorem etiam reliquit, ut enim ait Hieronymus, *habuit Petrus uxorem et eum cum reti et navicula reliquit* (ep. 34 ad Julian.). Ecce quidem mirabilem peregrinum, qui ut Christum sequatur, exit a domo, navingue, retia, uxorem et omnia quae habet, generose reliquit. Si tamen ad Alexium oculos convertam, quid mirabilius in eo intuer; hic enim a domo exiens, magnificum reliquit palatum, cuius erat dominus; patrem ditissimum, cuius heres futurus erat; matrem sanctissimam, cuius unicus supererat filius, et sponsam nobilissimam, cuius erat sponsus dilectissimus. Omnia haec reliquit Alexius, non tempore senectutis, cum iis amplius frui non poterat; non tempore gravis cujusdam afflictionis, quo haec omnia fastidiebat; non instante mortis tempore, quo cuncta necessario sunt relinquenda; ea deseruit tempore juvenitatis, ipsa die nuptiarum; hanc inquam die a domo exiens, patrem et matrem, et ipsam sponsam reliquit, ut in variis mundi regionibus peregrinaretur. Miror hunc peregrinum et quidem plurimum mirabilem sa prodit in exitu a paterna domo, si consideretur tempus, quo ab illa exiit; ac pariter illum mirari libet, si spectetur *celeritas et promptitudo, qua exiit*.

2. Christus, qui nuptiis in Cana Galileae initis visibiliter interfuit, Alexii nuptiis invisibiliter adesse voluit. In nuptiis Canae Galileae Christus exemplo suo virtutis amorem sponsos praelevavit; in nuptiis vero Alexii, novo huic sposo Christus divitiarum contemptum, voluntatum abnegationem et honorem seculi fugam intus inspiravit. Ei intus dixit Salvator: *omnis qui reliquerit dominum, aut patrem, aut matrem, aut uxorem propter nomen meum, centuplum accipiet et vitam eternam possidebit* (Matt. 19). Ei intus suscit, patrem, matrem, uxorem et omnia temporalia protinus esse relinquenda, sanctasque peregrinationes pro sui amore suscipiendas. Alexius autem adivit Christum intus loquentem, sacrum gratiae ejus motum

sensi, et pro ejus amore domum, prædia, parentes, ipsam quoque uxorem statim reliquit et difficilem peregrinationem suscepit. Christo vocanti non obstatit sanctus hic adolescentis; ipse non secus ac sanctus Gregorius Nazianzenus, ex animo dixit: *sum tuus, ut libeat, me, bone Christe, rege* (in carm. ad Dia. in mor.). Hoc in corde suo dixit novus ille sponsus et Christi vocationi obtemperare non distulit usque ad futurum tempus; statim a paterna domo generose exiit, parentes, uxorem, amiaque terrena mox reliquit, et diutinam ad loca sancta peregrinationem suscepit. Adolescentis Alexius renuit imitari adolescentem illum, qui Christo vocanti non statim obtemperavit; et quin se excusans, respondit: *Domine, permitt me mihi prium ire et separe patrem meum* (Luc. 9, 59). Procul etiam abiit a protyris illis adolescentibus, qui ut divinae vocationi non obsequantur, vanas et futilis excusatione pretendunt; ipse nulla adhibuit excusatione, Christi vocationi protinus obsecutus est. Poterat quidem Alexius excusationes adducere, que in sapientium seculi sensu, veræ, legitime, imo et urgentissimæ visse fuissent; poterat namque Christo vocanti responderet: o Domine, unicus ego sum filius patris nobilissimi et ditissimi, qui totam spem et consolationem suam in me fixit, et qui pene pro afflictione morietur, si ab illo discedam et illa, que inspiras, alimpleam. Christo vocanti dicere etiam poterat; filius unicus sum matrix, quia toto me corde diligit, quem haud dubie morore conficitur, si ab illa modo, quo intendis, me separarem. Et dicere poterat: nobilissime sponsus sum pueræ, quam hodie in meam accepti, cui non parvam facere videbor injuriam, si ab ea, ipsa die nuptiarum, me subripiam; et si illam ipsa die, qua in sponsam accepti, quasi viduum efficiam. Christo responderet quoque potuisse; o Domine, si quod suades, opere compleam, quid fieri de amplis facultatibus, quibus parentes affluerint? Quid de dignitatibus, quas possident? Quid dicent Romani, quibus sum notissimus? Quid sentient quicunque rem tam insolitam, tamque portentosam audient? Hoc haud dubie dixisset, hasque excusationes adduxisset aliis, qui Christum minus amasset; Alexius autem absque ulla renitentia, absque ulla

excusatione, Christo protinus obtemperavit; et cunctis relictis, statim a paterna domo exiit, ac inspiratam a Christo peregrinationem illico suscepit. O peregrinam mirabilem in exitu suo a paterna domo, si spectetur promptitudo et celeritas, qua ab illa exiit! Jamvero Alexius est etiam peregrinus admirabilis in exitu suo a paterna domo, si attendatur modus, quo ab illa exiit.

3. Alexius peregrinationem, sic a Deo inspiratam, suscepturus, antequam a paterna domo exiret, sponsam ad Dei timorem et ad virginitatis amorem primo hortatus est; deinde annulum suum aureum ei servandum tradidit, dicens: *accipe, et serva, et Dominus sit nobiscum*. Postea de facultatibus suis aliquid sumens, ad proximum maris portum perrexit, ascensaque nave, Laodiceam usque devenit. En modum, quo sanctus hic peregrinus a paterna domo exiit; qui quidem modus admiratione dignus videtur; imo et in eo multa eloquent mirabilia. Mirari enim licet quomodo Alexius sponsam suam erudiendi et ad Dei amorem excitandi cor et animum habuerit; mirabile est, quomodo secretum sibi a Deo creditum servare potuerit et quomodo a domo in qua tot erant domestici, omnibus insculsi evaserit; mirabile, quomodo a patre, matre et sponsa siccus oculis se separaverit, ac navim in portu paratam inventorum, in qua a nemine cognosceretur et a suscepito opere retardaretur: omnibus denum spectatis adiunctis, quibus Alexius a paternis laribus exiit, omnia habentur mirabilia. Non semel demiratus sum modum, quo Deus Lot de Sodoma eduxit; ad eum enim duos misit angelos, qui Sodomitam multos cœpitate percusserunt et qui apprehendentes manum ejus, duxerunt eum extra civitatem; ibique locati sunt ad eum, dicentes: *salva animam tuam: noli respicere post tergum; nec stes in omni circa regione* (Gen. 19). Ecce modum mirabilem, quod utitur Deus ad educendum Lot de Sodomitam: jamvero non minus mirabilis modo Alexium de Sodoma, seu de mundo maligno eduxit. Verum quidem, quod Deus non miserit angelum, qui eum alloqueretur, et educeret; ipse illum intus allocutus est, ipse illi inspiravit, quomodo sponsam affaretur, et quid ei of-

ferret; ipse illum infus docuit modum, quo se a domesticis extricaret, et ad portum, cunctis incisi, se conferret. Alexius autem cuncta, quae Deus inspiravit, perfectissime adimplens, modo mirabiliter a paterna domo exiit. Ecce peregrinum admirabilem in exitu suo a domo patris: *exiit a patre*. Deinde Alexius fuit etiam peregrinus admirabilis in conversatione sua extra domum patris et quando in variis mundi regionibus peregrinatus est. *Et veni in mundum*.

ALERE FLAMMAM  
VERITATIS  
II PARTS.

*Sanctus Alexius fuit peregrinus admirabilis  
in conversatione sua extra domum patris.*

Peregrinatur tandem Alexius, et extra paternam domum tamquam humilis peregrinus septendecim annis discurrit, quo tempore Laodiceam, Edessam Siria civitatem, aliae locis longissime distanta peragratis. In tota autem hac peregrinatione Alexius peregrinum egit in moribus et conversatione sua admirabilem, qui veri et sanctissimi peregrini leges perfectissime servat. Ipse etenim se exonerari, transit et tendit ad patriam; ipse 1. se exonerari bonis temporalibus; 2. transit ignotus omnibus obviis; 3. tendit ad patriam coelestem.

1. Omnis peregrinus, si prudentia vel minimum polleat, dampnentibus iniustiter non se onerat sarcinis, quae fatigacionem augent, et quae pergendi facilitatem tollant. Et in hoc potissimum prudenter se gerunt peregrini illi spirituales et pii, qui pro Dei amore in mundo et a mundo peregrinantur; isti enim ita temporalibus se bonis exonerant, ut omnia penitus abdicent et relinquant, exceptis his que ad victimum et vestitum ipsius necessaria sunt. *Peregrinus victimum et vestitum habens, non vult alios onerari* (S. Bern., serm. 8 in cap. jejun.). Divos Paulus ex pīs et perfectis illis fuit peregrinus, qui solo vieta et vestitu contenti sunt: *habentes alimenta, et quibus tegamur, hi contenti sumus* (1 Tim. 6). Ex ejusdem generis peregrinis

extitere nonnulli alii sancti, et precipue Alexius, qui tam arte peregrinanti leges servavit, ut viles indumenta vestimenta, propriis et pretiosis se vestibus exoneraverit, omnemque pecuniam, quam a paterna domo tulerat, pauperibus distribuerit. Cum enim Edessam pervenit, omnia que secum attulerat, jam pauperibus largitus erat; et vilia indumenta vestimenta, cum ceteris pauperibus in atrio Templi Beatissimae Virginis sedere copit, mendicans; ac quando ibi remansit de acceptis elemosynis ea solum retinens, que sibi ad victimum absolute necessaria erant, cetera alii pauperibus erogavit. Ecce peregrinum vero exoneratum. In annalibus Fratrum Minorum fertur, quod frater Leo, Seraphici Francisci filius et socius, aliquando in extasim raptus, magnum viderit flumen, quod Fratres Minores trans vadare tentabant. Ex iis autem aliqui, magnis diversarum rerum onus sarcinis, ad fluui oram submergebantur; alii ulterius progradiebantur, citiusque, aut tardius a fluminis absorbebantur voragine, juxta majus, vel minus pondus sarcinarum, quas portabant; alii vero, qui penitus exonerati incedebant, citissime et absque ullo periculo transfretabant. En veram figuram eorum, quae in hoc mundo sunt; mundus enim est flumen amplissimum, quod pertransire debent omnes, ut ad civitatem sanctam Jerusalem pervenire valeant. Qui autem terrae rebus se nimis onerant, quique nimio eas affecti diligunt, ab iis in infernum demergantur; qui autem iis se exonerant, ut nudi nodum Christum sequantur, ad paradisum facile et absque periculo perveniunt; ideo Christus discipulos docens viam faciem, qua ad celestem gloriam pervenire possint, ait illis, ut in hoc mundo vivant tamquam peregrini ita exonerati, ut omnia penitus abdicent: *nihil tuleritis in via* (Luc. 9, 3). Quam Christi doctrinam perfectissime sectatus est Alexius; fuit enim peregrinus sauctissima eximia predictus, qui non solum gravem sarcinam divitiarum, quarum futurus erat heres, verum et levem sarcinam cujusque pecuniae, quam a paterna domo tulerat, penitus abjecit; et qui terrena omnia abdicavit, ut in peregrinatione sua non retardaret, atque facilius in virtutis et perfectionis via progrederetur. Dum vero Alexius ut peregrinus perfectissimus terrenis

omnibus si exonerat, *velut etiam peregrinus perfectissimus, transit ignotus.*

2. Viatores plurimi, tametsi nobiles, docti, divites, vel eminente aliqua dignitate praeediti, cum per alienas transeunt regiones, se sumunque dissimulant statum, ut ab obviis quibusque non agnoscantur. Quid utique accurati, majoreque cum sollicitudine praestare solent viatores hi, qui pietatis causa et propter Deum in hoc mundo et a mundo peregrinantur; hi etenim quidquid hominum laudes et venerationem ipsius concilire posset, studiosè occultant, ac solicite curant, ut hominibus ignoti, solique Deo innoscant: *sicut qui ignoti et cogniti* (2 Cor. 6, 8). Quid ali⁹ egerint, jam non singillatim recensebo, unicūm intaeor Alexium; mirabilem hunc jam solum considero peregrinum, qui in peregrinatione sua ita hominibus latere voluit, ut ejus esset nobilitas, cuius patris filius et cuius puellæ sponsus, nomine manifestaverit. Ubique et omnibus dignitatem suam, divitias et virtutes suas pro viribus ostentavit, ad hominibus ita se ignotum prebeat, ut a patris sui domesticis, qui illum quarebant, eleemosynam acceperit, quia ab illis agnosceretur, licet milles forte in paterna domo illum autem vidissent. Cum David, fugiens a facie Saul, venisset ad Achis regem Geth, dixerunt servi Achis, postquam viderunt David: *nunquid non iste David rex terre? Nonne huic cantabant per choros, dicentes: percussit Saul mille et David decem milia?* (1 Reg. 21). David vero timens, ne ex meritorum et dignitatis sue agitatione in grave aliquod incurseret periculum, sultum se esse simulavit: *nam immutavit os suum coram eis et collabebatur inter manus eorum et impingebat in ostia portarum, defluebantque saliva ejus barbam;* et per hanc stultitiae simulationem ignotus remansit et liberatus est. Alexius similiter, ut in peregrinatione sua hominibus ignotus lateret, vestes mutavit, immutavit etiam os suum per jejunitum, ac ita inter mendicos conversatus est, ut nec a propriis famulis cognosci poterit. Imo timens, ne a famulis, vel ab aliis agnosceretur et ne virtutes sue hominibus innoscerent, mox ut aliquis sanitatis sue rumor in aliqua civitate respergebatur,

ad aliam dissitam migrabat: et sic semper agebat peregrinum, non hominibus, at soli Dei notum. Est ergo Alexius peregrinus perfectissimus, qui transit ignotus; *est etiam peregrinus perfectissimus, qui ad coelestem patriam tendit et ire satagit.*

3. Alexius peregrinante mirabiliter delineasse videtur sanctus Bernardus, cum dixit, quod peregrinus *via regia incedit; non declinat ad dexteram, neque ad sinistram; si forte jurgantes viderit, non attendit; si nuptias, vel choros ducentes, nihilominus transit, quia peregrinus est et non pertinet ad eum de talibus.* Ad patriam suspirat, ad patriam tendit (serm. 8 in cap. *jejuni⁹*). Alexius sane in peregrinationibus suis, via regia sancte Crucis et mandatorum Dei continue incessit: non declinavit ad dexteram, neque ad sinistram, ut voluntates et honores seculi quereret; hominum iugis non se immiscuit: nec sollicitus fuit, an homines quique nuptias inirent, vel choros ducerent; semper transivit ut peregrinus, ad quem talia non spectabant; semperque et indesinenter ad coelestem patriam tetendit. Sancti hujus peregrini cor coelastis hujus patriæ desiderio continua ardebat, et ideo pertransibat contemnens quidquid in mundo pulchrum et delectabile sibi occurrebat: transibat despiciens quidquid estimare solent alii, unicūm habens studium mandatorum et eminentiorum virtutum via incedere, ut ad coelestem patriam perveneret, ad quam indesinenter anhelabat et continue tendebat: *ad patriam suspirat, ad patriam tendit.* Tres peregrinorum leges enumerat seraphicus pater sanctus Franciscus; nempe, *sub alieno colligi tecto, pacifice pertransire, sitiare ad patriam* (Opus. 10, 3). Quas leges perfectissime servavit Alexius; ipse enim, relicto proprio palatio, varia paragavit provincias, sub alieno tectis semper recumbens; ipse etiam ita pacifice et pie pertransivit, ut sanctitatem ejus admirarentur quicquid conversatione ejus vel minimum fruabantur; ipse tandem ad coelestem patriam anhelavit, eam ardenter concupivit et ad eam continue tetendit. Unde mihi audire videor sanctum hunc peregrinum in omnibus locis quæ pertransibat, dicentem: *non habemus hic manentem civitatem, sed futu-*

*ram inquirimus.* Ad celestem enim patrem indesinenter suspirabat et sanctis suis operibus ad illam incessanter pertendebat. Ecce peregrinus vere mirabilem, quamdiu in mundo, seu extra patriam domum peregrinatur: videamus peregrinum admirabilem, cum ad paternam domum revertitur. *Iterum relinguo mundum et vado ad patrem.*

## III PARS.

*ALERE FLAMMAM  
VERITATIS*  
*Sanctus Alexius fuit peregrinus admirabilis  
in regressu suo ad dominum patris.*

Cum diu in Edessa civitate commoratus fuisset Alexius, eximiam ejus saecularem aliquam beatissime Virginis imago manifestavit; quare ut hominum laudes et astimationem fugeret, inde recessit ei Laodiceam venit. Cumque ibi navim consenseret, ut ad Tharsum Ciliciae se conferret, Deo sic disponeante, navis a ventis pulsa in portum romanum devenit. Ubi coelesti irradiauit lumine, agnoscens velle Deum, ut ad paternam domum reverteretur, ad eam revertitur, modo tamen penitus admirabilis. Ad eum enim redit, ut hospitaretur, ut lateret et ut penitentiam ageret. Ad eam redit. 1. ut in ea hospitaretur, non ut dominaretur; 2. ut in ea lateraliter, non ut luceret; 3. ut in ea penitentiam ageret, non ut delicias frueretur.

1. Filius prodigus, de quo sanctus Lucas evangelista, fame confectus, ad patrem redire statuit, non ut tamquam ignotum et peregrinus ab eo recipereetur, verum ut ei suam manifestaret misericordiam, atque ad misericordiam fleceret: Alexius vero ad patrem redit, ut ei se occulet et ut ab eo velut viuis peregrinus recipiatur. Olivio enim sibi patri non dicit: pater meus es tu et ego filius tuus sum; dicit ei: *servi Dei, peregrini in domo tua me suscipi jubeas et de nicis mensa tua me nutriti facias, ut tui quoque peregrini dignetur Deus misereri.* O Alexi, manifesta teipsum patri et protinus recipieris ut filius ejus unicus et omnium honorum illius fu-

turnus haeres. Loquere, o Alexi! unicum proferas verbum, dic solum, quod Alexius sis et statim amplexabitur te pater, qui te mortuum esse suspicatur; gaudebit mater, que a discessus tui tempore indesinenter luget; tripudiat uxor, que instar turturis genere non desinit; gaudium denique magnum erit in tota domo, in qua ut dominus ejus recipieris; loquere et statim in medio domesticorum tuorum dominaberis. Loqui non vult Alexius, ut se filium manifestet, quia non redit ad dominum patris, ut in ea dominetur, sed ut in ea tamquam peregrinus et hospes recipiat. Et revera a patre solum petiit, ut ipsum tamquam peregrinum recipiat; piusque pater, qui filium non agnoscebat, ordinavit, ut sub quodam domus sua tugurio, tamquam peregrinus colloquretur. O peregrinum sanctissimum! O omnibus seculis admirabilem! Peregrini, qui dissitas peragunt regiones, in bonis que ipsis occurrant, nihil habent, quam visum, seu potestatem videndi ea. Si videntia prata, horti omnium florum genere ornatissimi, magnifica palatia et alia, quantumvis pulchra et pretiosa ipsis occurrant, in his omnibus nullam habent dominationem, nullumque jus, solam facultatem ea videndi inter transcedunt. Alexius autem ad paternam domum rediens, in ea recipi voluit, non ut dominus et ut habens dominium et jus super bona patris sui, verum ut peregrinus nil in paternis bonis habens quam visum. Sicut cum longe a paterna domo peregrinatus est, in bonis que ipsis occurrerunt nil habuit, nisi visum, ita et ad paternam domum reversus, nil nisi visum in ea habere voluit. Sicut ali peregrini in Alexii domo visum habebant, ita et ipse in proprio domo nullum dominium, nilque nisi visum habere voluit. O peregrinum admirabilem, qui in paterna domo recipi vult, non ut in ea dominetur, tantum ut in ea hospitetur: et *qui in ea etiam recipi vult, ut in ea lateat et non ut fulgeat.*

2. Cum filius prodigus ad paternam domum redit, accurrens pater, cecidit super collum ejus, osculatus est eum; dixitque servus ut afferant stolam primam, seu vestem praetiosiorem, quia induetur, annulum etiam, aliaque honoris signa ei dari curavit. Heu! si tantus honor impenditur filio illi prodigo, qui dissipaverat

substancialiam suam, vivendo luxuriose, quanto honore affectus fuisset Alexius filius unicus, Alexius sanctus, Alexius dilectus Deo et hominibus, si se manifestasset? Haud dubie a parentibus, a domesticis et ab universa civitate Romana immensis fuisse honoribus cumulatus; Alexius autem ad paternam domum non venit, ut in ea honoretur et luceat, venit ut lateat. Cum enim ad portum Romanum appulit, secum ipse dixit: *ibo ad patrem meum et in domo ejus ignotus maneo.* Quod revera opere complevit: in paterna enim domus tuguriolo septendecim annis latitavit; ibique toto hoc tempore ita ignotus mansit, ut famili ipsum sepissime deriderent, ei illudenter, eumque nonnunquam injurias afficerent. Alexius in hoc tuguriolo honorem inter et dedecus constituebat: ad utrumque manum extendere poterat: lucere, aut latere in ejus erat potestate; si enim manifestasset semipictum, honoratus fuisse ut Euphemiani filios, ut imperatoris affinis et ut vir nobilitate sua fulgens; mului sub tuguriolo ignotus et ut vilis peregrinus latere, ibique irrisiones et injurias multas pati, quam in mundo lucere et honorari. Prope novit Alexius, honores mundi nihil esse, nonmenque honoris habere, rem non habere: *blandum nomen honoris* (S. Paulin.); idcirco volaticos et vanos illos despexit honores; malitiae in recondito paternae domus recessu, ut pauper peregrinus latere, quam in mundo lucere et ab hominibus honorari. De Galeatio Sfortia legitur, quod pro simbolo depictum haberuit coli globum, stellis satum et perfuso lumine coruscantem, his verbis adjectis: *na trahit altus honor.* Eodem sane honor trahebatur Alexius; hic coelestem globum aspicebat et despectui habens fugaces, unoquo momento durabiles mundi honores, ad coelestes anhelabat et iis solis trahebatur. Ei qui-dam sese offerebant honores sancti, ad illos sublimari et iis frui poterat; lucere nolui in mundo, ut latere; omnes mundi honores despexit et contempnit, necnon sub tuguriolo ex-honorari preelegit, ut aeternos in celo honores assequi valeret. Quis non miretur sanctissimum hunc peregrinum, qui ad paternam domum revertitur, ut in ea lateat et non luceat? Denique Alexius fit peregrinus admirabilis, qui ad patris domum

*redit, ut poenitentiam agat et non ut gaudeat, mundique de-lictis fruatur.*

3. Cum filius ille prodigus, de quo jam diximus, ad paternam domum reversus est, auditæ sunt in ea suavis musica instrumenta; gavisus est pater, eo quod invenisset filium qui pererat; creditum plus et misericors pater, in filii reditu edenda necessario gaudi et laetitiae signa; *epulari et gaudere oportebat* (Luc. 16). Heu! si pater hic, redeunte prodigo et misayo filio, qui suam cum meretricibus dissipaverat substancialia, tanta gaudi signa edidit, quantum in Euphemiani domo extifisset gaudium, si rediens Alexius soipsum manifestasset? Tota haud dubie supra modum gavisa esset familia: parentum luctus con-versus fuisse in gaudium, nilque omisissent, ut gaudi et laetitiae signa elerent. Loquere ergo Alexi: manifeste teipsum et simul cum parentibus gande. Absit a me mundana gaudia, ait in corde suo Alexius: ad paternam enim domum venio, non ut deliciis affluam, imo ut durie poenitentie operibus in-cubamb. A patre peto, non bonis ejus saginari, non voluntatiis seculi frui, solum in recondito domus ejus recessu late-re, ut ibi poenitentiam agam. Et revera toto septendecim annorum tempore in paterna domus tuguriolo lateans, corpus suum jejuniis, aliisque poenitentie operibus affligere non de-stitit. Cum Alexium in hoc paterna domus tuguriolo considero, mihi in mente venit Tantalus, quem poetae singunt in inferno, aquis immersum usque ad labium inferius et tamen bibere prohibitus; habentem fructus optimos usque ad labium superius pendulos et tamen ex iis comedere impotentem; bonis plurimi circumdatum et tamen iis potiri non valentem. Haec fictio est pictura levis eorum, qua necessitate patiuntur in inferno damnati; et videtur etiam representatio quedam poenitentie, quam in paterna domus tuguriolo voluntarie et libere suscepit Alexius. Ipse etenim in paterna domo propriam videt mulierem et poenitentie spiritu accensus, eam non tangit, nec concupi-scit: cibos videt exquisitos et ex poenitentie motivo ab iis ab-stinet: circumdatur honoribus, ad quos elevari potest et divitiis quibus affluere et frui in ejus erat potestate; poenitentie

animo concitatus, iis frui recusat. O gravom Alexii penitentiam! Quam ipse adhuc duriorem efficiebat vigiliis, jejuniis, aliquo penitentiori severioris adiventionibus, quibus corpus sumum dire cruciabat. Ecce peregrinum vere mirabilem; *tum in exitu a domo patris; tum in conversatione sua extra domum patris; tum in reditu suo ad domum patris.* Tandem hic peregrinus ad optatum peregrinationis terminum, seu ad celestem patriam feliciter pervenit, ejusque sanctitatem mox ab eius obitu Deus manifestavit, voce a celo delapsa, quae die dominica inter missarum solemnia audita est, dicente: *Dei serum in domo Euphemiani querito, ut oret pro urbe Roma.* In domo enim Euphemiani inventus est servus Dei Alexius, fato functus, in manu chartam detinens, que nec a patre, nec a matre, verum a solo sunno Pontifice evelli potuit. Summus autem Pontifex eam legi jussit coram innumeris populi multitudine, adstantibus etiam Alexii patre, matre et uxore. Qui audientes hunc Dei serum esse Alexium, quem tanta solicitudine quasierant, amaras fodore lacrymas. Deus autem sanctitatem ejus manifestavit, dum tactu corporis illius, demoniaci liberati sunt, ceci visum receperunt et alii multi a variis infirmitatibus sanati fuerunt. Miramini Alexium, qui quidem in peregrinatione multa perpassus, iam laborum suorum remuneracionem habet. Hunc miramini, et quantum fas erit, illum quisque imitari conetur. Peregrinus ille fuit, peregrini sumus et nos; peregrinus fuit illi voluntarie et quandiu in hoc mundo vivimus, nos peregrini necessario sumus: *non te fallas,* ait Augustinus, *hospes es, velis, nolis.* Sicut autem Alexius tam perfecte in peregrinatione sua vixit, ut tandem aeternam beatitudinem assecutus sit, ita et nos in peregrinatione nostra Deo fideliter serviamus, mandata ejus custodiamus, ac tam pie, tamque perfecte vivamus, ut post mortem ad coelestem partem feliciter perducamur. Amen.

## DE SCAPULARI BEATÆ VIRGINIS MARIE

## CONCIO UNICA.

*Induit me vestimentis salutis et indumento  
justitiae circumdedit me.*

Qui sacra tantillum pervolutarunt volumina, repererunt haud dubie, patres et matres speciali quadam cura et complacientia filios suis vestimentis induisse. Cum se nudos conguerunt protoparentes nostri, nonne Deus, qui est omnium pater, *fecit eis tunicas pellicreas et induit eos?* (Gen. 3). Nonne Jacob dilecto filio Joseph fecit tunicam polymitanam? (Gen. 37). Nonne revertenti filio prodigo, stolam primam dari jussit pnis ejus pater? Nonne Anna, mater Samuelis, tunicam parvam faciebat ei, quam afferebat statutis diebus? (1 Reg. 2). Nonne Rebecca, ut singularem, quo Jacob prosequebatur, amorem ostenderet, vestibus Esau *valde bonis, quas apud se habebat domi, induit eum?* (Gen. 27). Ut autem ad Mariam Dei Genitricem veniamus, hac Christum recens natum *panis involvit* (Luc. 2). Imo, si multis authoribus credamus, fecit Maria ei dedit Christo vestem inconsutilem, qua induebatur et super quam militas miserunt sortem; *et in vestem meam misserunt fortē* (Joan. 19). Sicut autem Maria filio suo naturali Christo vestimenti præbuit, ita et filio suo spirituali, beato Simoni Stock, vestimentum dedit, quod scapulare appellamus, dicens: *dilectissimum fili, hoc recipe tui Ordinis scapulare.* Istud autem est vestimentum sanctitatis et salutis, de quo jam nobis instituendus est sermo. *Ave.*

Multos filios habet Maria, unum scilicet naturalem et alios adoptivos. Filius ejus naturalis est JESUS, quem ipsa in Bethlehem genit; filii vero ejus adoptivi dicuntur quotquot illam reverenter colunt et specialiter fratres Ordinis Carmelitani, nec

animo concitatus, iis frui recusat. O gravom Alexii penitentiam! Quam ipse adhuc duriorem efficiebat vigiliis, jejuniis, aliquo penitentiori severioris adiventionibus, quibus corpus sumum dire cruciabat. Ecce peregrinum vere mirabilem; *tum in exitu a domo patris; tum in conversatione sua extra domum patris; tum in reditu suo ad domum patris.* Tandem hic peregrinus ad optatum peregrinationis terminum, seu ad celestem patriam feliciter pervenit, ejusque sanctitatem mox ab eius obitu Deus manifestavit, voce a celo delapsa, quae die dominica inter missarum solemnia audita est, dicente: *Dei serum in domo Euphemiani querito, ut oret pro urbe Roma.* In domo enim Euphemiani inventus est servus Dei Alexius, fato functus, in manu chartam detinens, que nec a patre, nec a matre, verum a solo sunno Pontifice evelli potuit. Summus autem Pontifex eam legi jussit coram innumeris populi multitudine, adstantibus etiam Alexii patre, matre et uxore. Qui audientes hunc Dei serum esse Alexium, quem tanta solicitudine quasierant, amaras fodore lacrymas. Deus autem sanctitatem ejus manifestavit, dum tactu corporis illius, demoniaci liberati sunt, ceci visum receperunt et alii multi a variis infirmitatibus sanati fuerunt. Miramini Alexium, qui quidem in peregrinatione multa perpassus, iam laborum suorum remuneracionem habet. Hunc miramini, et quantum fas erit, illum quisque imitari conetur. Peregrinus ille fuit, peregrini sumus et nos; peregrinus fuit illi voluntarie et quandiu in hoc mundo vivimus, nos peregrini necessario sumus: *non te fallas,* ait Augustinus, *hospes es, velis, nolis.* Sicut autem Alexius tam perfecte in peregrinatione sua vixit, ut tandem aeternam beatitudinem assecutus sit, ita et nos in peregrinatione nostra Deo fideliter serviamus, mandata ejus custodiamus, ac tam pie, tamque perfecte vivamus, ut post mortem ad coelestem partem feliciter perducamur. Amen.

## DE SCAPULARI BEATÆ VIRGINIS MARIE

## CONCIO UNICA.

*Induit me vestimentis salutis et indumento  
justitiae circumdedit me.*

Qui sacra tantillum pervolutarunt volumina, repererunt haud dubie, patres et matres speciali quadam cura et complacientia filios suis vestimentis induisse. Cum se nudos conguerunt protoparentes nostri, nonne Deus, qui est omnium pater, *fecit eis tunicas pellicreas et induit eos?* (Gen. 3). Nonne Jacob dilecto filio Joseph fecit tunicam polymitanam? (Gen. 37). Nonne revertenti filio prodigo, stolam primam dari jussit pnis ejus pater? Nonne Anna, mater Samuelis, tunicam parvam faciebat ei, quam afferebat statutis diebus? (1 Reg. 2). Nonne Rebecca, ut singularem, quo Jacob prosequebatur, amorem ostenderet, vestibus Esau *[valde bonis], quas apud se habebat domi, induit eum?* (Gen. 27). Ut autem ad Mariam Dei Genitricem veniamus, hac Christum recens natum *panis involvit* (Luc. 2). Imo, si multis authoribus credamus, fecit Maria ei dedit Christo vestem inconsutilem, qua induebatur et super quam militas miserunt sortem; *et in vestem meam misserunt fortē* (Joan. 19). Sicut autem Maria filio suo naturali Christo vestimenti præbuit, ita et filio suo spirituali, beato Simoni Stock, vestimentum dedit, quod scapulare appellamus, dicens: *dilectissimum fili, hoc recipe tui Ordinis scapulare.* Istud autem est vestimentum sanctitatis et salutis, de quo jam nobis instituendus est sermo. *Ave.*

Multos filios habet Maria, unum scilicet naturalem et alios adoptivos. Filius ejus naturalis est JESUS, quem ipsa in Bethlehem genit; filii vero ejus adoptivi dicuntur quotquot illam reverenter colunt et specialiter fratres Ordinis Carmelitani, nec

non quicunque ejus scapulare pie et debite gestant. Ecce filios, quos spiritualiter gignit et lactat Maria: *beatissima Virgo Carmelitarum Ordinem spiritualiter genuit et ad ubera latetavit* (Greg. XIII in *Bulla*). Sicut autem Maria filium suum naturalem non solum ueste humanitatis nostrae, verum et aliis vestibus induit, ita et filii suis adoptivis, seu confratribus Carmeli, justitas et sanctitatis uestimentum prebit. Hoc uestimentum non aliud est, quam scapulare, quod beato Simoni Stock, Ordinis Carmelitani ministro generali, ipsa Virgo propria manu tradidit, dicens: *ecce signum salutis, salus in periculis, fedus pacis et pacti aeterni*. Illud uestimentum dedit Maria, ut signum: *ecce signum*. Illud etiam hodie proponam, ut signum mirabilis foderis, protectionis et salutis. Scapulare est signum foderis, quia qui illud pie gestant speciali federe Virginis Mariae ununtur. *Est signum protectionis*, quia illos Virgo efficaciter protegit. *Est signum salutis*, quia eorum saluti singulari cura et solicitudine Maria invigilat. Scapulare iis, qui illud pie deferunt, est 1. signum foderis; 2. signum protectionis; 3. signum salutis.

## I PARS.

*Scapulare est signum foderis.*

Sicut prima omnium mulierum dicta est *Heva*, seu mater omnium viventium, ita, inquit sanctus Epiphanius, nobilissima et perfectissima omnium mulierum Maria, *vera est Heva*, eo quod sit mater viventium, id est omnium praedestinationum, quos ipsa juxta Christi crucem in dolore paperit. Jamvero inter adoptivos illos Marie filios, aliqui habentur speciali quodam modo adoptati et Marie fili, religiosi scilicet Ordinis Carmelitani; ac etiam quicunque confraternitati scapularis nomen dedere. Sicut enim, licet omnes apostoli essent adoptivi Marie filii, specialiter tamen sanctus Joannes Evangelista filius ejus dicitur: *mulier, ecce filius tuus*: ita licet omnes predestinati,

sint adoptivi Marie filii, Carmelite tamen et confratres scapulare gestantes speciali quodam titulo ejus censentur filii: quia eos Maria ut filios modo quodam spiritualiter genuit et lactavit. Unde de quolibet ex iis posset Marie dici: *Mulier, ecce filius tuus*. Qui naturales habent filios, alios sibi in filios minime adoptant; tautus autem Patris aeterni erga nos amor extitit, ut licet Filium naturalem haboret sibi coeternum et coaeternum, nos tamen in filios adoptaverit: *videte qualen charitatem dedit nobis Pater, ut filii Dei nominetur et simus* (1 Jo. 3). Amore quodammodo simili sanctum Carmelitarum Ordinem prosecuta est Maria; licet enim naturalem et aeterno Patri consubstantialem ipsa haberet Filium, adoptivos tamen in Carmelo filios habere voluit, et RR. PP. Carmelitas, ipsisque aggregatos confraternitatis scapularis sodales in filios adoptavit. Imo et adoptati isti Marie filii simili quodam modo generantur quo Patris aeterni Filii. Sicut enim Christus, aeterni Patris Filius, genitus est in aeternitate ex patre sine matre et in tempore ex matre sine patre; ita Carmelita, Marie filii, bis nati sunt in veteri scilicet testamento ex patre Elia sine matre et in novo ex matre Maria sine patre: beatissima enim Virgo eorum spiritualiter genuit. O mirabiles et felicissimos Marie filios! qui quidom non solum filii, verum et primogeniti Mariae filii a summis Pontificibus dicuntur; tum quia in persona protoparentis Elias illam nongensis annis antequam nasceretur, agnoverunt et venerati sunt sub specie illius nubecula, qua sancto huic prophetae apparuit: *ecce nubecula parva, quasi uestigium hominis ascendebat de mari* (III Reg. 18); tum quia, ut plures narrant historici, propheta illius filii primam in honorem Virginis Mariae sacram aediculam extruxerunt: tum quia legitimus sancti illius prophetae filii omnibus seculis pro Maria glorio nonnunquam etiam cum vita discrimine generose deserterunt. Unde inter Mariam Matrem et ejus filios Carmelitas extitit semper vicissitudo quodam amoris et venerationis. Eos enim singulari semper amore prosecuta est Maria, sumque iis testificata est amorem innumeris gratiis et favoribus, quibus eos affectit: vicissim Carmelites, ut legitimi tantu Matris filii, eam

speciali reverentia semper venerati sunt, ac pro illius gloria præteritis saeculi gloriose pugnarunt, sicut et nunc pugnare non desinunt. Ecce fœdus, quod Mariam inter et Carmelitas, neconon seculares scapulare pie gestantes intercedit: non enim cum iis B. Virgo confederatur solum ad debellandas tartareas potestates et ad interrimendas omnes hereses, que in mundo oriuntur; cum iis etiam init fœdus amicitiae et affinitatis, quo ipsa eos in filios adoptivos recipit et ipsi vicissim eam ut matrem venerantur. Si autem magis haberi nequeat possit fœdus, quam matris cum filii, quanto, queso, cum illis suis Carmelitas fœdere adstringitur Maria? Certe tanto, ut magis haberi non posse videatur. Maria vero præterquam quod Carmelitas, ut filiis adoptivis, conjungi preelegit, voluit insuper hujus fœderis signum sensibile eis prebere; nempe scapulare quod gestant et quod beato Simoni Stock, ut signum illius fœderis dedit dicens: *dilectissime fili, hoc recipe tui ordinis scapulare, meæ confraternitatis signum, fœdus pacis et pacti semperni.* Post diluvium Deus cum hominibus fœdus quoddam speciale inire dignatus est et in illius fœderis signum, arcum cœlestem in nubibus posuit, ut hoc signum omnibus notum fieret, illum cum hominibus sempiternum papigisse fœdus: *arcum meum ponam in nubibus: erit signum fœderis inter me et inter terram* (Gen. 9, 13). Sicut autem arcum suum Deus in nubibus posuit, ut signum publicum et sempiternum fœderis, quod cum hominibus statuit, ita et Maria scapulare tradidit, ut signum publicum et aeternum fœderis, quod cum Carmelitinis init. Hoc scapulare est arcus cœlestis Carmelitarum, quo Maria omnibus notum facere voluit, se illis tanto fœdere jungi, ut ipso eorum mater et illi filii ejus adoptivi sint. O qualem Mariæ erga Carmelitas dignationem! o quantum illorum gloriam! si enim gloriantur Iudei, quod filii Abraham essent: *patrem habemus Abraham*, quanto gloriosem est Carmelitus et omnibus scapulare gestantibus, quod Mariæ tanto fœdere uniantur, ut filii ejus adoptivi sint, ac dicere possint: *fili Mariae sumus!* Hoc quidem illis glorioissimum: non sufficeret autem, quod filiorum Mariæ nomen et vestem haberent, nisi opera filiorum Mariæ simul

perficerent. Cum gloriantur Iudei, quod Abram filii essent: *pater noster Abraham est* (Ivan. 8); respondit eis Jesus: *si filii Abrahæ estis, opera Abrahæ facite.* Debet similiter Carmelitus et scapularista, qui filiorum Mariæ titulus gloriantur, filiorum Mariæ opera facere. Ita vivere debent, ut in eorum operibus fulgeant mores et virtutes Mariæ. *Mariam induite quotquot diligitis eam; hec splendeat in moribus, hec fulgeat in actibus* (D. Bonav.). Omnes baptizatos Christi ueste induitos asserit D. Paulus: *quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis* (ad Gal. 3). O splendidam et glorirosam hominis baptizati uestem! junvero uestis illa, qua induitor christianus, est quasi quidam contractus, quo ad Christum imitandum ligatur. Convenire enim debent inter se uestis qua induimur et mores quos gerimus. Imo et videtur, quod ex ipsa ueste agnosciri debent mores illius, qui eam gestat: *habitus mores pronunciet* (Tertull.). Quapropter omnes baptizati, qui Christi ueste induuntur, Christi etiam mores præferre tenentur. Quod autem respectu Christi de omnibus baptizatis dico; dicam similiter respectu Mariæ, de omnibus qui scapularis confraternitati nomen dederunt; cum etenim isti filiorum Mariæ uestem gerant, filiorum etiam ejus mores præferre debent: si filiorum Mariæ nomine et ueste gloriantur, opera filiorum Mariæ perficiant necesse est: oportet, ut marians hic habitus marians virtutes redoleat et pronunciet. Itaque, o vos omnes qui scapulare gestatis, ne impudicitias, helluinationibus, aliisque filiorum diaboli operibus incumbatis; filiorum Mariæ opera gerite et tunc sancta haec uestis erit vere signum filiationis vestrae et fœderis, quod cum ea iniunxisti. Dum autem scapulare est signum fœderis, est etiam signum protectionis.

## II PARS.

*Scapulare est signum protectionis.*

Multis quidem titulis commendatur sacer Carmelitarum Ordo et præcipue ratione antiquitatis; cum ex patre Elia diu ante

Christi Nativitatem, in monte Carmelo ortum duxerit; ubi Carmelita primum filii prophetarum sunt vocati, deinde Esseni dicti et tandem in Ecclesia sub nomine religiosorum montis Carmeli gloriose floruerunt. Sicut autem Mariam et loca sancta in quibus ipsa habitaverat, hi religiosi specialiter venerati sunt, ita et vicissim Maria eos speciali sua protectione semper fovi: hi sunt filii dilectissimi, *quod ipsa spiritualiter genuit* (Greg. XIII), et hi quidem filii charissimi, quos ipsa protegeret non desinit. Verum et ejus protectio ad *seculares*, qui scapulare gerant se extendit: illos et istos sua protectione foveat Maria, quem scutis circumdata videtur, ut utroque protegat. Stat Virgo a dexteris Dei *in vestitu deaurato, circumdata varietate;* seu ut alia versio habet, *circumdata scutis;* circumdatur enim Maria scutis, ut montis Carmeli fratres et confratres scapulare gestantes protegat. *Uno* scuto illos ab ira Dei tuerit: *alio* eis a demonis malitia defendit, et *alio* illos ab innumeris periculis et casibus protegit; unde videtur, scapulare quod et religiosi et *seculares* gestant, esse sigillum et signum publicum protectionis Marie erga illos. Evidenter, scapulare in se et materialiter tantum spectatum est soluminode quoddam panni frustulum; altero ratione signi scapulare quid pretiosissimum censendum, quia non solum est signum foderis quod Maria contrahit cum eo, qui illud deferit; verum est etiam signum singularis protectionis Marie erga eum. Sicut Christus Dominus Sacraenta instituit, tamquam signa efficacia gratiae, quam intra animas nostras operatur, ita Maria instituit, non quidem verum Sacramentum, quia, ut ait Doctor Angelicus, solius Christi est Sacraenta instituire; ipsa instituit scapulare ut signum quoddam morale et sensibile protectionis sum, quam non denegat illis qui illum deferunt, modo in malo hand penitus obdurati et pertinaciter manent. Unde licet scapulare non sit Sacramentum, aliquid tamen Sacramenti habet, nemp rationem signi efficacis: prout nempe exhibet signum aliquo modo efficax protectionis Marie; que cum in aliquo confratre scapulare videt, hoc signo ab ipsa instituto, ad eum protegendum excitatur et movetur. Sacraenta, ut tenet Doctor subtilis, causant

moraliter gratiam, veluti signa a Christo instituta, quibus moverunt et determinarunt ad conferendam gratiam iis, qui illa debite recipiunt. Sicut autem his signis movetur Christus ad dandam gratiam illis, qui ea non indigne recipiunt, ita et scapulare est signum a Maria institutum, quo ipsa movetur et excitatur, ad protectione quadam singulari fovendam eos, qui illud debite deferunt. Sicut etiam in Sacramentis Christus aliquid visible, seu sensible haberi voluit, quo invisibilis eorum effectus significarentur, ita et Maria hanc vestem, quam scapulare vocamus, dedit ut signum externum et visible, quo significaretur protectio singularis, quam non denegat illis qui illud religiose et debite induunt. Propterea dieendum, sanctam hanc vestem a Maria datam esse in ornementum et in signum; data est in ornementum, quia est extensio quedam vestis illius deauratae, qua circumdatur Maria: *in vestitu deaurato, circumdata varietate.* Data est etiam in signum non solum foderis, quod Maria contrahit cum illis, qui eam gestant, verum et protectionis singularis, qua illis semper praesto est. O signum mirabile! o signum efficacissimum, quoad protegendenos montis Carmeli fratres et sodales eorum scapulare portantes Maria allicitur! Narrent omnes qui a pluribus saeculis sacra hanc vestem induerunt, quantos Marianae protectionis effectus percepierint: dicant, quot ex iis a statu peccati ad statum gratiae Maria vocaverit: dicant, quot ex iis a demonis potestate Virgo liberavit, quot aegrotantes subito sanaverit, quot naufragantes e mediis irati maris undis eripuerit, quot ad mortem vulneratis pristine sanitati restituerit, quot a latronum manibus eruerit, quotque ab innumeris aliis periculis salves et incolumes servaverit. Horum prodigiorum historiae satis noscuntur, integrumque eorum enarrationem facundus quique orator nusquam perfidere posset. Scimus, Mariam esse protectricem confratrum montis Carmeli: scimus etiam scapulare esse signum sensible et efficax protectionis ejus; quot vero et quanti hujus protectionis effectus extirrint, scire non valemus. Confidite vos, o felices montis Carmeli fratres; sperate in Maria vos omnes, qui scapularis confraternitati nomen dedidistis; haec

etenim vere vos et in adversis et in prosperis proteget, modo religiose et debite sacram hoc signum deferatis. Attamen heu! flens dico, ex his confratribus multi venerandam illam Virginis vestem suis criminibus deturpant, et dum signum illud protectionis Marie preferunt, Christum et Mariam sceleribus suis ad iracundiam provocant. Hi aliter veste et aliter criminibus suis loquuntur; ueste enim sua dicunt Marie: protege nos: criminibus suis dicunt ei: ne nos protegas. Maria tamen confrates omnes qui scapulare portant, sive justi sint, sive peccatores, vero protegit; non tamen aequaliter. Sicut enim Deus omnibus, etiam peccatoribus quantumvis indignis celestis sua gratiae auxilia confert, at non aequaliter, quia aliis majora et aliis minori gratiae sua dona largitur; ita Maria omnes Ordinis Carmelitani fratres omnesque scapulare gestantes protectione sua loves, haud aequaliter vero, quia alios magis et alios minus protegit. Quis censeat, Mariam singulariter diligere et protegere hos confratricitatis scapularis alumno, qui obsecnis impudicitias vacant, qui errietatis scandalosis indulgent, qui turpibus usurarum lucris crumenam implent et qui cor invidia, vindicta, dole et aliis pravis affectibus turbatum habent? Crediderim, quod istos aliquo modo Maria proteget; certe non protectione tanta, quanta eos qui ei pie et devote inserviunt. Imo et timendum, ne in magnis et obstinatis peccatoribus scapulare sit signum quoddam vanum protectionis Marie: quia in iis protectionem quidem ejus significat, verum ita exiguum, ut quasi ad nihilum sit eis profutura. Itaque, o fratres, ita pie et religiose scapulare deferete, ut sit vobis signum efficax pregrandis protectionis Marie: ac etiam ut sit vobis signum salutis.

### DIRECCIÓN GENERAL DE INVESTIGACIONES

#### III PARS.

##### *Scapulare est signum salutis.*

Salutis nostras mysterium ita absconditum est et inscrutabile, ut nisi ex speciali Dei revelatione scire quis possit, an de-

praedestinationum numero sit: nisi ex speciali Dei revelatione sciri non potest, quos Deus sibi elegit (Trid. sess. 6, c. 12). Altissimum, hoc mysterium magno Dei sigillo obsignatur; unde ipse solus illud penetrare valet, ipsique soli praedestinationum numerus est, agnitus: *habens signaculum hoc, novit Dominus qui sunt ejus* (2 Tim. 2.). Licet autem de hoc mysterio apud homines certa non habeatur scientia, aliqua tamen a theologis adnotantur praedestinationis signa, quae certitudine quadam morali indicant, qui de praedestinationum numero censantur, inter quae non ultimum locum tenet devotio erga B. V. Mariam, que, inquit S. Bernardus, *certissimum est signum salutis eternae consequendae*. Cui accinit S. Anselmus dicens, affectionem internum pietatis et devotionis erga B. Virginem esse magnum praedestinationis signum: *cui saltem ita concessum fuerit, saepe dulci studio cogitare de Virgine, magnum promerende salutis indicium esse conjecto* (de excell. Virg.). Potentissima in celo regnat Maria: ipsi enim a Christo omnis potestas collata est: *data est tibi omnis potestas in celo et in terra*, inquit Petrus Damiani (ser. 1 de Natio. Virg.). Et ut assert S. Anselmus, ita potens in celo est Maria, ut quidquid ipsa voluerit, fiat: *quidquid tu Virgo velis, nequam fieri non poterit* (ibid.). Cum igitur Maria sit apud Deum potentissima, tot gratias, totque auxilia in favorem clientum suorum, ac eorum qui ipsi sincero corde obsequuntur, a Deo obtinet, ut hi medianibus his auxiliis, a peccatis suis facile surgant, in bono perseverent et aeternam beatitudinem obtineant. Et ideo devotio illa, qua multi erga B. Virginem feruntur, habetur uti signum salutis: *servare Marie certissimum est signum salutis eternae consequendae*. Quod de omnibus devote Mariam coelentibus assero, potiori quedam jure dicendum de his, qui scapularis confraternitati nomen dederunt: hoc enim scapulare, si ab illi pie et debite deferatur, fit iis in signum salutis, cum illud, ut signum salutis aeternae consequendae, beato Simoni Stock dederit Maria, dicens: *ecce signum salutis*. Non dixi, scapulare omnibus, qui illud quomodocumque usque ad mortem deferunt, esse signum infal-

libile salutis; ex illis namque multi forte dañonantur. Tantum dixi, scapulare esse signum salutis iis qui illud pie gestant et qui ex pio in Mariam affectu omnia, quae ad confraternitatem scapularis spectant, usque ad mortem implere satagunt. Iis equidem scapulare est verum salutis signum, quia cum vilet Virgo confraternitatis scapularis alumnos hoc ejus ueste induitos, ac pie et devote adimplentes illa, quae eorum instituti sunt, eosdem ut filios agnoscit, speciali protectione sovet; ab iis peccandi occasione avertit, hisque a Christo tantam gratiarum copiam, ac tot et tanta auxilia spiritualia impetrat, ut nonnisi difficile perire possint: ac proinde scapulare si debita cum devotione feratur, sit illis magnum et certum salutis signum. Non semel demiratus sum sanctorum Anselmi et Bernardi verba assertorium, eos qui Mariam pie colunt, perire non posse: *qui ad Mariam accesserat, inquit sanctus Anselmus, impossibile est ut pereat.* Et, ut fatur sanctus Bernardus, Mariam alloquens: *sicut a te aversus et despectus necesse est quod pereat; sic ad te reversus et a te respectus impossibile est, quod pereat* (sup. Missus). Quo modo, queso, perire non potest, qui magno devotionis et venerationis affectu Mariam prosequitur? Nonne potest hic in mortale aliquod peccatum cadere, ac in peccato usque ad mortem perseverare et sic damnari? Potest equidem absolute loquendo, rarissime tamen hoc accidit: et ideo hoc impossibile fatentur sancti Patres, quia hoc raro et difficile contingere potest. Sicut enim, cum ait scriptura, impossibile esse divitem intrare in regnum colorum, ibi *impossibile idem sonat ac difficile* (Marc. 10), ita et cum dicitur, impossibile esse eum, qui devotus est Mariæ, perire, idem est ac si dicatur difficile esse illum perire, quia scilicet Maria uestis et pīs suis clientibus tot gratias toligne auxilia impetrat, ut difficultatum et moraliter impossibile sit, quod pereant. Gaudete omnes quia Mariæ estis devoti; gaudete et exultate in illa, utpote quod per eam ita de salute vestra sitis securi, ut quasi perire nequeatis. Gaudient potissimum adoptivi Mariæ filii; gaudient qui scapulare gerunt: si enim ex pio erga Virginem affectu

illud deferant, ac ea adimplere satagant, que ad illorum statum pertinent, nunquam peribunt, aeternum nunquam patiuntur incendium; scapulare illi magnum salutis signum erit. Proh dolor! e contra quo scapulare collo, vel brachio alligatum gerunt et de adimplendi, que ad confraternitatem scapularis pertinent, nec cogitant, nec curant! Credunt insani, quod nunquam peribunt, modo hanc Mariæ uestem quoniam docunq[ue] deferant; et falluntur maxime: nam scapulare duo testatur; nempe uestem illam, quae defertur, et spiritum internum quo defertur. Quae duo ita inter se copulantur, ut si quis uestem hanc sine spiritu interno deferas, ad nihil ei sit profutura; uestisque hec, quam quis sine spiritu interno defert, non vere scapulare, potius cadaver scapularis dicenda sit. Sicut enim fidem a charitate separatam sanctus Bernardus vocat *cadaver fidei*, ita uestis hec a spiritu interno sejuncta, non vere scapulare, sed quasi cadaver et apparentia quedam scapularis censemur. Sicut etiam fides a charitate separata salutem non operatur, ita et scapulare, nisi cum spiritu interno deferratur, non erit *signum salutis*; tantummodo quasi cadaver et apparentia quedam signum salutis. Itaque, o fratres, hanc uestem interiori spiritu animatam deferte; eo ipso quo ei induimini, vos ut Marie adoptivos filios inspice et ea que sunt filiorum respectu sanctissimus illius matris perficite. Si eam ut matrem inspicatis, totis viribus hand dubie contendatis filio ejus Christo non displicere; nec enim matri placere potest, qui filium ejus offendit. Si eam ut matrem vestram agnoscatis, eni omnia pro viribus adimplere conabimini, que ad confraternitatem illam spectant, que vos ejus filios efficit. Si autem haec omnia solerter et constanter perficiatis, scapulare vobis non solum erit in signum fidelis et protectionis, verum etiam in signum salutis aeternae. Amen.

## DE SANCTA MARGARITA

## CONCIO UNICA.

*Simile est regnum colorum homini negotiatori,  
quarenti bonas margaritas (Math. 13).*

Sancta romana Ecclesia, spirituale Iesu Christi regnum in terra, tota occupatur in comparandis veris et spiritualibus margaritis; summo affectu querit eximiae virtutis fideles, qui sanctitate sua tantum supra alios emineant, quantum supra arenam et lutum vere eminent margarites. Hujusmodi autem querit margaritas, que predo suo terrena omnia transcendunt et quarum fulgore celestis Jerosolymae atria niteant. Perilustris illa virgo, cuius hodie solemnia colimus, est una ex pretiosis illis margaritis, quam in Antiochiae Pysidie urbe, sancta inventa Ecclesia. Genitum eam vir infidelis, mulier christiana illam educavit, illustris illam exercitum dux in sponsam peroptavit, totum eam demiratus est orbis terrarum: illam denique in sinu suo celi receperunt, ubi eternis ac incorruptilibus coronis ditatur et coronatur. Ibi angelii pretiosam hanc margaritam non abeque magna animi voluptate contemplantur: ibi sanctissime illius virginis virtutes, praemia et triumphos attoniti admirantur; ibique simul cum illa sequuntur agnum quocumque ierit. O utinam unus aliquis ex coelestibus spiritibus ornatissimum locum istum nunc occuparet et coram augusto hoc ecce de portentosis praedclare illius virginis gestis, passionibus, miraculis et trophyis dissereret! Utinam ex coelestibus intelligentiis aliquam Deus mitterat, ut pulchritudinem summorumque coelestis illius margarite pretium nobis explicaret! Tanta enim virginis laudes digno eloquo prosequi, non tam hominum, quam angelorum munus est; ejusque merita non tam humana, quam angelica digna sunt eloquentia. Meam hac

## Concio de Sancta Margarita

65

in parte fateor infirmitatem: totam, si qua in me est facundia, peregrinis tante virginis imparens sentio meritis: de ea digne loqui non presumo: ideo ut de ea quocumque modo disseram, supernis Spiritus sancti auxiliis ego. Ave.

Dotores non pauci docent, Christum esse pretiosam, et mysticam illam margaritam, pro qua comparanda quisque sua omnia expendere debet. Quomodo autem Christus sit miranda hac margarita praelare explicat Doctor Angelicus, dicens, eam vere esse margaritam ratione puritatis sue, soliditatis sue et pretii sui: *quia candidus propter puritatem: quia solidus propter sanctitudinem: quia pretiosus propter Deitatem* (ser. de s. Margarita). Christus quidem dicitur colestis et admirabilis margarita, que omnes alias puritate, soliditate, et pretio suo longe transcendit. Similiter ad sancte Margarite laudem dici potest, quod non modo vere gemma et margarita exitterit, *ratione puritatis sue*, que fuit admirabilis; *ratione soliditatis sue*, que fuit inflexibilis; *et ratione pretii sui*, quod fuit inestimabile. S. Margarita fuit gemma mystica 1. propter puritatem suam; 2. propter soliditatem suam; 3. propter pretium suum.

## I PARS.

*Sancta Margarita fuit gemma mystica ratione  
puritatis sue.*

Praedclare dixit Doctor Angelicus, res eo esse puriores, quo magis ab immunditia elongantur, quia, inquit, *paritas sumitur per elongationem ab impuro* (l. p. q. 17). Hoc posito principio, omnium oculis facile patet mirabile extitisse S. Margarite puritatem, utpote quia haec virgo sacra a paganismi, luxurie, ac omnium vitiorum immunditius perfectissime se elongaverit. In medio Gentilium, impudicorum et hominum omnium vitiorum generi deditorum, vivebat sancta Margarita; se autem purissimam servavit margaritam, cum l. inter Gentiles vivens totaliter se elongavit a paganismi immunditius;

2. inter impudicos degens ab omni luxurie iniquinamento penitus abstinuit; 3. inter homines omni vitiorum genere detitus versata ab omni viti turpitudine abhorruit.

1. Sordes suas, easque maximas habet paganismus; ipsum quoque pagani et idololatras nomen sordidum. Et si verum sit ab omni peccato nostras fodari animas, nullum sane a quo magis inquinatur, quam ab idolatria, que ideo a Tertulliano omnium criminum summum vocatur: *principale crimen generis humani, summus reatus.* In orbe autem Antiochiae, medios inter gentiles et idololatras orta erat illustris virgo Margarita; ipse quoque ejus pater paganus erat et in Herculis templo sacerdotis munia obibat; haec autem vere Margarita fuit purissima, quae in medio ethnorum et idololatrarum vivens, nec vel minimum a fodissima idololatrie labo contaminata est. Quod non sine magna Dei providentia actum fuisse patet: mortua enim matre, pater licet Gentilis christiana ac pie matrone Margaritam nutriendam tradidit. Quae religiosa mulier, non nutritis solum, verum et pie educatrixis munere functa est; nec materiali solum lacte, simul et solidis doctrinæ christiane cibo Margaritam aluit. Aestate crescebat puella, unaque bonis crescebat moribus; proficiebat astate, pariterque sapientia christiana proficiebat. A pia nutrice discobat Christi virtutes colore et paganismi iniquinamenta devitare: ab ea ad Dei amorem et ad odium idolorum excitabatur, tantosque adolescentula haec sub pie magistræ disciplina in via virtutis progressus brevi fecit, ut in primis vite sue amis deos Gentilium detestaretur et ab omni idolorum cultu toto celo abhorret. Unde sicut gemma in medio aquarum maris formata, nil de maris salzedine retinet; ita Margarita in medio paganorum nutrita, nil de paganismi immunditia contraxit. De sacra hac virginie eadem fere diei possent, quæ de Centurione dixit sanctus Petrus Chrysologus, qui multas ejus virtutes adnotat et laudat his verbis: *cidetis penes centurionem divinitatis reverentiam, penes gentilem legis cultum, penes militem stipendum gratia, penes romanum fidei doctrinam, in frigore pagano christianum fervorem* (ser. 102). Dicamus similiter

de sancta Margarita, quod haec sacerdotis idolorum filia idola summopere abhorreat: quod haec inter idololatras nata et educata virtutibus christianis, iisque eminentissimis fulgeat: quod tandem haec inter paganos et infideles vivens, tanta pollet puritate et innocentia, ut a paganismi immunditia penitus elongetur. Ad haec ita pura extitit sancta Margarita, ut licet *inter impudicos degereret, ab omni tamen luxurie iniquinamento abstineretur.*

2. Omnium sane vitiorum turpius est luxuria, que simul et animam et corpus deturpat; que jumentis insipientibus homines similes efficit et personam huic vita deditam, abominandam et execrabilis reddit. *Immunditia tua execrabilis* (Ezecl. 14). Margarita autem, licet inter homines libidinosos versaretur, nescivit labem nivi pudoris: nulla in ea libidinis macula exstitit, ac quidquid ad luxuriam quocumque modo allucere potest, toto corde exhorrerit. Aliena profecto fuit Margarita a plerisque hujus aevi adolescentibus, quæ vestibus pretiosis, prædictibus ornamenti, pulchritudine elaborata, turpi et incantatrice carnis suæ nuditate, nec non aquivicio, imo turpibus et scurrilibus verbis ad fodi homines trahunt; fluntque, ut loquitur Tertullianus, quasi invitatoria quedam ad libidinem: *invitatorium libidinis scimus (de cult. fem. 2, 2).* Nihil enim in Margarita, quod virginem pudorem non redoleret, nisi quod a modestia christiana tantillum declinaret: ejusque cor ab omni luxurie studio tam procil aberat, ut millies mori maluisset, quam vel minimæ luxurie macula carnem suam denigrare. Tanta puritate nitebat Margarita, ut simili fuisse videatur celestibus illi spiritibus, quos Deus Sodomam misit. Hi enim angeli sub humana specie cum sodomitis versabantur, quibuscum hominibus fodioribus libidinibus deditis colloquia miscerant, nec tamen vel minimæ unquam luxurie labo contaminari potuerunt. Sic, licet inter libidinosos Antiochenas urbis incolas habitatet Margarita, ab omni tamen eorum immunditia prorsus abstinet, suamque virginitatem illibatum servavit. O mirandam Virginis hujus paritatem! que adhuc mirabilior appareat, dum licet sacra haec virgo inter homines omni vitiorum generi

*deditos versaretur, ab omni tamen viti turpitudine se elongavit.*

3. Non sola luxuria, verum et omne mortale peccatum est gravis immunditia, que hominis animam turpem, fedam, Deoque execrabilis reddit. Et ideo de anima peccatrice conqueritur Deus, dicens: *maculata es in iniuitate tua coram me* (Jer. 2, 22). Quasi dicat: nulli placere nequaquam potes, cum turbibus peccati inquinamopis maculata sis. Margarita autem, quantum humana patitur infirmitas, ab omni se peccato imminem servavit; nullum enim scimus in ea fuisse peccatum: et venia, in qua incidit, ita levia extiterunt, ut quasi nulla censenda videantur. Et ideo sancta haec virgo quodammodo similis fuisse videtur Christo, virginum sponso, qui ab omni prorsus peccato segregatus et ut loquitur D. Paulus, fuit *innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus* (ad Hebr. 7). Margarita enim ita ab omni inquinamento peccati immunis evasit, ut peccati gravis et omnium criminum macula nec minimum eam defaverit. Quia queso, peccati macula inquinari potuit haec filia, in qua mirabilis elexit omnium virtutum concentus? Quia superbia adnotari potuit in adolescentia, que christianam humilitatem perfectissime coluit? Quia avaritia in ea, que temporalia cuneta pro Christi sponsi sui amore despexit? Quia libido in ea, que pro tuenda virginitate usque ad mortem generosissime decertavit? Quia ambitio in ea, que ad altiores gradus sublimari recusavit? Quia ira in ea, que velut agnus innocens ad victimam duecebatur? In Margarita quidem, non peccata, imo omnium virtutum species mirabiliter eluxerunt: tanta in ea puritas, ut illam non solus paganismi et luxuria, verum et omnis saltem gravis cuiusque peccati immunditia nec tetigerit. Miramini tantam in sexu fragili puritatem; miramini Margaritam, que gemma est Ita pura, ut ab omni prorsus immunditia aliena sit: hanc miramini virginem, simulque ejus æmulamini puritatem. Vestra et corda et corpora purificate; procul a vobis omnem infidelitatem, libidinis et cuiusvis peccati immunditudinem abjecite. Ab omni prorsus immunditia vestras lavate conscientias et puritatem sectamini

instar sancte Margaritæ, que gemma fuit admirabilis propter paritatem suam; ac etiam propter soliditatem suam.

## II PARS.

*Sancta Margarita fuit gemma mystica,  
ratione soliditalis sua.*

Corpora, que solida et dura sunt, id proprium habent, quibus feriuntur ictibus resistere. Id quotidiana docet experientia, qua enique constat, quod quo solidiora sunt corpora, eo ad resistendum sunt aptiora. Et hoc est fundamentum, cui innixus claram probabo, sanctam Margaritam fuisse vere gemmam mysticam ratione soliditatis sue; quia scilicet generose restituti patri, amasio et dæmoni. Restituti: 1. patri irato; 2. amasio amore succenso; 3. dæmoni horrendo.

1. Mox ut Edeus, Margarite pater, filiam christiane religioni nomen et affectum dedisse novit, varii passionibus habebas remisit. Jan de diis suis conquerebatur, quod ei filiam dederint, a quo eorum ervertenda forent altaria: tum rationibus cunctis, quas humana suggerebat sapientia, filiam ad idola collenda allucere conabatur; nunc blanditius et pluribus promissis eam ad sibi parendum adducere pertentabat; minis deinde et suppliciis ad eam a proposito deterrandam utebatur; solitis enim spoliavat vestibus, vili eam induit sacco, carceri mancipavit, nihilque non tentavit, ut illam ad christiane religioni abrenunciandum adduceret. Tunc Margarita vere gemma apparuit ratione soliditatis sue, quia irato parenti fortissime et generosissime restituti, ut Dei, qui Pater omnium est, voluntati obtemperaret. Proße sciebat pia adolescentula, quod cum celestis et terreni patris mandata opponuntur, terreno quisque resistere debet patri, ut colesti parent: *terrenus pater celesti postponendus est Patri* (Ghrysol., ser. 19). Ideo clamat, irascatur, minetur, ac quantum voluerit, Margaritan feriat terrenus pater, necon nonna que poterit in christianam adolescentulam

moliatur; inanes evadent omnes furentis patris conatus; terrum enim patrem ipsa colesti semper postponet; ac terreno semper resistet, ut colesti debitam obedientiam prestet. Deus, qui inimicos diligere praecepit, vult a tortiori quod parentes diligamus; eo tamen ordine, ut eum majori, quam parentes, amore prosequamur. Et ideo jubet, ut aliquando parentes odio habeamus, dicens: *si quis venit ad me, et non odit patrem, et matrem, et uxorem, non potest meus esse discipulus* (Luc. 14). Non quidem eos odio habere debemus, ut parentes et genitores nostros, verum ut anima et salutis nostre hostes; cum, scilicet, contraria saluti precipiunt; conque id prohibent, quod Deus jubet. Tunc a nobis odio habendi, eisque fortiter resistendum, ut iubenti Deo obtemperemus; tunc Pater celestis terreno patri est preponendus: *amandus est genitor, sed preponendus est Creator* (S. August.). Rectum autem et pius hunc charitatis ordinem perfectissime adimplivit Margarita; terrenum enim patrem et amavit et exhorruit; eum amavit ut patrem, et in eo que juris paterni erant illum antem odio habuit, ut anima sue hostem, eique fortiter restitut, cum salutis contraaria imperavit. Et ideo haec Virgo vere gemma dicenda ratione soliditatis, quia scilicet irato et inqua iubenti restitut patri: *ac etiam quia restitut amasio, amore ejus successo.*

2. Margarita, quae pietate et generositate sua patri exosa effecta fuerat, in paupertate et humilitate inter homines versabatur, vilibus inducatur vestibus, tenui cibo vescebatur et ab hominibus despici optabat, ut Christo anima sua sponso placaret. Non tamen merita ei pulchritudinem suam ita abscondere potuit virgo præclarra, ut hominibus ignota manerent. Olybrius enim provincias unius gubernaverat, amore illius captus, eam in sponsam desideravit, eamque in uxorem ab Edeso patre suppplex petiit: amasi votis annuit pater et ut filiam a religionis proposito averteret, illamque ad nuptias cum Olybrio incendens aliceret, his fere verbis eam allocutus perhibetur: nости, o filia, quanto dolore afficiatur cor meum: scis, quod meroe conficiar ob tunu agendi modum. Quare si quid in te

bonae indolis, si quid in te erga patrem reverentie superest, audi verba oris mei; audi patrem, qui tui magis, quam sui ipsius sollicitus, in sponsum tibi offerre vult Olybrium, virum nobilem, terrenis facultatibus affluentem, ducem exercitus et provincie unius rectorem, qui te in sponsum summo affectu desiderat: vide, quid sis mihi responsuma, o filia; prius tamen serio pondera, quantus ex proposito matrimonio tibi, totique familie honor, quanta felicitas, quanta bona sint eventura. Non dum cogitavit virgo; contempta omni mundi aura, spretis cunctis scibili bonis, respondit: o pater, unus mihi est sponsus in celo; ut ergo illi injuriam non inferam, nullum alium unquam amatorem admittam. Velim, Olybrium totius mundi imperatorem, terrenarum omnium facultatum dominum, præclaris omnibus animi et corporis dotibus esse ditatum, illum nunquam in sponsum admittam; quia eo nobiliorem, diutinem et pulchriorum sponsum habeo in celo: *sponsum offertis, meliorem reperi.* Videns Olybrius se a Margarita despici, ex amore mutatus est in tyrannum, eam ut christianam et deorum iniamicam apprehendendi curat, tetro eam carcere includi jubet; alimenta ei subtrahi imperat, paucisque ab hinc diebus, iniqui hujus tyranni ordinatione, flagellis dirissime excepta, ferreis pectinibus excarnificata, in accensum rogum projecti et gravissimis aliis suppliciis cruciata tentatur. Quia omnia facile vitare potuisse virgo, si Olybrium in sponsum sumere volisset. Sicut autem de Eustochio virginem sit S. Hieronymus, quod *noluit militis esse uxori, sed regis*, Christi scilicet; ita et sancta Margarita Olybrii restitut adulanti, nuptias offerenti, minas intentanti, variis eam suppliciis addicenti, nec unquam militis et duecis illius sponsa esse voluit, sed Christi. O mirabile virginem, quae vere gemmam se prodit, ratione soliditatis, cum fortiter restitut amasio suo Olybrio, *ac etiam horrendo daemoni.*

3. Non adversus homines solum, etiam adversus aereas protestates decerpit Margarita: in mediis enim suppliciis adversus virginem hanc insurrexit satanas, ut terroret eam, quam dira quaque tormenta minime terruerant. In carcere erat

Margarita, cum sub horrendi specie draconis, ore et naribus tartarosa flammis emitentis, ei daemon apparuit, qui ad eam accessit, quasi illam devorare pertentans: ipsa vero, invocato Christi sponsi sui nomine, illud phantasma cito fugavit. Cum beatam Justinam virginem ad diligendum Cyprianum magum allucere voluit demon, a Virgine, inquit S. Gregorius Nazianzenus, non secus a bellico quadam machina repellitur (orat. 18). Margarita similiter portentosum repulit daemoneum, ei generose restitut, illumque in fugam convertit. O mirandam virginem, quae vera gemma mystica exitus ratione soliditatis: dum irato patri, amasio amore ejus succenso, horrendo daemoni fortiter restitut! O utinam sua salutis hostibus sic quisque fortiter resistet! heu! quam pauci patri a salute avertenti, seculi hominibus ad prava alicientibus et urgentibus daemonis tentationibus resistunt! Quam pauci filii ad statum religionis a Deo vocati, alio vocantibus parentibus obsistunt! Quam paucæ filiae amatoribus suis prava suadentibus obstant! Quam pauci homines demonibus tentantibus et ad peccata trahentibus resistere conantur! Certe cum Dei res agitur, in ea segnes et ignavi plurimum esse solent homines, et ad hominum, daemonicisque potius, quam ad Dei partes declinant. Jamvero heu! quis ut Deus, a quo habemus omnia, a quo speramus omnia, et in quo sunt omnia? Quis ut Deus, in quo vivimus, movemur et sumus et sine quo nec unico momento vivere possumus? Quis ut Deus, qui omnia potest, qui omnia est, qui omnia quaecunque vult fecit in celo et in terra, et qui animas nostras salvare potest, vel mittere in gehennam? Certe respectu Dei nihil sunt et pro nihilo a nobis habenda omnia. Suadeat ergo pater, quantum volunt; ad iniqui alicant homines, quantum placuerit; tentent daemones, quantum fas erit; parentibus, iniqui amatoribus et demonibus fortiter resistendum, ut Deo fideliter servatur in star S. Margarite, que fortiter omnibus salutis sue hostibus restitut, et que vere gemma mystica fuit ratione soliditatis sue: ac etiam ratione pretii sui.

## III PARS.

*Sancta Margarita fuit gemma mystica ratione pretii sui.*

Res aliqua dicitur pretiosa a proprio valore, a raritate sua et ab hominum estimatione: *a proprio valore*, cum ex se magni valoris est; *a raritate*, cum raro quid ejusdem rationis inventur; *ab hominum estimatione*, cum eam sapientes pluris faciunt. Margarita autem fuit gemma pretiosa 1. ratione proprii valoris; 2. ratione raritatis sue; 3. ratione estimationis sapientum.

1. Res nonnullæ tantum ex seipsis habent valoris, ut quanti valeant percipi nequeat. Dicite, queso, quanti sit valoris supremus angelorum, quanti sanctus Michael? Quantus sanctus Raphaël? Nemo sane hoc vel conjectari, vel dicere valet. Dicite adiac, si possitis, quanti valoris sit omnium angelorum summus et postremus? Nec id quisquam se agnoscere presunet; omnia enim creatura corpora nihil sunt respectu minimi angelorum. Dicat autem quis, quanti valeat anima una rationalis. Quantus valoris sit anima quacunque spiritualis, ad Dei imaginem creata et pretioso Christi sanguine redempta. Quantus valeat anima illa, cum colestibus divine gratia thesauris dicitur, et sanctis christianarum virtutibus habitibus exornatur? Infiniti quidem est valoris haec anima. Quid ergo dicendum de S. Margarite anima? Quis dicat, quanti sit valoris haec anima, que eminentioribus floruit virtutibus, immensoque gratiarum thesauris possedit? Quis explicit, quanti valoris sit anima illa, quae tota ecclesis fuit, que cum angelis magis quam cum hominibus conversabatur, et qua in corpore virgineo tota Deo vixit consecrata? Certe non ab hominibus, a Deo solo concepi potest, quantus sit ejus valor, et quale pretium ejus: *procul et de ultimis finibus pretium ejus*. Propriam interpellabat animam D. Augustinus dicens: *erge te, anima mea, tanti vales*: quasi dicat cuiusque hominis animam incomprehensi-

bilis esse valoris, et ideo supra terrena omnia esse erigendam. Quis ergo explicit quanti valoris exititerit S. Margarita anima, que supra naturalem suum valorem innumeris virtutibus, gratia et dotibus fuit ditata? Certe pretiosa haec fuit Margarita ratione proprii valoris: ac *etiam ratione raritatis sue.*

2. Si credamus divo Hieronymo,  *preciosum dicitur omne quod rara.* Quod quotidiana probari posset experientia, qua constat, communis ab hominibus despici, rara vero ab iis plurimum estimari. Et ideo praeclare dixit Tertullianus, rerum abundantiam sibi meti ipsa injuriam facere: *semper abundantia contumeliosa in semetipsa est* (*de hab. mul. 7.*) Si homines perfecte cognoscerent, quanti qualibet res ex se valeat, res non a raritate, sed a proprio cuiusque valore estimarent; quia vero cognoscere nequeunt, quanti ex se qualibet res valeat, rerum valorum ab earum raritate desunt, easque saepe eo pretiosiores censeant, quo rariores sunt: *rebus pretium raritas facit* (*S. Bern., ep. 148.*) Posito hoc principio, de omnibus quidem sanctis, qui extraordinaire sanctitatem praefulserunt, dici posset, eos in conspectu Domini esse pretiosos, quia hujusmodi sancti gemmis et auro sunt rariores. Quid tamen speciale ad S. Margaritam laudem dicamus, eamque gemmam pretiosam praedicamus, quia rara multa in ea virtutes, raraque et pretiosa dona extitere, que in aliis sanctis ut plurimum haud inveniuntur. Quid enim rarius, quam quod sacerdotis gentilis filia templum fiat Spiritus Sancti? Quid rarius, quam quod inter medios idololatras, impudicos et scelerosos homines, ipsi fidelis, pura, intacta et innocens permaneat? Quid rarius, quam quod formidandi patris, amatoris et tyrannorum persecutionibus adolescentula illi resistat? Quid tandem rarius, quam quod in medio infidelitatis et paganismi signi reperiatur filia, que profide catholicis generose decerret, que pro Christi gloria sanguinem fundat, et homines, daemonesque terreat. Haec vere est gemma pretiosa ratione raritatis sue, ac *etiam ratione estimationis sapientum.*

3. Si ab Olybrio, Gentilibus, aliquis viris insipientibus queramus, quanti faciant Margaritam, non dubium quin eam par-

vipendant, eamque omni dignitate, omniisque honore indignum consequant. E contra si viros christiana et vera sapientia predditos interrogemus, nullus reperietur qui eam non plurimi faciat. Eam tanti faciunt summi Pontifices, imperatores, reges et omnes orbis christiani principes, ut illam cuncti supplices invocent, ejus patrocinio omnes fulciri current, ejus reliquias cuncti venerentur, nec aliquis eorum inveniatur, qui coram minimo ex ossibus ejus procumbere recusat. Ecce mundi hujus sapientes Margaritam non estimarent, cum Deus, cuius sapientia infinita, eam plurimi fecerit, samque ab hominibus estimari et honorari curaverit? eam tanti fecit Deus, ut ministerio illius miracula multa operari voluerit, quae spectantes in admirationem rapuerunt; tanti eam fecit Deus, ut potestatem ei dederit supra principes et potestates; contuleritque ei celestem quamdam virtutem, qua de principibus et tyramnis gloriose triumphavit; eam Deus tanti fecit, ut ejus reliquias in variis mundi partibus honorari voluerit, eamque in eternum angelis et hominibus venerandam proposuerit. Sic a Deo et a mundi sapientibus estimatur Margarita; et ideo dicenda gemma omnino pretiosa non solum ratione proprii valoris et raritatis sue, verum etiam ratione estimationis sapientum: *hanc est pretiosa margarita.* Mirabile hanc demiremur gemmam, ac pariter mirabiles ejus spectemus virtutes. Sicut in gemmis materialibus multe latent virtutes, que hominum sanitati conferenda non parum presunt, ita et Margarita virgo est gemma, cuius maxima virtus, maximaque apud Deum potestas: ideoque sanctam hanc virginem supplices invocemus, ut ejus virtute corporis animaque salutem a Deo impetraremus. Praeclare dixit sanctus Joannes Climacus, quemque in hoc mundo suo egere Moysè, seu potente quodam apud Deum intercessore indigere: *aliquo prorsus Moyse ad Deum, ac post Deum mediatore nobis opus est* (*grad. 1.*) Apud Deum potentissima deprecatur Margarita; ergo illam in Moysem vestrum accipite, ad eam in necessitatibus vestris accurrите, ejusque auxilium, in iis precipue que salutis vestre sunt, supplices implorate. Non ab ea solum petatis, ut ab hac vel illa vos corporis infirmitate liberet.

ast summo cordis affectu eam rogare, ut cordis humilitatem, carnis puritatem, ardorem charitatem, aliasque virtutes vobis a Deo obtineat. Vultis de aliqua triumphare passione, que vobis dominatur? vestrum invoke Moysen. Vultis urgenti cum dampnum tentationis resistere? ad Moysen vestrum accurrite. Vultis vitia extirpare, urgentes carnis motus domare, vel virtutem aliquam acquirere? ad vestrum advolte Moysen. In omnibus denique sive spiritus, sive corporis necessitatibus, sancte Margarite patrocinium supplices postulare; ejusque intercessione peccati odium, virtutis amorem, gratiam et gloriam dabit vobis Dominus. Amen.

### DE SANCTA MAGDALENA

#### CONCIO UNICA.

*Dilexit multum* (Luc. 7, 47).

Veri, hinc et aetate similis extitit Magdalena vita. Verum vita ejus tempus fuit illud, quo ipsa erat in civitate peccatrix; tunc enim, velut in florido vere, Magdalena pulchritudine, vestibus, crinimque decora florebat. Hunc veri successit hyems nubibus et pluvias, id est dolore et lacrymis plena; cum scilicet procumbens ad Christi pedes, abjectis juventutis floribus et penitentiae operibus vacans, multis lacrymis sua crimina abluere studuit. Vita tandem ejus vestas fuit totum illud tempus, quo cor ejus mirum in modum divino astuavit amore, et quasi amoris divini fornax extitit (D. Bern. ser. de Magd.). De vere et hieme vita ejus, seu de peccatis in que incidit, et de uberrimis lacrymis, quas fudit Magdalena, speciales conciones alibi instituimus. Unde solum supervast, ut jam de aestate, seu de amore, quo succensa fuit, disseramus. Ante conversionem

suam dilexerat multum Magdalena; qua autem tunc amaverat, vana erant, profana erant, mundana erant, turpia erant. A tempore autem conversionis hec omnia exhorruit, qua antea dilexerat, nihilque aliud amavit quam Deum suum, quem non aliquantulum, imo multum dilexit. *Dilexit multum.* De isto Magdalena in Christum amore jam disseremus. *Ave.*

Christus Dominus, qui interdum in amicorum suorum landes prouincias dignabatur, laudavit in Chananæa et Centurione fidem, in Nathanael's cordis simplicitatem, in Petro divinitatis agitionem et in Baptista austera penitentiam, necon firmam animi constantiam, qua prædictus fulgebat. In Magdalena virtutem omnium regiam laudat, predicatque charitatem. *Dilexit multum.*

Perfectissime noverat Christus id, quod in Magdalena erat landabilis et paucissimis verbis docuit nos, in quo potissimum illam laudare oporteat, cum in ejus laudem dixit, quod multum dilexerit. Divinum hunc admiremur Magdalene preconem, discamus ab illo, in quo eam laudare debeamus, ab illo summamus dicendi materiam, et cum illo dicamus, quod Magdalena *dilexit multum*. Deum quidem multum dilexit hec mulier, cum eum dilexerit 1. amore fortis et generoso; 2. amore liberali et prodigo; 3. amore ardentis et fervido. Magdalena Deum amavit amore generoso, liberali et ardente: en tres hujus concionis partes, quibus constabit, quod illa *dilexit multum*.

1 PARS.

*Magdalena Christum dilexit amore generoso.*

UNIVERSIDAD NACIONAL DE NUEVO LEÓN  
BIBLIOTECA DE BIBLIOTECAS

Deum Magdalena post conversionem suam amavit, ejusque amor semper fortis et generosus extitit, atque tunc generosior videtur, cum peccatrix illa mulier ad Christum Dominum conversa est; tunc enim Christi amore succensa fortiter triumphavit de deliciis, de pudore et de timore. Ita tunc generosus

ast summo cordis affectu eam rogare, ut cordis humilitatem, carnis puritatem, ardorem charitatem, aliasque virtutes vobis a Deo obtineat. Vultis de aliqua triumphare passione, que vobis dominatur? vestrum invoke Moysen. Vultis urgenti cum dampnum tentationis resistere? ad Moysen vestrum accurrите. Vultis vitia extirpare, urgentes carnis motus domare, vel virtutem aliquam acquirere? ad vestrum advolte Moysen. In omnibus denique sive spiritus, sive corporis necessitatibus, sancte Margarite patrocinium supplices postulat; ejusque intercessione peccati odium, virtutis amorem, gratiam et gloriam dabit vobis Dominus. Amen.

### DE SANCTA MAGDALENA

#### CONCIO UNICA.

*Dilexit multum* (Luc. 7, 47).

Veri, hinc et aetate similis extitit Magdalena vita. Verum vita ejus tempus fuit illud, quo ipsa erat in civitate peccatrix; tunc enim, velut in florido vere, Magdalena pulchritudine, vestibus, crinimque decora florebat. Hunc veri successit hyems nubibus et pluvias, id est dolore et lacrymis plena; cum scilicet procumbens ad Christi pedes, abjectio juventutis floribus et penitentiae operibus vacans, multis lacrymis sua crimina abluere studuit. Vita tandem ejus vestas fuit totum illud tempus, quo cor ejus mirum in modum divino astuavit amore, et quasi amoris divini fornax extitit (D. Bern. ser. de Magd.). De vere et hieme vita ejus, seu de peccatis in que incidit, et de uberrimis lacrymis, quas fudit Magdalena, speciales conciones alibi instituimus. Unde solum supervast, ut jam de aestate, seu de amore, quo succensa fuit, disseramus. Ante conversionem

suam dilexerat multum Magdalena; qua autem tunc amaverat, vana erant, profana erant, mundana erant, turpia erant. A tempore autem conversionis hec omnia exhorruit, qua antea dilexerat, nihilque aliud amavit quam Deum suum, quem non aliquantulum, imo multum dilexit. *Dilexit multum*. De isto Magdalena in Christum amore jam disseremus. *Ave.*

Christus Dominus, qui interdum in amicorum suorum landes prouincias dignabatur, laudavit in Chananæa et Centurione fidem, in Nathanaelis cordis simplicitatem, in Petro divinitatis agnitionem et in Baptista austera penitentiam, necon firmam animi constantiam, qua prædictus fulgebat. In Magdalena virtutem omnium regiam laudat, predicatque charitatem. *Dilexit multum.*

Perfectissime noverat Christus id, quod in Magdalena erat landabilis et paucissimis verbis docuit nos, in quo potissimum illam laudare oporteat, cum in ejus laudem dixit, quod multum dilexerit. Divinum hunc admiremur Magdalene preconem, discamus ab illo, in quo eam laudare debeamus, ab illo summamus dicendi materiam, et cum illo dicamus, quod Magdalena *dilexit multum*. Deum quidem multum dilexit hec mulier, cum eum dilexerit 1. amore fortis et generoso; 2. amore liberali et prodigo; 3. amore ardentis et fervido. Magdalena Deum amavit amore generoso, liberali et ardente: en tres hujus concionis partes, quibus constabit, quod illa *dilexit multum*.

1 PARS.

*Magdalena Christum dilexit amore generoso.*

UNIVERSIDAD NACIONAL DE NUEVO LEÓN  
BIBLIOTECA DE BIBLIOTECAS

Deum Magdalena post conversionem suam amavit, ejusque amor semper fortis et generosus extitit, atque tunc generosior videtur, cum peccatrix illa mulier ad Christum Dominum conversa est; tunc enim Christi amore succensa fortiter triumphavit de deliciis, de pudore et de timore. Ita tunc generosus

exitit Magdalene amor, ut triumphaverit 1. *de deliciis*, quibus fruebatur; 2. *de pudore*, quo afficiebatur; 3. *de timore*, quo angebatur.

1. Spirituales deliciae jucundae sunt et honestae ex virtutibus progenite et a Deo puris mentibus infuse. Mundane vero deliciae aut vanæ sunt, aut turpes; nam rationem obrunt et homines molles, ignavos, imbecilles, brutis pejores et ad omne malum proclives efficiunt. O exitiosas voluptates! a quibus difficultate se extricant qui iis sese illaqueantur. Vix enim juvenis quidam lascivens, vel frontosa quadam juvenca, dempto pudoris velo, obscenis illis et libidinosis jam prostituitur voluptatibus, de iis triumphare, easque, nisi summo cum labore et potenti gratia divina auxilio abdicare valet, quia, ut ait S. Antonius Paduanus, *luxurioso deliciis carere maxima pena est* (Dom. 2 post Tri.). Magdalena, quae fuerat mulier in civitate peccatrix, libidinosis et ferreis illis ligata detinebatur catenis, tantoque difficilis eas rumpere et ab iis se extricare valebat, quanto ardenteriores erant flammae, quibus cor eius turpiter accendebatur et quanto inveteriores prava consuetudines, quibus detinebatur. Cum tamen fortis illa mulier sacro amore divini igne inflammari coepit, ita generose de iniquis iis voluptatibus triumphavit, ut nullies mori maluisset, quam ad vomitum summum redire: *in tanto castitatis et honestatis proposito firma fuit, ut nullies mori maluisset quam amplius ruere in lapsum carnis* (S. Bern. ser. de S. Magdal.). Illicitas voluptates ante conversionem nimium dilexerat Magdalena; in conversione sua Christum dilexit multum, ei sacer ille amor, quo in Christum exarsit, illam ita victorice effect de profanis voluptatibus, ut nullies mori, quam iis semel fodari prælegisset. Addit sanctus Gregorius, Magdalenam amore sacro succensam ita de illicitis quibusque triumphasse voluptatibus, ut eas penitus mactaverit et ex iis quasi holocausta fecerit: *quot habuit oblectamenta, tot invenit holocausta* (no. 33 in *Evang.*). Magdalena ergo dilexit Christum amore generoso, quo accessa triumphavit de deliciis, quibus fruebatur: *ac etiam de pudore, quo afficiebatur*.

2. Infestus, pestilens et exitiosus quidam habetur pudor, quo a penitentia suscipienda plerunque peccatores avertuntur et quo Magdalena a conversione aliquando retardabatur; illa enim, inquit sanctus Bernardinus, *erubescet Christum adire* (Ibid.). Haec tali rubore suffusa, dicebat intra se, quomodo apparere audero in loco ad convivium parato, in quo mihi illudent omnes convive? Quomodo Phariseorum irrisione et impudentem aliorum hominum ludibriis ferre potero? Qua fronte et quo ausu, ego impudica et peccatrix accedam ad Christum, qui est lumen convallium, ipsis angelis purior et omnis sanctitatis origo? Haec et similia Magdalena suggerebat pudor; eo ipso autem quo cor eius divino accendi copit amore, a tali verecunda vinci non potuit, quin contra dea generose triumphavit: *non vincitur humano rubore: quia devicta et traxa erat a divino amore* (S. Bern. ibid.). Cum Magdalena esset mulier in civitate peccatrix, ab ejus corde omnem expulerat pudorem satanas; quo ablato, eam ad quavis sceleris perpetranda facile alliciebat: cum autem peccatrix illa ad Deum per penitentiam redire statuit, pudore et verecunda a sancto hoc proposito eam demon detergere studuit; ast amor divinus, quo succendebatur, ita generosus extiit, ut per eum de pudore quem insufflabat satanas, gloriose triumphaverit. Per diemoni suggestionem ita pudor peccandi a Magdalena ablatus fuerat, ut ante conversionem impudenter et frontosa peccata quavis perpetraret; mox per amorem divinum ita triumphavit de pudore a penitentia eam retrahente, ut penitentiam, neconon omnia quæ sine salutis erant, audacter et frontosa perficeret: *que prius frontosa erat ad perditionem, postea frontosior facta est ad salutem* (August. hom. 50 de temp.). O quam generosus Magdalena hic in Christum amor! Magdalena vero Christum amavit etiam amore generoso, *quo triumphavit de timore*.

3. Varia vera conversionis impedimenta enumerat Doctor Seraphicus, inter quæ est timor penitentiae. Cum enim peccatores a via sua prava declinare et virtutis viam sectari molintur, timor et tremor irruit super eos: timent a deliciis elongari, pravas consuetudines in semetipsis destruere, occasiones peccati

tollere et austere penitentiae operibus incumbere; talisque timor eos plerumque a peragenia penitentiae retrahit. At hic penitentiae timor Magdalena sibi inscienda penitentia nullatenus revocavit: ut primum enim Christi amore fuit succensa, ita generosus in illa extitit sacer ille amor, ut mulier hec delicate et delicias addicta, nullo modo jejunia, vigilias, cœlum et exacta vita penitentis opera timuerit. Imo et sacer ille amor tam potenter totam pervasit, ut illi facilis, dulcia et amabilia reddiderit, quæcumque ut dura et aspera in penitentiae exercitio alii formidare solent. Unde si, teste Augustino, *arte amoris in deliciis etiam laboriosa vertuntur*: dicendum, ita industrium et generosum fuisse Magdalene amorem, ut quæcumque laboriosa et aspera videntur in vita penitentis exercitio, in delicias ei converterit. Magdalena sacro amoris igne succensa, non timuit ad Christum ire, ad ejus pedes stare, capillis eos tergere, se peccatriecem palam proclamare, vitamque sanctam et austerae sectari: ferventissimus enim ille amor, quo cor ejus succendebatur, ita de amore triumphaverat, ut quæcumque antea timuerat, postmodum in delicias ipsi verterentur. Magdalena in conversionis sua principio durum haud dubie fuit vitam voluptuosam in vitam penitentem commutare; timuit illa mundum relinquere, voluptates abdicare et austere penitentiae operibus se dedere: cum autem *nil sit tam durum atque ferreum, quod non amoris igne vincatur* (August. de mor. Eccl., c. 22): mox ut peccatricis illius cor sacri amoris igne exarsit, haec de timore illo gloriouse triumphavit. Divinus amor in ea generosus extitit et triumphans non solum de delicias et pudore, etiam de maligno illo timore, quo peccatores a conversione retrahuntur. Magdalena igitur Christum dilexit amore generoso; *eum etiam dilexit amore liberali*.

## II PARS.

*Magdalena Christum dilexit amore liberali.*

Amor est sui ipsius diffusivus, beneficus et liberalis; qui enim bene amat, dilecta bona sua communicat, et si ei bona sua communicare renuat, eum vere non amat, ejusque amor verus non censetur, quia verus amor liberalis ac sui ipsius diffusivus sit oportet. *Amor*, inquit Augustinus, *ubertate beneficentie profuit*. Talis autem extitit Magdalena erga Christum amor; illum etenim amore ita liberali dilexit, ut ei dederit 1. totam mentem suam; 2. totum cor suum; 3. omnia obsequia sua.

1. Qui perfecte Deum amat, ei totam mentem suam dat et consecrat, ita ut ejus solum recordetur et de eo tantum cogitat. Hic est perfectus amor, quem Deus a nobis exigit, dicens: *diliges Dominum Deum tuum ex tua mente tua* (Luc. 10, 24). Quid est enim Deum tota mente diligere, quam eum ita diligere, ut tota mens ei detur, totaque de eo semper cogitat: *diligere Deum tota mente*, inquit Bernardus, *hoc est, eum diligere tota memoria, sine oblivious*. Magdalena autem amor ita in Christum liberaliter se exhibuit, ut totam mentem, omnesque cogitationes suas ei dederit: *semper portauit Christum in memoria*, ait D. Bonaventura, *ita ut de eo solo cogiret* (Ibidem). Conquereretur Job, quod cogitationes sue in varia objecta dispergerentur et dissiparentur: *dissipatae sunt cogitationes meae* (Job. 14, 11). De hoc pariter conqueri possent plerique hominum, quorum cogitationes in varia vagantur. Plus cogitant de mundo, plus de lite, plus de terrenis comparandis, quam de Domino Iesu Christo, a quo venit omne donum et omne bonum, quod in mundo possidemus. Dant mentem et cogitationes suas manūs, vel puerilibus negotiis: tantaque paritate et in Christum avaritiam laborant, ut nec unicam quavis die cogitationem ei impendant. Non sic Magdalena, cuius amor ita in Christum liberalis fuit, ut aliorum omnium obliterata, ejus

soli recordaretur: *oblitus erat omnia propter illum quem diligebat super omnia* (S. Aug.). Igiter Magdalena Christum amore liberali dilexit, quia ei dedit totam mentem; *amavit eum etiam amore liberali, quia ei dedit totum cor suum.*

2. Non aliquam solum cordis nostri partem, sed totum cor a nobis exigit Deus: ipse vult, ut sum ex toto corde et ex totis affectibus diligamus: *diligere Dominum Deum tuum ex toto corde tuo.* O quam pauci totum cor Deo offerunt! Quam pauci omnes cordis sui affectus ad Deum dirigunt! Multi amant videri, amant honorari, amant divites fieri, amant illicitis voluptatibus inebriari: paucissimi vero habentur, qui Deum solum ament et qui totum ei cor offerant. Magdalena vero in Christum amor ita liberalis extitit, ut totum ei cor dederit, nihilque ab ipso amaverit: *Christum solum diligebat* (D. Bonav. ibid.). Sciebat Magdalena, quod Deum ex toto corde non ament, qui cum eo aliud aliquid amant; *minus te amat, qui tecum aliquid amat* (August. sol. 9). Propterea nil nisi Christum amavit, eique soli totum cor dedit, omnesque cordis sui affectus consecravit. Filius ille prodigus, de quo loquitur sanctus Lucas Evangelista, ad se reversus, dicebat: *ibo ad Patrem meum et dicam ei, fac me sicut unum ex mercenariis tuis* (Luc. 15). Cum tamen pervenit ad Patrem, minime ab eo petiit, ut ipsum tamquam unum ex mercenariis et famulis recipere. Cur, o prodige, non petis quod petere statueras? Cur propositionum tuum executioni non mandas? Cur mercedem aliquam patrem non regas? quia, ut ait S. Petrus Chrysologus, eo ipso quo prodigus patrem vidit, de eo solo cogitavit, illum solum amavit, nec aliud quidquam desideravit: *illi sufficit pater* (ser. 4 de prodigo). Si Magdalena ita omnes cogitationes, omnesque affectus suos ad Christum direxerat, ut illum solum diligaret, eoque solo contenta esset: *solum Christum diligebat, eo solo contenta erat* (S. Bonav.). Dilexit ergo Magdalena Christum amore liberali, quia ei totam mentem totumque cor dedit: ac etiam quia omnia sua ei dedit obsequia.

3. Magdalena ante conversionem sibi et mundo obsequebatur: tunc cor, mentem, manus et omnia bona sua in carnis

et mundi obsequium insumebat; post conversionem autem haec omnia Christo consecravit, ejusque obsequio dedicavit. Ante conversionem oculi ejus depradandis juventum cordibus inserviebant, et post conversionem fundandis contritionis lacrymis occupantur. Ante conversionem bona ejus temporalia vanitatis et luxuriae occasiones premebant, et post conversionem ea in charitatis et misericordiae officia impendit. Ante conversionem, corpus ejus illicitis addicabatur voluptatibus: post conversionem penitentiam et mortificationem afflictionibus incessanter vacat. Eo ipso tandem, quo Christum novit, ita amore ejus exarsit, ut se et sua omnia ejus obsequio consecraverit; ac, ut ait S. Cyprianus, *Magdalena nil sibi de se retinens, se totam Christo devovit* (de ablut. ped.). Sciebat Magdalena, nil aequius, nulque rationi magis consonum, quam quod membra et bona illa, que immunditia, iniquitati et diabolo servierant, tandem aliquando serviant Christo: *sicut exhibuitis membra vestra servire immunditiae et iniquitatibus ad iniquitatem; ita nunc exhibete membra vestra servire justitiae in sanctificationem* (Rom. 6, 16). Quapropter Magdalena imitari puduit obdutatores illos peccatores, qui quo seniores, eo pejores fuit; ipsa vero, qua juvenili etate demoni erat famulata, per veram conversionem evasit postmodum fidelis ancilla Christi; ac se, suaque omnia Christi obsequio consecravit. Tunc enim amore ejus accessa ei obtulit *oculos*, quos flendis praeteritis criminiibus addixit: *aures*, quas audiendas divinis inspirationibus insumpit; *totum corpus*, quod diris mortificationibus contrivit; seipsum tandem et omnia sua Christo dedit, ejusque obsequio devovit: *nihil sibi de se retinens, se totam Christo devovit*. Amavit ergo Magdalena Christum amore liberali, quia ei mentem, cor et obsequia dedit: *amabit etiam eum amore ardente.*

## III PARS.

*Magdalena Christum dilexit amore ardente.*

Ab instanti, quo Magdalena ad Christum conversa est, eum ardenter dilexit; sacri amoris igne continuo accensum permanxit cor ejus; sponsum anime sue nunquam amare destituit; amore ejus insinuerit exarsit; eumque amoro ardente somper et ubique dilexit et precipue in cruce, in sepulchro et in calo. Amore ardente hec dilexit Christum 1. in cruce pendente; 2. in sepulchro jacente; 3. in calo regnante.

1. Petrus, qui Christum tor negaverat, ter de amore a Christo interrogatur. Ut enim loquitur Hugo a sancto Victore, sic Petrum affatus est Christus. Petre, *amas, amas, amas?* Respondit ille: *amo, amo, amo.* Petre, *amas Patrem, amas Filium, amas Spiritum Sanctum?* *Amo, amo, amo corde, ore, opere.* Ecce ardenter Christi amatorem, cuius amor preeminentiam supra alios apostolos et dignitate capitis visibilis totius Ecclesie praemium accepit. Petri tamen amor, qui tunc ardens fuerat, non solum tepidus, verum etiam frigidus effectus est in loc, quod Christum usque ad crucem non sit secutus. Amaveraut Petrus Christum miracula facientem, in Thabora transfiguratum et coelos gloria radiis rotulanten; ipsum cruci affixum reliquit. Magdalena vero Petro fuisse videtur in amore ferventior, quia Christum ad supplicium comitata est; et juxta crucem ejus stetit; præ amore in corde perferens, que Christus in corpore patiebatur supplicia: *stabat juxta crucem Jesu Maria Magdalena* (Ivan. 19). O ardenter Magdalene amorom! qui tantus extitit, ut Christum Dominum nunquam dimiserit. Invenerat, quem diligebat anima ejus, tantoque eum prosecuta est amore, ut eum etiam in cruce pendente dimittere noluerit. Ipsa Christi Salvatoris amore successe intra se simul cum sacra sposa dicebat: *inveni, quem diligit anima mea: tenui eum, nec dimittam* (Cant. 3); ideo

nec tum deserabat cum in cruce duos inter latrones pendebat. Dimittat eum Petrus, dimittat eum Judas, dimittant eum, qui voluerint; tanto in eum amore ardeo, quod nunquam illum dimittam. Magdalena ergo ardenter amat Christum in cruce pendente, ac etiam in sepulchro jacentem.

2. *Maria Magdalena venit mane, cum adhuc tenebra essent, ad monumentum et vidit lapidem sublatum a monumento. Cucurrit ergo et venit ad Simonem Petrum et ad alium discipulum, quem amabat Jesus et dixit illis: tulerunt Dominum de monumento et nescimus ubi posuerunt eum* (Jo. 20). Sic loquitur sanctus Joannes Evangelista, in cuius verbis clare eluet, quantum Magdalena Christum in sepulchro jacentem dilexerit. Primo enim ait, quod Magdalena ad Christi sepulchrum iverit mane, quia amor quo inflammabatur, nesciebat tarda molimina. Secundo ait, quod perrexerit ad monumentum, cum adhuc tenebrae essent, quia amor quo erga Christum in sepulchro jacentem accendebatur, eas vigilauit et sollicitam efficerat. Tertio dicit, quod Magdalena videntis sublatum lapidem cucurrit ad Petrum et ad Joannem; ad eos autem cucurrit, movente eam Christi amore, qui ei addidit alas. Quarto, ibi habetur, quod Magdalena dixerit eis, a monumento sublatum esse Christum; que verba protulit ob nimium quo ardebat, amorem: *amoris igne succense ejus, quem ablatum credebat, ardebat desiderio* (Gregor. ho. 25 in Evang.). Ecce multa amoris, quo Magdalena erga Christum in sepulchro positum ardebat, argumenta. Et aliud non parvum hujus amoris argumentum habemus in hoc, quod Magdalena, alias recedentibus, ad monumentum constanter permanserit: *Maria stabat ad monumentum foris, plorans.* Cur enim alias abeuntibus, illa juxta sepulchrum remanset, nisi quia Christum ardenter amat et quia ceteris amore præstat? *Tanta vis amoris eam accendebat, quod a monumento Domini, discipulis recedentibus, non recedebat* (S. Greg. ibid.). Haec omnia probant magnum Magdalene amorem erga Christum in sepulchro positum; idem amor ex eo quoque ostenditur quod in Christi monumentum pluries aspicerit, inclinavit se et prospexit in mo-

*numentum*, inquit sanctus Joannes Evangelista. Ipsa jam ante prospererat et sepulchrum corpore Christi vacuum viderat; cur ergo tam anxius iterum inspicit? Ratio est, quia *amanti semel aspergisse non sufficit* (*Ibid.*), ut ait sanctus Gregorius. Vel ut advertit Gilbertus abbas, qui querit quod amat, anxius est: *anxietas ista querentis, eximia quoque dilectionis vultus odorem spirare* (*ser. 32 in Cant.*). O quot argumenta ad probandum, quoniam Magdalena Christum in se pulchro jacentem amore ardentem dixerit! *Et amore ardente dilexit etiam Christum in celo regnante*.

3. Postquam enim resurrexit et ad caelum ascendit Christus, ad desertum se contulit Magdalena, ubi usque ad mortem per spatum circiter triginta annorum, rerum coelestium contemplationi vacavit et toto hoc tempore, amore Christi exarsit cor eius, eumque, ut ait sanctus Bernardinus, amavit amore invariabili, insatiabili et inaccessible. *Primo*, inquit, inflammavit eor illius amor invariabilis, nulla enim ex parte et nulla ex causa variari cor ejus poterat a divina dilectione, non solum quia per hunc a Deo ipsi infusum ad Dei contemplationem et amorem determinabatur; verum etiam quia a rebus ipsis visibilibus movebatur ad amplectendum dilectum. *Secondo* inflammavit cor ejus amor insatiabilis, quia Deum amans, non satiabitur amore, quo enim magis amat, eo magis amare desiderabat et quo magis de Dei delicia gustabat, eo magis de lis gustare optabat. *Tertio*, ut cum alii multis ait S. Bernardinus, Magdalene cor indammavit amor inaccessible; tanto enim, inquit, ardore amor animam ejus perstrigebat, ut inopinatus raptibus septis in die, angelorum auxilio volans in illa sublimia secretis coelestia, ad amorem inaccessiblem raperetur. O mirandum Magdalena amorem; ipsa equidem Christum vere dilexit et *dilexit multum*: cum eum generoso, liberali et ardentis amore dixerit. Cum ergo Magdalena dilexerit Christum, illum et nos diligere debemus, quia qui non diligit, manet in morte. Et ut ait D. Paulus, *sí quis non amat Dominum nostrum Iesum Christum, si anathema* (*1 Cor. 16, 22*). Amemus ergo Christum Dominum cum Magdalena; ac pariter amemus eum

amore generoso, liberali et ardentis. Amemus eum amore generoso, quo de omnibus, que amorem nostrum cohibere, vel retardare possent, generoso triumphemus: *amor, si amor est, vincit omnia* (*S. Chrys. lib. 40*); quaecumque scilicet ipsi opponuntur; ideo ita generosus sit noster amor, ut quaecumque nos ab amando Christo impeditre possent generoso vincamus: *insuper diligamus etiam Christum amore liberali*. Tanta ejus in nos est liberalitas, ut se totum pro nobis dederit in cruce; sequitur totum det nobis in Eucharistia. Tanta pariter nostra in eum sit liberalitas, ut ipsi nosmetipsos taliter offeramus. *Denuo* ei totam mentem, mysteria ejus continue contemplando: *denuo* ei totum cor, omnes nostros in ipsum transferendo affectus: *denuo* ei omnia obsequia nostra, cuncta opera ad maiorem ejus gloriam dirigendo. Haec est liberalitas, qua eternam beatitudinem emere debemus: *presenti liberalitate eternam vitam mereamur* (*Chrysost. serm. 1 de Martgr.*). Postremo diligamus Christum amore ardenti. Ignis amoris nostri in conspectu ejus semper ardet: ignis sint verba, ignis opera nostra, ita ut quicumque nos audierit loquentes, vel viderit operantes, dicat: ecce quomodo hic homo amoris divini igne ardet! heu! quis hodie sic Christum amat? *frigida supra nivem sunt corda nostra*, inquit Doctor Seraphicus, *frigida verba et universa frigida sunt opera, quasi sint adamantina*. Dicitur enim, *quod adamas, nullo igne calefieri potest*; sunt similiter multi, qui adamant duros et frigidiores, *igne amoris divini calefieri non possunt* (*Ubi sup.*). O quantam frigiditatem corda humani, quod amoris divini igne indissimenter ardere deberet! Heu! quid tam amabile, quam Deus ipse, qui charitas est? *Quid tam amabile, quam amor ipse, quo amaris!* inquit Bernardus (*lib. 5 de consid.*). Nil certe Deo amabilis: Itaque simul cum Magdalena amemus cum amore generoso, liberali et ardentis, ut cum ipsa eum in celo eternum amare mereamur. Amen.

## DE SANCTO JACOBO MAJORE

## CONCIO UNICA.

*Dic, ut sedeant hi duo filii mei, unus ad dexteram, et unus ad sinistram in regno tuo* (Matth. 20).

ALERE FLAMMAM  
VERITATIS

Vivere et regnare inordinatum hoc est ambitiosi hominis votum: mori autem et regnare, felicissima hec est hominis apostolici sors. Jacobum in mundo vivere et regnare amiebat mater ejus Maria Salome; atvero vir ille, apostolico successus zelo, terrestre regnum despiciens in vita, post mortem regnare at in Christi regno sedera meruit. Unde tunc quodammodo adimpletum fuisse videtur ambitiosum matris hujus desiderium, quae a Christo petierat, ut in regno ejus sedenter filii: *dic, ut sedeant hi duo filii mei in regno tuo.* Hanc insectari mulierem mai modo non est instituti; filium ejus autem sanctum Jacobum dignis prosequi laudibus vehementer optarem. Eum Ecclesia magnum et majorem nuncupat, non tam ut eum ab alio Jacobo apostolo discernat, quam ut declare, cum magnum et maximum extitisse virginis puritate, ferventi qua exardescet charitate, et aliis multis virtutibus, quibus ad Christi throno exaltari, et in regno ejus sedere meruit: *dic, ut sedeant hi duo filii mei in regno tuo.* Jacobum in triplici Christi regno, et in triplici throno gloriore sedentem proponam. *Ave.*

Celum, terra et Ecclesia, en tria Christi Salvatoris regna. Celum est ejus regnum, quia ibi manet in eternum regnaturus: *in aeternum regnum Domini nostri et Salvatoris Jesu Christi* (2 Petr. 1). Terra ejus regnum dicitur, quia toti terrarum orbi dominatur tamquam primarius. Dominus et rex: *dominabitur a mari usque ad mare* (Psal. 71). Ecclesia est ejus regnum, quia haec est domus Jacob, in qua usque ad mundi

finem regnabit: *regnabit in domo Jacob in eternum, et regni ejus non erit finis* (Luc. 1). Sicut autem tria sunt Christi regna, ita et thronum ejus trifariam dividitur: etenim unus est thronus iustitiae: *justitia thronus ejus* (Prov. 25); alias thronus gloriae: *in throno honoris* (Eccli. 24); tertius vero thronus gratiae et liberalitatis: *ad thronum gratiae ejus* (Heb. 4). Ecce tria Christi regna, et tria thronorum ejus genera. Quis vero in tribus iis Christi regnis supra tres ejus thronos sedebit? Jacobus utique, qui sedet in regno coeli, in regno Ecclesiae et in regno terre. Sedet 1. *in regno coeli*, supra thronum iustitiae; 2. *in regno Ecclesiae* supra thronum gloriae; 3. *in regno terre* supra thronum gratiae. Sanctus hic apostolus sedet in regno coeli supra thronum iustitiae, quia hic thronus ipsi ex iustitia debetur; sedet in regno Ecclesiae supra thronum gloriae, quia in Ecclesia plurimum honoratur; sedet in regno terre supra thronum gratiae, quia ibi multas gratias, multaque beneficia hominibus impertit. En tres thronos, in quibus sedet Jacobus, et en etiam tres hujus concionis partes.

## I PARS.

*Sanctus Jacobus sedet in regno coeli  
supra thronum iustitiae.*

Sicut Christus altissimum in celo thronum occupat, ibique ad Patris aeterni dexteram sedet, ita et apostoli speciales habent thronos, quibus assident: *sedebitis super sedes.* Unicum autem numen insipio Jacobum apostolum in colesti regno sedentem supra thronum iustitiae, sou ex iustitia ipsi debitum, quia hunc thronum meruit, emit et acquisivit: 1. *illum meruit* filiei obedientia, quam Deo presulit; 2. *illum emit voluntaria paupertate*, quam sectatus est; 3. *illum acquisivit* gravi certamine, quod iniit.

1. Obedientia est mirabilis illa virtus, qua celum quisque viator mereri debet, dum vitam rationis usu praeeditus ducit.

Illud meruerunt angeli, obtemperando præcepto ipsis a Deo imposito: illud meruit Christus, obediens usque ad mortem, mortem autem crucis: illudque per obedientiam legi divinae præstam assequi meruerunt quotquot sancti nunc in celo regmant. Iis enim regnum colorum datum est ex gratia et ex justitia: ex gratia, quia sine divina gratia auxilio illud obtinere nequibant: ex justitia, quia divina gratia adiuti, Dei voluntati obtemperantes, bona opera perfecerunt, quibus regnum colorum assequi meruerunt. Si autem alii sancti datum est regnum colorum ex justitia, eo quod illud per obedientiam Deo præstata meruerint; sancto Jacobo potiori quodam juro datum fuisse videtur justitiae titulo, quia Christo ita perfecte obtemperavit, ut altioris et perfectioris obedientiae exemplar exiterit. Taceo præcellentem hanc obedientiam, qua non solum Dei præcepta, verum et Evangelica consilia perfecta servavit, qua procul dubio regnum colorum obtinere meruit. Ast vellem præcipue, ut attenderet quisque admirandam illum obedientiam, quam Jacobus Christo ad sui obsequium vocanti præstith. Cum enim eum vocavit Christus, mox relictis retribus secutus est eum (Matth. 4, 10). Christum miracula facientem non videbat Jacobus; cum non audierat de regno Dei disserentem; ipsis etiam non promiserat Christus, se illum hominum pescatorem facturum: et tamen adeo prompte ei obedivit, ut relictis retribus et patre, illum statim secutus sit. O heroicam Jacobi obedientiam! qua ad celestes thronos sublimari juste meruit. Ac proinde Jacobus in regno colorum sedet supra thronum justitiae, seu ex justitia ipsi debitum, quia illum meruit fidei obedientia, quam Deo præstith: et quia illum emit arcta paupertate, quam voluntarie sectatus est.

2. Pauperes spiritu beatos proclamat Christus, quia, inquit, ad eos attinet regnum colorum: *beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum colorum* (Matth. 5). Quo, queso, titulo ad pauperum spectare dicitur regnum colorum? Titulo emptionis, ait S. Bernardus, quia paupertas est pretium, quo regnum colorum emitur: paupertate regnum colorum emitur, sicut scriptum est: *beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum*

*est regnum colorum.* Verum est, quod pacificis, mitibus, mundis corde, et aliis nonnullis promittat Christus, se illis daturum regnum colorum. At voluntaris pauperibus dicit, non quod illis dabit regnum colorum, verum quod ipsorum sit regnum colorum, quia ad eos attinet regnum colorum, tamquam res, quam voluntaria paupertate emerunt. Sicut enim domum aliquam illius esse, et ad illum attinere dicimus, qui eam emit, ejusque pretium solvit, ita regnum colorum pauperum est, quia illud voluntaria paupertate emerit, et solverit. Unde sanctus Augustinus christianos felices arbitratur, quoniam voluntaria paupertate regnum colorum emere possunt: *magna felicitas christianorum, quibus datum est, ut paupertatem faciant pretium regni colorum* (ser. 23 de verb. ap.). Hoc prelio regnum colorum emit sanctus Jacobus. Sciebat vir sanctus, quod difficile, immo impossibile est, ut presentibus quis et futuris fructuar bonis (Hier. ep. 34 ad Jul.): neverat vir Dei, quod si est regnum colorum pauperum, restat ut infernus sit divitium (Ang. de cont. mund. 6): probe callebat doctrinam Christi dicentes: *facilius est camelum transire per foramen aenæ, quam dicitem intrare in regnum colorum* (Matt. 19); propterea ut regnum colorum obtineret, illud paupertate emit. Jacobus, ut ait sanctus Hieronymus, erat nobilis et dives, licet humili vacaret arti; ipse autem relictis retribus et cunctis terra bonis, nudus nudum secutus est Christum, ut paupertate emeret colum. Ideo jam in celo sedet supra thronum justitiae, seu ex justitia illi debitum, quem voluntaria paupertate emit, ac etiam acquisivit graci certamine, quid generose invicit.

3. Quot in hoc mundo sunt homines, tot esse debent milites, qui pro assequenda eterna beatitudine generose decentat, quia certissimum est, quod non coronabitur, nisi qui legitime certacerit. Omnen hominem in hoc mundo militem esse voluit Deus; *omnis homo miles:* non autem voluit Deus homines esse milites desides et ignavos; nam aeterno suo decreto statuit, se nulli daturum regni colesitis premium, nisi prins in hoc mundo adversus daemonis tentationes, carnis illecebras, mundi blanditias et pravos passionum suarum motus fortiter pugnarit.

Et ideo omnes fideles monet S. Papa Gregorius, quod si sanctorum gloriam obtinere appetant, dura et laboriosa in hoc seculo certamina inire debeant: *si te delectat gloria sanctorum, non deterrat certamen laborum.* Sanctus autem Jacobus velut athleta fortissimus, adversus Dei et animae sue hostes generosissime deceravit, et glorioissime de iis triumphavit; pugnavit sanctus apostolus contra daemonem, malignis ejus resistendo temptationibus; contra carnis impetus, eam jejuniis, vigilis, et laboribus opprimendo; contra mundi fastum, divitias et gloriam ejus pro nihil habendo. Ambitoiose sancti Jacobi matri dixerat Christus, regnum celorum non omnibus dari, verum iis quibus paratum erat a Patre: *non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a Patre meo* (Matt. 20, 21). Que verba sic exponit Theophylactus: *non est meum dare gratiam, sed iis qui certaverint et vicecent;* idcirco sanctus apostolus, ut regnum celorum acquirere mereretur, adversus salutis sue hostes fortiter pugnavit, et de iis gloriose triumphavit. Pugnavit vir Dei instar divi Pauli, *non quasi aeron verberans* (I Cor. 9), sed castigando corpus, resistendo satanae et despiciendo mundum. Unde cum eodem Paulo dicere poterat: *debita est mihi corona justitiae.* Seu ex justitia mili debitum est, ut in coeli sedeam regno, quod merui obedientia quam Deo prestiti, et in voluntaria paupertate quam sanctatus sum, ac demum et illud acquisivi gloriois certaminibus, quae invi. Cum igitur S. Jacobus sedeat in regno coelesti supra thronum justitiae, sedet etiam in regno Ecclesie supra thronum glorie.

## II PARS.

*Sanctus Jacobus sedet in regno, Ecclesie  
supra thronum glorie.*

Quamvis S. Jacobi anima ad coelestes evolaverit thronos, ipse tamen in Ecclesia, veluti in throno glorie et honoris semper remanet, quia in ea ut consanguineus, apostolus, et

martyr Christi honoratur: 1. ut Christi consanguineus, et unus ex propinquioribus; 2. ut Christi apostolus, et unus ex charioribus; 3. ut Christi martyr, et unus ex praeclarioribus.

1. Christi consanguineus erat Jacobus, cum frater ejus in sacra scriptura dicatur; *Jacobum fratrem Domini* (ad Gal. 1) (1). Verum est, quod sanctus Hieronymus Jacobum nec fratrem nec Christi consanguineum extitisse sentiat. Christi enim, inquit, frater vocatur, non quod frater, vel consanguineus ejus fuerit, sed quia virginitas, humilitate, vita innocentia, et aliis virtutibus ita Christo extitit similis, ut frater ejus videretur. Alii tamen doctores unanimiter dicunt, Jacobum, non quidem Christi fratrem vera fuisse, quia Christus unicus fuit Mariae filius, ac proinde fratrem non habuit; tamen assentur eum vero Christi consanguineum, ejusque consobrinum extitisse: consobrini enim, ut notat Lippomanus, *usitatio scripturarum more, fratres vocari solent.* O qualem honorem Jacobo, quod Christi consanguineus extiterit! Glorientur magnates seculi ex hoc, quod regum et principum sint consanguinei: est sane quod magis glorietur Jacobus, et in infinitum maior in eum redundet gloria ex hoc quod Christi Regis regum, et Domini dominantium consobrinus fuerit. Honoris titulos inquirant alii in hoc, quod a patriarchis, prophetis et regibus originem ducant: idem quidem Jacobo debetur honor, cum a pluribus patriarchis, et regibus originem duxerit; insuper longe maiore dignus est honore, tamquam Christi aeterni Patris Filii consobrinus. Et haec est causa, propter quam Jacobum speciali honore prosequitur sancta Romana Ecclesia. Haec honorat Isajam ut Christi Prophetam, Joannem Baptistam ut Christi Praecursorum, et omnes sanctos ut Christi servos; Jacobum specialiter honorat ut Christi consanguineum, et unum ex propinquioribus: *et il-*

(1) Pro historia veritate notandum, hunc Jacobum, de quo Paulus loquitur, esse Jacobum Minorum, qui dicitur Jacobus Alphus; et fuit primus Hierosolymorum episcopus. Hic tantum committere dicunt frater Domini, quamquam Jacobus major etiam Christi Domini consobrinus fuerit, quia filius Marie Solemne consobrinus B. Virginis.

*lum etiam honorat ut Christi apostolum, et unus ex charioribus.*

2. A Christo dilecti fuere omnes apostoli; ipsi tamen haud dubie chariores extitere Petrus, Joannes et Jacobus. Tantus enim Christi in eis fuit amor, ut illos sibi familiares esse voluerit, et quasi *individuos in comitatu, in disciplinatu et convictu* (Tert. de presc. heret. 22). Eos secum habere voluit Christus, cum Archisynagogi filiam a mortuis excitavit: eos in Transfiguratione suis testes assumpsit, eosque secum duxit in hortum Gethsemani, ut sanguinem sudoris, et extreme, quam passuras erat, tristitiae spectatores haberet: *tres illos apostolos, inquit Dionysius Chartusianus, secum Christus tunc habere voluit, tamquam familiares et chariores* (in c. 7 Luc.). O qualem honorem Jacobo, quod fuerit apostolus a Christo dilectus, et unus ex charioribus! Magno se honore affici credunt qui a regibus et principibus diliguntur: *principibus placuisse viris non ultima laus est*; quanto major in Jacobum honos resilit ex hoc, quod unus ex charioribus Christi apostolis fuerit? Christum adorant angeli: coram illo timent archangeli, et tremunt potestates: *angeli, ut ait Proclus, cum meta inseruant, archangeli cum tremore adorant Cherubim, gloriae magnitudinem minime ferentes, cohorscent. Seraphim, circumvolantes proprius accedere non audent*; quanto autem felicior, et major honor dignior sanctus Jacobus, qui coram Christo non stetit tremens, et quasi servus, verum ut apostolus specialiter ab illo dilectus, et ut unus ex ipsi charioribus? Inde sane maximo dignus habendus honor Jacobus; et ideo a sancta romana Ecclesia maxime honoratur. Omnes apostolos honorat Ecclesia veluti Dei amicos: *nimirum honorati sunt amici tui Deus*; at specialiorem Jacobo impedit honorem, quia non solum apostolus, verum etiam unus ex charioribus apostolis fuit. Ergo sanctus Jacobus in Ecclesia supra thronum glorie sedet, cum in ea honoretur ut unus ex charioribus Christi apostolis, ac etiam ut unus ex prestantioribus Christi martyribus.

3. Cum Maria Salome a Christo petiti, ut duo filii sui, Joannes et Jacobus, in ejus regno, unus ad ipsius dexteram, et

alter ad sinistram sederent, ab iis petit Christus, an martyrii calicem bibere valerent? *Potestis libere calicem?* Illi autem protinus responderunt: *possumus*. Et revera uteque gloriose coronatus est martyrio. Martyr fuit Joannes, martyr fuit et Jacobus. An Joannes Jacobo, vel Jacobus Joanne in martyrio prestantior fuerit, jam non inquiro; quod ad rem meam attinet, dico, Jacobum in martyrio generosissimum extitisse, non solum, qui diram mortem pro Christo et Evangelio constantissime est perpassus, non solum etiam, quia Jerosolymis paulo post Christi mortem a Judaeis tunc contra Christum, ejusque discipulos maxime furentibus occisus; in hoc potissimum generosissimus, et unus ex prestantioribus martyribus visus est, quod primus ex apostolis martyr oecubuerit: *Jacobus primus de omnibus apostolis amorem Christo reddidit, quem accepit; nam primus inter apostolos morti se tradidit* (S. Bonav. ser. 1 de S. Jacobo.). Inter apostolos Petrus primus fuit potestate et auctoritate; illi namque Christus claves regni celorum tradidit, eumque saeum in terris vicarium constituit. Sanctus Andreas inter eos primus fuit vocazione, quia primus Christum adiit, et ad eum Petrum adduxit. Sanctus Joannes primus fuit in dilectione, quia fuit discipulus ille, quem potissimum diligebat Jesus. Sanctus Jacobus autem ex apostolis fuit primus martyr: *Jacobus primus ex collegio apostolorum solitum sacerdotale proprio purpuratis sanguine et dealbatus in Christo vixit ascendit* (Pasch. in cap. 17 Matth.). O magnam Jacobi generositatem! Alii apostoli tanta virtute excellerunt, ut pro Christo sanguinem fuderint, et martyrium obierint; in hoc aliis apparuit praelavior Jacobus, quod primus inter consolades sine aliquo prævio eorum exemplo martyrii palmarum ratulerit. O qualem Jacobi gloriam! o quanto dignus honore generosus ille martyr! Omnes martyres veluti Christi victimas, sancta venerantur Ecclesia, eosque velut invictos fidei testes religiose honorat: *non solum non contemnuntur, verum etiam magis honoribus proferuntur martyres* (Aug. ser. 9 in psal. 118). Si autem Ecclesia cunctos veneretur martyres, quanto maiorem impedit honorem Jacobo, qui inter

apostolos, martyrum primitiorum et protomartyr extitit? Certe in Ecclesia regno sedet supra thronum gloriae et honoris: quia in ea honoratur ut unus ex proximioribus Christi consanguineis, ut unus ex charioribus Christi apostolis, et ut unus ex praestantioribus Christi martyribus. Postquam S. Jacobum in regno Ecclesie supra thronum glorie sedentem vidiimus, eum in regno terra supra thronum gratiae et liberalitatis sedentem contemplaverimus.

ALERE FLAMMAM  
VERITATIS

## III PARS.

*Sanctus Jacobus sedet in regno terra supra thronum gratiae et liberalitatis.*

Sanctus Jacobus, cuius anima in celo fulget, in terra residet, tum quod sancti corporis sui reliquias, tum etiam quod multa beneficia quo hominibus impedit, et principue infidelibus, militantibus et peregrinis. Unde dicam, quod sanctus Jacobus in regno terra supra thronum gratiae et liberalitatis sedeat, eo quod hic tribuat 1. fidem infidelibus; 2. victoriam militantibus; 3. subsidia peregrinis.

1. Sanctus Jacobus, dum in hoc mundo viveret, infidelibus multis fidem attulit, cum ex iis plurimos ab infidelitatibus tenebris avocavisset, et ad veram Christi fidem converterit; ejus autem erga infideles liberalitas, eo etiam mortuo, perseveravit, quia a tempore, quo e vivi excessit, per se et per discipulos suos infideles multos praesertim in Hispania illuminavit. Ut enim ait V. Beda: *sancitus Jacobus etiam post mortem illuminavit Hispaniam fidem, ac pietatem, quam illi impetravit.* Traditur quidem a quibusdam historiis, quod in Hispania novem solum infideles ad veram Christi fidem predictionibus suis adduxerit; verum, ut ait sanctus Vincentius Ferrerius, *illi novem fuerunt, novem grana fructificantia, qui totam Hispaniam converterunt* (de S. Jac.). Vel potius hi fuere veluti novem astra fulgentissima, que infidelitatis fugarunt tenebras, omnesque

totius Hispania infideles fidei lumine illustrarunt. Duodecim apostoli sunt duodecim illa fundamenta, quibus civitatis celestis Ierosalem muri solidantur: *murus civitatis habet fundamenta duodecim, et in ipsis duodecim nomina duodecim apostolorum agni* (Apoc. 21, 14). Quodlibet autem ex prefatis fundamentis lapide quadam pretioso ornatur: *fundamenta muri civitatis omni lapide pretioso ornata.* Fundamentum primum, *jaspis; secundum, saphirus; tertium, calcedonius* (ibidem v. 19). Singulis apostolis singuli lapides pretiosi appropiantrant; et, si venerabilis Beda fidei adhibeamus, per calcedonium intelligitur sanctus Jacobus apostolus, quia, inquit, *calcedonius habet fulgorem sub die, non in domo.* Jacobus enim magnum in propria domo videtur non habuisse fulgorem, cum humilis piscator existerit. Postquam sub die fuit, seu postquam ad predicandum exiit, infidelibus mirabiliter affulit, doctrinae christiana radii eos illuminavit, eosque et in vita et post mortem, per se et per discipulos suos ad veram fidem adduxit. Sedet ergo sanctus Jacobus in regno terra supra thronum gratiae et liberalitatis, quia ibi afferit fidem infidelibus; *ac etiam quia ibi dat victoriam militantibus.*

2. Non quidem omnibus (neque enim omnes vincere possent), iis dumtaxat victoriam tribuit, pro quibus pugnat. Pluries autem, pro Hispania pugnavit, ejusque hostes penitus profigavit. Et ut alias omittam, quas nonnulli autores narrant; insignem hanc solum referam victoriam, quam tempore Ramri regis, Hispani sancti Jacobi auxilio freti gloriose reportarunt. Ingens etiam plus rex, Hispaniam sub dira Maurorum tyrannie oppressam violens et agre ferens, quod infidelibus illis immane centum virginum tributum singulis annis Castella regnum solvere teneretur. Ut ergo se et suos libertate donaret, coacto exercitu, infideles illos est aggressus, et, o rem mirabilem! dum adversus formidandos illos hostes decerpserat rex, ab ipso conflictus principio visus est sanctus Jacobus, alio insidens equo et gladio triumphali quem gestabat, Mauros percutiens, quorum sexaginta millia in campo casi occubuerunt et a praelio Hispani videntur exierunt. A nonnullis anchoribus fertur, vel singitur, quod cum

aliquando Romani dubio Marte pugnarent, Castor et Pollux, albis residentes equis, a Romanorum steterint partibus, pro iis decertaverint, tisque nutantem victoram comparaverint. Fictium sane hoc commentum; id autem verissimum constat, quod pugnante Hispanorum exercitu, sanctus Jacobus aliquoties visibiliter et pluries in visibiliter pro iis decertaverit, eosque de hostibus vices efficerit. Unde in memoriam talium beneficiorum a sancto Jacobo acceptorum, ordinem militarem equitum sancti Jacobi instituerunt Hispani; tantaque eos ad sancti Jacobi patrocinium manet fiducia, ut ipsum in praeciliis specialiter invocent et instant conflicto clamare solant: *santae Jacobae, Hispania pugnat.* Quasi dicant: o sancte Jacobae, qui adjutor in opportunitatibus sepe nobis fuisti, exurge nunc in adjutorium nostrum. Pluries patribus nostris pugnantibus propius fuisti, eorumque hostes debellasti; simili nos jam favore prosequere, hostesque nostros fuga, debella et nobis subiace. Nec vanam eorum habentur vota; eis enim sepe praesto fuit sancti Jacobi patrocinium; ac sancti hujus apostoli auxilio et meritis, Hispani et praecilio sepe victores exierunt. Sedet ergo sanctus Jacobus in regno terra supra thronum liberalitatis, quia dat victoram militantibus; ac etiam quia dat subsidia peregrinis.

3. Decollato Jerosolymis sancto Jacobo, discipuli ejus, ut refert sanctus Antoninus, nocte corpus ejus rapientes ad mari litus illud detulerunt, ibique divinitus paratam invenierunt naviculam, in quam ingressi, sequi divino committentes gubernaculum, ad Hispanie oram in Gallegiam appulere. Cum autem, inquit Doctor Seraphicus, beati Jacobi corpus ibi appulit, *ipsa rupes se expandens, et in sepulchri formam effingens, sanctum exceptit cadaver, persecutaque hodie eadem species sepulchri* (ser. de S. Jac.). Incredibile autem, quanta peregrinorum multitudo ex omnibus orbis Ecclesiastici partibus, a primis Ecclesie temporibus, ad sancti hujus apostoli sepulchrum accurvant: mirabilis est fidelium cordibus infusa devotione, qua ab extremis terra finibus, *tum ad honorandas sancti illius reliquias, tum ad implorandum ejus patrocinium ad Campou-*

stellam allicituntur. Et maximi recensentur favores, maximaque subsidia, quae in sacro hoc sepulchro percipiunt peregrini. Ut enim ait Callistus secundus Pontifex maximus: *si mille habemus ora, milleque linguis propositi essem, non possem partem laudum apostoli pertingere, nec miracula ejus cuncta innumeris dibus recensere.* Congratulatur Clarevallensi monasterio sanctus Bernardus, quod in eo sepnitum jaceat sancti Malachiae, Hibernia primatis, corpus eoque veluti thesauru pretiosissimo gloriat: *magnificavit, inquit, Dominus facere nobiscum, cum locum nostrum dignatus est pretiosissimo corporis ejus locupletare thesauro* (ep. 311). Sihest vero quod magis de sancti Jacobi reliquiis glorietur Hispania; sunt etenim thesaurus terreni omnibus bonis pretiosior; suntque quasi aurifodina Pernanis fecundiores et pretiosiores: nam ex Pernanis elicuntur solummodo metalla quedam et gemmae materiales; ex sancti vero Jacobi sepulchro spiritualia et omni temporali pretio majora multa oriuntur subsidia, tum Hispanis, tum peregrinis alienigenis, qui ad illud visitandum et honosrandum devote accedunt. Ecce quomodo Jacobi in triplici Christi regno vere sedeat. *In regno cali, supra thronum justitiae et sequitatis; in regno Ecclesiae, supra thronum glorie et honoris; in regno terra, supra thronum glorie et liberalitatis.* Miremur sanctum Apostolum in triplici hoc throno sedentem, et cum illo saltem in throno coelesti aliquando sedere ambiamus. Honoremus illum in Ecclesie throno sedentem, invocemus eum in terra throno hominibus benefacientem; in regno cali cum illo sedere potissimum desideremus. Ibi sedet Christus ad dexteram Patris; ibi omnes sancti in thronis omni lapide pretioso ornatis sedent; optemus et nos ad coelestes illos thronos sublimari, ibique cum Jacobo in aeternum regnare. Paupertate, obedientia aliisque virtutibus ad coelestem thronum exaltatus fuit sanctus apostolus; easdem et nos secernemus virtutes, ut ad celum evehi mereamur. Amen.

## DE SANCTA ANNA

## CONCIO UNICA.

*Terra nostra dabit fructum suum (Psal. 84, 13).*

De sancta Anna loquor, que cum diu terra sterilis et infecunda fuisset, partus et fetus nullus noverat, ac tandem a Spiritu Sancto et virtute Altissimi fecundata (I) Mariam Virginem, fructum sane benedictum, coelestem et divinum parere meruit: *terra nostra, inquit sanctus Vincentius Ferrerius, id est, beata Anna dabit fructum suum, id est, beatam Virginem* (ser. 2 de nat. Virg.). Ex fructu illo divinitus dato, quanta nobilitas, quanta dignitas, quante virtutes, quantaque sint merita sancte Annae, que tantum edidit fructum, auspicari intendo. Si etenim ex fructibus cognoscitur arbor, utpote quia fructuum bonitas arboris semper arguit bonitatem, a benedicto ventris sancte Annae fructu facile investigabimus quamta extiterit arbor, a qua talis et tantus fructus prodit. Loquerur ergo de mirando illo fructu, non quidem in se, at respectu arboris, sed beatae Annae, que illum produxit. Vel potius de sancta Anna disseremus respectu Marie, que est benedictus fructus, quem parere meruit. Aze.

Sicut aliqui habentur fructus iniustitiae, tenebrarum et delencoris, ita et habentur fructus justitiae, luminis et honoris. De fructibus justitiae loquitur D. Paulus, optans, ut iis repleamur:

(I) Tantummodo B. Virgo Spiritu S. et virtute Altissimi fecundata dicit Evangelium; atque hoc portentum alteri mulier, quantumvis sancte tribuerit, non ut ne vix quidem alienum a fide conceperit; aliquis tamen ratione et S. Anna a Spiritu S. fecundata dici potest, tunc quis propter ordinem naturae, post diuturnam sterilitatem et in procreata state concepit; tunc quia eam concepit Virginem, que ab ipso Conceptionis instanti Spiritus Sancti habitaculum extitit, utpote que originali gratia donata.

N. E.

*repleti fructu justitiae (ad Phil. 1).* De fructibus etiam lucis sermocinatur idem Paulus, dicens: *fructus enim lucis est in omni bonitate* (Ephes. 5). Fructus tandem glorie et honoris commemorat Spiritus Sanctus his verbis: *flores mei fructus honoris et honestatis* (Eccl. 24). Certum est autem, Marianam, que est benedictus fructus ventris beate Annae, respectu totius orbis et omnium hominum fuisse fructum justitiae, lucis et honoris. Fuit totius orbis gratia *fructus justitiae*, quia per illam Christum, omnis justitia et sanctitatis auctorem mundus accipere meruit. Fuit etiam *fructus lucis*, quia illum peperit, qui universum mundum caelesti luce illuminavit. Fuit tandem *fructus honoris*, quoniam illius, cui omnis debet honor et gloria, mater extitit. Non ultra inspiciam, qualis et quantus respectu totius mundi fructus extiterit Maria; ut extra proposita materiam mea non evagetur oratio, ad beatam Annam redeo, et dico, quod Maria speciali et miro quadam modo fuerit respectu Beate Annae 1. fructus justitiae; 2. fructus lucis; 3. fructus honoris.

## I PARS.

*Maria respectu sanctae Annae est fructus justitiae.*

Maria est simul gratiae et justitiae fructus. Maria est gratiae fructus, quia per gratiam et specialem Dei favorem sterilitas Annas depulsa est, et Maria in lucem edita. Est etiam Maria fructus justitiae, nempe fructus, quem Anna juste producere meruit 1. suis precibus; 2. suis lacrymis; 3. suis votis.

I. Mulieribus matrimonio junctis inquit est desiderium, legitimam ex marito procreandi prolem; et hoc differt, inquit S. Augustinus, inter libidinosas meretrices et mulieres conjugatas, quod istae prolem desiderent, illae vero non querant prolem, sed delicias. Anna autem licet sterilis et jam provectionis aetatis, eodem generandi prolem accendebatur desiderio; et ideo *Deum orabat, rogabat, supplicabat, ut vincula*

*solveret sterilitatis* (S. Vinc. Ferr.); sive precibus ita Deum exoravit, ut ablati sterilitatis turpitudine, immaculatam Virginem parere saltem de congruo meruerit: *Anna, cum petitio-  
nem suam obtulisset, promeruit accipere sanctam Virginem* (Andreas Creten. *de dorm. Virg.*). Suas antiquitas preces supra mare fundere conseruerant nonnulli Gentiles, ea moti superstitione, quod fuisse alii preces a diis suis exaudiri ne-  
quirent. Vanam hujusmodi et superstitionis consuetudinem merito damnat D. Augustinus; laudiana vero, praedicta et nequa-  
quam superstitionis adiumento sancte Anne, que preces fudit non supra elementare nostrum mare, ast supra Mariam, que a Doctore Seraphico amarum mare nuncupatur. Suppliciter enim a Deo petit Anna, ut sterilitatis sue vincula solveret, utque optabat sibi daret proleum; precibusque suis Mariam in filiam a Deo obtainere meruit; et ideo, ut ait sanctus Germannus, *Dominus flexus Annae precibus, misit ad eam angelum, qui  
pronunciaret Marię conceptionem* (*in encor. Virg.*). Maria ergo est *fructus justitiae respectu sancte Anne*, quoniam Anna talem fructum producere meruit precibus suis: *ac etiam suis lacrymis.*

2. Turpis erat, et exosa in lege veteri mulierum sterilitas, que non naturae debilis et infirme, potius iracundiae divina effec-  
tus aestimabatur. Quapropter Beata Anna potum suum cum fletu misuit; precibus suis crebrus addidit lacrymas, et oculis lacry-  
mantibus a Deo prolem postulans, filiam immaculatam, et omni exceptione majorum impetravit: *Anna Joachim uxori, inquit sanctus Antiochus, fles in horto suo, promeruit accipere sanctam Virginem Mariam* (hom. 107). Mulierum fecunditatis in sacris coideibus fecunditati vitis praedictare assimilatur: *uxor tua sicut vitis abundans* (Ps. 127, 3). Quod in primis beata mulieri Annae, Joachim sponsa, convenire videtur. Sicut enim aquae guttas premittit, et quasi flet vitis, prius quam flores et fructus pariat, ita beatae Anne parum praecessit fletus; suis namque lacrymis Mariam, omnium fructuum pulcherrimum et saluberrimum producere meruit. Precibus importunis Chanaanæ regotanti filie a Christo impetravit sanitatem; amore ferventi

et generoso in Christi Vicarium eligi, et supra Ecclesiae thronum erigi meruit Petrus; humilitate profundissima et quasi annihila-  
tione sua ad Christi maternitatem exaltata est Maria. Et Anna lacrymis ex orationis, humilitatis et amoris affectu pro-  
venientibus secundari, necnon Mariæ mater effici meruit. Unde Maria *margarita orbis terrarum pretiosa* merito dicitur (S. Cyril, hom. 6 in *Nestor.*). Sicut enim margarita ex eccl. rore efformantur, pariter Maria ex rore oculorum, seu ex sancte Anne lacrymis prodit; quia Anna uberrimus oculorum suorum lacrymis eam a Deo obtainere meruit. Dicamus ergo, Mariam esse fructum justitiae respectu S. Anne, quia scilicet justis eam Anna obtainere meruit suis lacrymis; *ac etiam suis votis.*

3. Deum precantur, lacrymas fondunt et vota emittunt multæ mulieres, ut a Deo prolem impetrant; ipsæ autem ex his lacry-  
mis et votis se tantum respiciunt; filiosque solum desiderant ad  
sui utilitatem, ad domus sua gloriam, vel ob aliquod temporalis  
emolumentum, quod inde sibi eventurum sperant. Anna vero  
prolem optabat, non tam propter se, quam in totius mundi bonum,  
quod partu sui eventurum prævidebat. Et ideo precibus  
et lacrymis suis votum adjunxit; votit enim Domino, quod si  
sterilitatis sue vincula solveret, sibique prolem daret, eam ipsi  
in templo consecraret; talique voto intemerata Virginem Mariam  
parere meruit. *Videns, quod virtute naturali non pos-  
terat obtainere prolem, obtinuit per votum et promissionem* (S. Vincen. Ferrer.). Anna, Samuels mater,—cum sterilis die  
permansisset, votum emisi, quo pollicita est Deo, quod si ste-  
rilitatis sue vincula solvere dignaretur, non solum levia aliqua  
minuscula, que polliceri solent alias mulieres, at ipsum prolem  
vi voti obtentam ei in templo consecrare. Illudque votum ita  
apud Deum efficax fuit, ut virtute ejus datus sit illi filius,  
quem pia mater adhuc in cunis vagientem Domino obtulit.  
Sicut autem cum Anna, Samuelis mater, sterilis esset, vi voti  
puerum a Deo impetraveraut, quem ei in templo obtulit; ita et  
beata Anna, Virginis Mariæ mater, sterilitatis morbo laborans,  
virtute voti et promissionis quam emisi, Mariam concipere et

parere meruit. Quemadmodum prisa illa Anna cum sterilitate morbo laboraret, per orationem et promissionem Samuel procreavit; eodem modo Anna, mater Virginis, per obsecrationem et promissionem, Dei Genitricem a Deo accepit (S. Damas. de fide 4, 15). Maria est ergo fructus justitiae respectu S. Annæ, quæ talem fructum precibus, lacrymis et votis suis obtinere meruit. Maria insuper respectu sanctæ Anne est etiam fructus lucis.

ALERE FLAMMAM  
VERITATIS

## II PARS.

*Maria respectu sancte Anne est fructus lucis.*

Maria fuit quidem fructus lucis in se, cum in ipso matris utero existens et antequam nascetur, rationis lumine plenissime et perfectissime illustrata censemur; fuit etiam fructus lucis respectu sancte Anne matris sue, qui per Mariam, quæ est benedictus fructus ventris sanctæ Anne, illustrantur mentes hominum ad cognoscendum quibus meritis praestiterit illa mater, que tantam filiam genuit; ac per eam clarissime demonstratur, Annam fuisse matrem 1. castissimam; 2. prudentissimam; 3. sanctissimam.

1. Ad castitatem conjugalem religiose servandam adstringuntur quidem omnes, qui matrimonio copulantur, multique procul dubio eam fideliter servant; tamen illam eminentiori et mirabiliori quadam modo servaverunt Joachim et Anna. Et ideo a sancto Jeanne Damasceno vocantur *castissimum par turturum ratione preditarum* (orat. de nat. Virg.), quia scilicet, instar turtarum castissimi extitere. Quanta eorum fuerit castitas, a Virgine Deipara revelatum legitur S. Birgittæ, que sic Mariam sibi allocatam refert: *Deus conjugium patris mei et matris meæ tanta castitate conjunxit, ut nunc non inveniret castius conjugium* (Revel. 1, 8). Unde non desunt, qui assertant, quod Joachim et Anna absque alio libidinis affectu Deiparam genuerint, eo modo, quo primi parentes, si non

peccassent, filios in terrestri paradiso procreassen. O mirandam Annæ et Joachim castitatem! jamvero unde, queso, cognoscitur, quod tanta eorum fuerit castitas? A Maria utique, quæ est eorum fructus, et merito dicitur fructus lucis, quo illustrantur hominum mentes ad hoc ut cognoscant, perfectissime castitatem servasse parentes, qui tantam filiam gignere meruerunt. Ex hoc enim, quod pepererint Mariam, Virginem purissimam, atque immaculatam Christi Salvatoris matrem futuram, optime infartur, quod et ipsos genitores purissimos et castissimos oportuerit servari. Unde sic Joachim et Annam affutur S. Joannes Damascenus: *ex ventris vestri fructu immaculati agnoscimini, o Joachim et Anna, quemadmodum Christus dixit: ex fructibus eorum cognoscetis eos* (orat. 1 de dormit. Deiparæ). Maria ergo fructus lucis respectu sanctæ Anne declaratur, quia per Mariam clare cognoscitur, quod sancta Anna fuerit castissima; ac etiam quod fuerit prudentissima.

2. Deus qui Annam elegit, ut esset Maria genitrix, eam etiam elegit, ut esset ejus educatrix. Evidenter Maria, quæ ab utero matris sapientissima et sanctissima prodierat, hominum hanc egelat auxilio, ut bonis moribus imbuferetur et ut ad bonum agendum excitaretur. Anna tamen ex Dei ordinatione constituta est magistra educationis ejus, vereque ejus educatrix fuit, quia ei bona educationis precepta proposuit. Ideo fatendum, Annam fuisse mulierem sapientissimam et prudentissimam; non enim illam Deus in magistrum, doctricem et educatricem Maria elegisset, si eam ad tale munus obendum et ad tantum ministerium explendum sapientissimam et prudentissimam minime novisset. Ex hoc quod Philippus, Macedonum rex, Aristotelem Alexandri filii sui preceptorē instituit, optime infartur, quod ad tale munus obendum Philippus nullam Aristotele sapientiorem et aptiorem invenerit. Similem in modum, cum beatam Annam Deus educationi Virginis Mariae prefecerit, inferendam, nullam Deum in toto orbe mulierem Anna prudentiorem et sapientiorem invenisse. Maria ergo est fructus lucis respectu sanctæ Anne, quia a tali fructu, quem summo studio excoluit beata Anna, optime cognoscitur et in-

fertur eam sanctissimam et prudentissimam extitisse. Demum Maria est etiam fructus lucis respectu sancte Annae, quia ex tali fructu clare dignoscitur sanctam Annam fuisse mulierem sanctissinam.

3. Licet de Annae sanctitate non disserat sacra Scriptura, eam tamen sanctissimam praedicant plures sancti Patres. Anna, inquit D. Hieronymus, *simplex et recta, apud homines irreprehensibilis erat (de ortu Virginis).* Eam non solum irreprehensibilem fuisse, verum omni virtute et sanctitate floruisse ait sanctus Joannes Damascenus: *Anna, cum omni virtutum genere floreret, apud Deum et homines irreprehensibilis extitit (orat. 1. de nat. Virginis).* Et sanctus Vincentius Ferrerius addit, quod in corde beate Anne fuerit abyssus gratiarum et sanctitatis: *abyssus erat in corde Anne (ser. 2 de nativ.).* Cum autem sacra Scriptura de beata Anne sanctitate non disserat, unde dignoscere potuerunt sancti Patres, tantam extitisse ejus sanctitatem? Quod est principium, eo quo in agnitionem sanctitatis ejus venerunt? Illud principium est Maria: ex hoc enim quod Anna a Deo electa fuerit, ut fieret Maria mater, optime inferunt, Annam fuisse mulierem sanctissimam. Maria est fructus lucis, quo patescit illus sanctitas arboris, que talen fructum produxit et ideo dicunt omnes cum sancto Damasceno: *ex fructu arbor cognoscitur; optima ergo arbor Anna, ex qua eximus fructus productus est (ibid.); optima ergo et sanctissima est Anna, cum Maria sit fructus ventris ejus. Mirari licet, quod sanctus evangelista Mattheus, in Dei Genitricis Marie laudem dixerit solum, quod Christi Salvatoris Mater fuerit: de qua natus est Jesus (Math. 1). Cur innumeris Marias virtutes tacet evangelista? Cur superfluentem gratiam, sanctitatem ineffabilem, omniaque dona superne illi collata silet? Cur non ampliorem ejus panegyricum instituit? Ratio patet; ex hoc enim quod Christus sit Mariae filius, optime colligitur, eam fuisse humillimam, purissimam, prudentissimam, sanctissimam, innumeris donis prededit: *omnia collecta sunt, cum dictum est, ex ea natum fuisse Iesum (D. Thom. a Villan. de nat. Vir. ser. 2).* Eodem modo ratiocinandum de*

beata Anna. Ejus enim virtutes, ejusque sanctitatem tacet sacra Scriptura; de iis nullam mentionem faciunt canonici utriusque testamenti libri: ut autem haec cognoscantur, sufficit, quod Maria sit ejus filia. Ex hoc namque, quod Maria sit Annae filia, sufficienter colligitur, Annam omnibus virtutibus ac eminenti sanctitate prefuluisse. *Quia omnia collecta sunt, cum dictum est, ex Anna natam esse Mariam.* Maria ergo est fructus lucis respectu S. Annae; cum per Mariam cognoscatur, Annam esse mulierem castissimam, prudentissimam et sanctissimam. *Maria dicitur etiam fructus honoris respectu sancte Anne.*

## III PARS.

*Maria respectu sanctae Annae est fructus honoris.*

Universus terrarum orbis a beatissima Virgine Maria gloria haud dubie et honore repletus: *terra per hanc Virginem repleta est gloria (Ildeph. de Virgin. Mar.).* Beata autem Anna propter ceteris creaturis supra modum dignificata et exaltata censetur ab inclita filia sua Maria, que respectu Annæ matris sua fuit vere fructus honoris. Per eam beata Anna mirum in modum fuit 1. nobilitat; 2. ditata; 3. sublimata.

1. Nobilitate prestabat beata Anna, cum fuerit ex progenie David, atque inter praedecessores, seu maiores suos multi patriarchæ prophete, multi judices, multique reges et summi sacerdotes annumerentur. Maxima vero ejus nobilitas oritur a Maria filia sua, magisque nobilitatur a prole, quam ab avis, atavis, omnibusque qui in sua genealogia eam antecesserunt. De beatissima Virgine asserit Damascenus quod licet clarissima esset a nobilitate, quam a progenitoribus accepérat, longe tamen clarior evaserat a nobilitate, quam a prole sumpsert. *Clara preavorum titulis, sed multo clarior nobilitate prolis.* Cujus rei ratione adducit Damascenus, dicens, quod Maria a parentibus solum haberet, quod esset filius regum; a Christo vero haberet, quod esset mater Regis regum; *Filia siquidem regum,*

*sed mater Regis regum.* Pari ratione dicendum, Annam non tam a suis predecessoribus, quam a Maria filia sua doxisse nobilitatem; nempe quia Anna a predecessoribus et progenitoribus suis habet solum, quod fuerit filia hominum nobilium; a Maria habet, quod sit mater Genitricis Christi, qui non solum homo nobilis, verum etiam Deus est, cuius magnitudinis nullus finis. Ideo Rudolphus Agricola spectans supereminentem illam nobilitatem, quam Anna a Maria filia sua desumit, sic proclame in ejus laudem canit:

*Conspicuus præstant alios beneficia parentum;  
Tu contra natus nobilitate nites.*

Maria ergo respectu sancte Annae est fructus honoris, cum per eam sancta Anna mirum in modum nobilitetur, ac etiam *cum per eam sit mirum in modum ditta.*

2. Per Mariam ditta est sancta Anna, tum quia a Deo intuitu Beatae Virginis innumeris repleta gratiis et bonis spiritualibus; tum etiam, quia ad Annam jure materno attinuisse quodammodo videatur omnia Marie bona, sive temporalia, sive spiritualia. Sicut enim de servo dicitur, quod quidquid acquirit, domino suo acquirit, quodque omnia bona quibus utitur, ad dominum cuius est servus attinet; ita et omnia filiorum bona (si saltu mancipati non fuerint) ad parentes, qui eos genuerunt, quodammodo attinent. *Putare debet quisque omnia que possidet, eorum esse, qui generunt* (Plato de leg. 4). Quod verum quoque videtur de bonis spiritualibus, seu de virtutibus, donis et actionibus sanctis filiorum, quae parentibus quodammodo tribuantur. *Quemadmodum enim Phydice, aut aliorum artificum statua, si ipsæ rursus aliquid agerent, id quoque opus non dubitaremus tribuire artifici;* eodem modo *actiones etiam nostre, parentum nostrorum opera esse dicamus, per quos nati sumus* (Stob. serm. 7). Jux illud principium, fatendum, beatam Annam fuisse ditissimam per Mariam, cum omnium bonorum spiritualium ejus participes evaserit. Unde sancta Anna sic Mariam affari poterat; o Maria, omnia tua mea sunt, et ego divitem me repeto sive

properter mea, sive properter tua bona spiritualia, quæ jure materno ad me attinent. Dicere illi potuisse: o filia mea dilectissima, multæ filie congregaverunt divitias, tu supergressa es universas (Prov. 31); jamvero omnes ille spirituales divitiae quas congregasti, juris mei sunt; o filia mea sanctissima, scio, quod Deus te omni spiritualium bonorum genere repleverit, ita ut dicere possis, *mecum sunt dicitur et gloria, opes superbæ et justitiae* (Prov. 8); ego autem gloriarri possum, quod necum etiam sint, quia omnia tua mea sunt. Fuit ergo Maria fructus honoris respectu sanctæ Annae, cum per illam sancta Anna ditta sit, *ac etiam mirum in modum sublimata.*

3. Maria per maternitatem suam ita sublimis evasit, ut Deo matrem ipsa majorem creare minime posset. Majus celum, astra lucentiora, majorem mundum posset et nihil educere Deus, majorem matrem, quam suam ipsius Genitricem Deus facere non posset. Et ratio est, quia, ut ait D. Augustinus, *matris dignitas sumitur ex dignitate prolis;* cum igitur nequa Deus matrem creare quæ majorem habeat filium, ita nec effingere matrem majorem Maria, quæ talem habet filium. Unde S. Anselmus ait, quod Maria per maternitatem suam ita sublimata sit, ut post Deum nil illa sublimius cogitari possit: *hoe solum de beata Virgine prædicare, quod Dei mater est, excedit omnem altitudinem, quo post Deum dici, vel excogitari potest (de excell. Virg. 2).* O quam sublimis extollitur et supra ceteras creaturas exaltatur Maria, utpote mater Christi! Consequenter o quam sublimatur etiam sancta Anna, tamquam matrem Christi? Maximus sane et ineffabilis est honor beatissime Virginis Maria, quod tantum filium generuit; et maxima etiam censemenda gloria beatæ Anne, quod tanti filii matrem peperit. Unde, si Olympias, Alexandri Macedonis mater, hoc titulo insigniri durabat, *Olympias, Alexandri Magni mater,* quasi nihil sibi gloriiosius censeret, quam quod Alexandri mater esset, Anna potiori jure in precentiliis glorie sue titulum, hac epigraphe uti potuisse, *Anna Dei Genitricis mater;* nec enim quid gloriiosius ad beatæ Anne laudem afferri potest, quam quod sit mater Matris Dei. Et ideo sanctam Annam supra omnes alias mu-

liores sublimem, omniq[ue] veneratione dignam proclamat Fulbertus Carnotensis, dicens: *vere beata et omni veneratione habenda et quodam privilegio sacro prædicanda mater, que omnium antecessit matres in concipiendo et generando eam, quae suum et omnium generaret creatorem* (ser. de natur. Virg.). Maria ergo est fructus honoris respectu sancte Anne, cum per illam beata Anna supra modum nobilitata, ditata et sublimata fuerit. Miramini fructum illum benedictum ventris sancie Anne; et miramini matrem, que tales fructum peperit. Miramini Annam et ejus auxilium supplices implorate; quo enim excelsior, eo apud Deum est potentior. Fideles hortatur sanctus Leo, ut cum sanctis omnibus amicitiam contrahant, eorumque suffragia postulent. *Confirmate amicitias cum sanctis angelis et patriarchis; prophetis, apostolis, martyribusque sociamini; et per bonam cunationem ipsorum amite suffraga* (ser. 5. de Epiphan.). At in primis cum beata Anna inuenta nobis amicitia, ejusque potassium ambienda sunt suffragia, utpote quia apud Deum potentissima est per se, et per Mariam, cuius est mater. Assuevit Deus favore concedere, quos ab illo petimus per intercessionem sanctorum, qui solummodo ejus servi exitere. *Consuetudo est Dei, hunc honorem dare servis suis, ut propter eos salcentur et alii* (Chrysost. hom. 24. in Gen.). Quanto potiori jure favores, quos petemus et precipue gratiam salutis, a Deo impetrabimus, si apud eum mediatrix nostra fiat beata Anna, que non solum Christi ancilla, verum et Marie mater, Christique avia extitit! Invocate ergo ferventer sanctæ Anne patrocinium, sanctissimam hanc mulierem in patronam sumite et mediante ejus patrocino gratiam et gloriam obtinetis. Amen.

UNIVERSIDAD  
DIRECCION GENERAL DE  
LIBROS Y ESTADISTICA

## DE SANCTO IGNATIO

## CONCIO UNICA.

*Vas electionis est mihi iste, ut portet nomen meum coram gentibus, et regibus, et filiis Israël* (Act. 9, 15).

De gentium apostolo prefata proprie intelliguntur verba; nulla tamen iis vis, injurya nulla fit, si iis utamur ad laudem sancti Ignatii, Societatis sanctissimi Nominis Jesu institutoris, qui, ut alter Paulus, vere vas electionis fuit, et qui Christi Jesu nomen per se et per filios suos ad omnes orbis terrarum nationes gloriose portavit. Per illustris ille vir ex nobilibus ortus parentibus in Cantabria, atque in Ferdinandi regis aula nobiliter educatus, ab ea discessit, ut terrene militiae nomen daret, in qua non parva animi et generositatis sua testimonia edidit. Deus autem, qui tantum virum ad altiora vocare statuerat, singulari sua providentia effecit, ut generosus ille athleta armis valediceret, ut vir ille genere ac virtute nobilis mundi gloriam despiceret et ut in ipso juvenitis flore carnis illecebras comprimeret. Eum deinde ita Deus illustravit, ita preparavit, totque gratiae sua donis ditavit, ut vas electionis, omni virtutum genere confertum, suoque authore dignum illum perficeret. In divini hujus officio manibus sanctum Ignatium, ut vas electionis, hodie inspicere statui; ejus gloriam non ab avorum et proavorum nobilitate, non a fama, quam in illustrissimi regis aula comparavit; non a præciariis facinoribus, quibus se in saeculo commendabilem presulit, nec a variis animi et corporis dotibus, quibus floruit, elicere statui; hoc enim unum ad unum ab ejus gloriam dicam, quod vere vas electionis extiterit: *Vas electionis est mihi*. His totus concionis hujus scopus, hec tota orationis istius materia. Ave.

Sanctus Paulus apostolus vas sacrum extitit, gratia, chari-

liores sublimem, omniq[ue] veneratione dignam proclamat Fulbertus Carnotensis, dicens: *vere beata et omni veneratione habenda et quodam privilegio sacro prædicanda mater, que omnium antecessit matres in concipiendo et generando eam, quae suum et omnium generaret creatorem* (ser. de natur. Virg.). Maria ergo est fructus honoris respectu sancte Anne, cum per illam beata Anna supra modum nobilitata, ditata et sublimata fuerit. Miramini fructum illum benedictum ventris sancie Anne; et miramini matrem, que tales fructum peperit. Miramini Annam et ejus auxilium supplices implorate; quo enim excelsior, eo apud Deum est potentior. Fideles hortatur sanctus Leo, ut cum sanctis omnibus amicitiam contrahant, eorumque suffragia postulent. *Confirmate amicitias cum sanctis angelis et patriarchis; prophetis, apostolis, martyribusque sociamini; et per bonam cunationem ipsorum amite suffraga* (ser. 5. de Epiphan.). At in primis cum beata Anna inuenta nobis amicitia, ejusque potassium ambienda sunt suffragia, utpote quia apud Deum potentissima est per se, et per Mariam, cuius est mater. Assuevit Deus favore concedere, quos ab illo petimus per intercessionem sanctorum, qui solummodo ejus servi exitere. *Consuetudo est Dei, hunc honorem dare servis suis, ut propter eos salcentur et alii* (Chrysost. hom. 24. in Gen.). Quanto potiori jure favores, quos petemus et precipue gratiam salutis, a Deo impetrabimus, si apud eum mediatrix nostra fiat beata Anna, que non solum Christi ancilla, verum et Marie mater, Christique avia extitit! Invocate ergo ferventer sanctæ Anne patrocinium, sanctissimam hanc mulierem in patronam sumite et mediante ejus patrocino gratiam et gloriam obtinetis. Amen.

UNIVERSIDAD  
DIRECCION GENERAL DE  
LIBROS Y ESTADISTICA

## DE SANCTO IGNATIO

## CONCIO UNICA.

*Vas electionis est mihi iste, ut portet nomen meum coram gentibus, et regibus, et filiis Israël* (Act. 9. 15).

De gentium apostolo prefata proprie intelliguntur verba; nulla tamen iis vis, injurya nulla fit, si iis utamur ad laudem sancti Ignatii, Societatis sanctissimi Nominis Jesu institutoris, qui, ut alter Paulus, vere vas electionis fuit, et qui Christi Jesu nomen per se et per filios suos ad omnes orbis terrarum nationes gloriose portavit. Per illustris ille vir ex nobilibus ortus parentibus in Cantabria, atque in Ferdinandi regis aula nobiliter educatus, ab ea discessit, ut terrene militiae nomen daret, in qua non parva animi et generositatis sua testimonia edidit. Deus autem, qui tantum virum ad altiora vocare statuerat, singulari sua providentia effecit, ut generosus ille athleta armis valediceret, ut vir ille genere ac virtute nobilis mundi gloriam despiceret et ut in ipso juvenitis flore carnis illecebras comprimeret. Eum deinde ita Deus illustravit, ita preparavit, totque gratiae sua donis ditavit, ut vas electionis, omni virtutum genere confertum, suoque authore dignum illum perficeret. In divini hujus officio manibus sanctum Ignatium, ut vas electionis, hodie inspicere statui; ejus gloriam non ab avorum et proavorum nobilitate, non a fama, quam in illustrissimi regis aula comparavit; non a præciariis facinoribus, quibus se in saeculo commendabilem presulit, nec a variis animi et corporis dotibus, quibus floruit, elicere statui; hoc enim unum ad unum ab ejus gloriam dicam, quod vere vas electionis extiterit: *Vas electionis est mihi*. His totus concionis hujus scopus, hec tota orationis istius materia. Ave.

Sanctus Paulus apostolus vas sacrum extitit, gratia, chari-

tate et zelo plenum. Plenus fuit gratia divina Paulus, cum per Dei gratiam, qua affluebat, se omnia apud Deum posse assererit: *Omnia possum in eo, qui me confortat* (Phil. 4, 13). Plenus fuit charitate, cum protestatus sit, se ita ardenter et constanter Deum diligere, ut ab ejus amore averti et separari nequeret: *neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque creatura alia poterit nos separare a charitate Dei* (Rom. 8). Plenus tandem fuit zelo salutis animarum, cum ut omnes salvaret, omnium se servum efficerit: *omnium me seruum feci, ut plares lucifacarem* (1 Cor. 9). En tres insignes titulos, quibus divum Paulum vere vas electionis exitisse constat; ac itidem ab sancti Ignati gloriari dicamus, quod vere vas electionis exitorit, quia gratia, charitate, et sancto zelo cor ejus superabundavit. Unde sicut de divo Paulo dixit Deus: *vas electionis est mihi; ita de sancto Ignatio dicendum: vas electionis est Deo.* Sanctus enim Ignatius vas electionis dicitur ex quo repletum 1. gratia Dei; 2. amore Dei; 3. zelo glorie Dei. Plenitudo gratiae, plenitudo amoris, plenitudo zeli, en tres plenitudines gloriosas, tresque hujus concionis partes, quibus sanctum Ignatium vere vas electionis fuisse patet.

## I PARS.

*Sanctus Ignatius plenus fuit gratia.*

Sanctorum plurimi uberioribus quidem gratiae divinae imbris irratae perhibentur; de sancto Ignatio autem sicut et de beato Stephano licet asserere, quod tantam a Deo gratiarum accepterit copiam, ut vere gratia plenus fuerit; *plenus gratia* (Act. 6). Nec solum hanc gratiarum plenitudinem in proiecta gloria percepit sanctus Ignatius, verum et in ipso conversionis sua tempore exuberavit gratia triumphantie, operante et humiliante; repletus fuit 1. *gratia triumphantie*, quae illum ad terram omnia abicienda impulit; 2. *gratia operante*, quae illum ad ardua suscipienda movit; 3. *gratia humiliante*, quae illum ad vilia et abiecta multa pro Dei amore peragenda inclinavit.

1. Certum est Dei gratiam libero hominis arbitrio nullam unquam inferre necessitatem: quantumvis enim vehemens et efficax sit divinæ gratiae motus, ei quisque resistere potest; tamen ita efficaces et triumphantes nonnunquam a Deo dantur gratiae, ut licet iis resisti possit, nullus tamen quamvis induratus, eis resistat: *haec gratia quæ occulte humanis cordibus divina largitate tribuitur, a nullo duro corde respuitur* (Aug. de praed. SS. c. 8). Ignatum autem ab ipsa juventute Deus non communibus solam gratiam sue radiis illustravit; gratias enim triumphantes ab ipso conversionis primordio illi concessit; gratias illi victrices dedit, quarum virtute omnia fregit vincula, quibus saeculo adstrictus detinebatur, ac terrena omnia reliquit, ut se totum Dei obsequio manciparet. Terrena ante conversionem sapienter sanctus Ignatius; quæ mundi sunt querelat, iis se immiscerat negotiis, quæ statu suo conformia noscebat, et ideo postquam iis vacavit exercitiis, quæ juvenem et nobilem virum decebant, seculari militiae nomen dedit ut generositas sua signa daret, et ut altiora in saeculo properaret. Quo concorditus impulsu, ita omnibus se commisit periculis, ut in urbis Pamphelonensis obsidione, globo a tormento bellico emisso, una ex tribus ojus confracta fuerit. Cum ideo diu in cubili decumbente cogeretur, spiritualium librorum lectioni incubuit, potius ut tedium vitaret, quam ut inde cogitationes salutis elicaret. Jamvero opportuno tempore adveniens victrix Dei gratia, excitavit cor ejus, manifestavit illi, quæ bonum, quamque suave sit adhaerere Domino; illumque suavisissimo et fortissimo suo illicio ad abrenunciandum secundo et ad Christi obsequio se consecrandum allexit. Eodem tempore, quo spiritualia in libris lectebat Ignatius, ad cor ejus loquebatur Dei gratia, intusque ei dicebat: o Ignati, non amplius pro vanitate, verum pro eternitate desertandum: non ultra pro terrenis principibus, tantum pro Domino exercitum militandum; tempus est, ut totum te Dei tui obsequio mancipes, nec ulterius ambigendum; jam jam omnibus abrenunciare festina, ut verus sis discipulus Christi dicentis: *qui non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus* (Luc.

14, 33). Tanta autem efficacia divina Ignatium gratia pervasisit, ut illico terrenis cunctis abrenunciaverit, seque totum Dei obsequio mancipaverit. Sanctus ergo Ignatius est vas electionis vere plenum gratia triumphantе, quia illum ad terram omnia abiciendi impulit; et est vas electionis plenum gratia operante, quia illum ad ardua suscipienda movit.

2. Preclare dixit S. Bernardus, quod Dei gratia voluntatem torpientem facit currentem (ser. 2 in Cant.). De sancto Ignatio dicere possumus, quod plenus fuerit gratia quadam operante, quia non solum voluntatem eius, verum et illum totum currentem fecit, illumque ad longas et difficiles pro Dei gloria peregrinationes suscipendas induxit. Non sine multo labore pedestre incedere poterat vir sanctus, nec sine magna Dei gratia ardua itinera obire illi fas erat (1); operante illa Dei gratia exortatus et adjutus mox ut convulsi, suis se subduxit ephesis, et ad Montem Serratum se contulit: ubi datis egenu suis vestibus, vili se induit sacco. A Monte Serrato Manresam perirexit, ubi postquam anno integro cum pauperibus in xenodochio vicitur, Barcinonam adivit: inde Romam, Patavium, Venetias et tandem Jerosolymam. Ubi tot spiritualibus cor eius superabundavit gaudis et consolationibus, ut reliquo vite sua tempore hic commorari optasset: et ideo dicere incipiebat: *Hæc requies mea in sacerulum sociuli.* Dei gratia cum adhuc currentem effecit, eumque a Jerosolyma civitate discedendum compulit, ut Barcinonam reverteretur. Deo dicebat sponsa: *Trahe me, post te curremus.* Duo autem haec in Ignatio operabatur Dei gratia: trahebat eum, eumque ad praecipuas Europa nationes currere impellebat; trahebat eum intus, ut illum a parentibus et notis elongaret, eumque ad longas peregrinationes excitabat non, inani curiositatibus et levitatis spiritu, verum ut ubique proprie saluti, Deique gloriae consu-

(1) Quamvis enim ex vulnera in Pampelonensi obsidione accepto convalesset, quandam tamen in ejus cruce vulnera reliquerat debilitatem, qua paulisper claudicabat, sedbatque ipsi valde molestum pedibus longa præsentim itinera peragere.

leret. Et revera mirandos virtutis actus ubique eliciebat; ubique dirissimis corpus suum cruciabat flagellis; ubique acerbis illud jejunis affligebat; orationi ubique, aliquis multis pietatis exercitis ferventer vacabat; ubique salutis viam ignaros docebat; ubique prodiga multa operabatur, omnibusque portentosa omnium virtutum exempla prebebat. Unde de ipso, sicut de Christo Salvatore dici potest, quod *pertransiit benefaciendo*, quia gratia illa operans, qua replebatur ad sanctas peregrinations suscipendas et ad ubique hominibus bene faciendum illum impulit. Fuit ergo sanctus Ignatius plenus gratia operante, quia illum ad ardua suscipienda movit; *plenus etiam fuit gratia humiliante, quia illum ad vilia et abjecta multa pro Dei amore perficienda inclinavit.*

3. Nonnullas a Deo dantur hominibus gratiae, ut illos depriment, humiliant et quasi annihilent: et hujusmodi censentur, ni fallor, ille gratia, quas divus Paulus eminentes vocat: *propter eminentem gratiam Dei in vobis* (2 Cor. 9). Eminens autem haec gratia in cor Ignati ingressa est, ut suprema quedam domina, ad illum humiliandum, illumque Dei voluntati totaliter subiecindum: et id præstitit, ut vir ille nobilis in xenodochii habitaret; ut vir ille dives cum pauperibus commoraretur; ut generosus ille miles pias susiperet peregrinations; ut homo ille delicatus crucis Christi jugum portaret; et ut eximus ille vir, qui inter aulicos floruerat, primis grammaticæ elementis ediscendis incumberet: quid humilis? quid abjectus? Cum humilitas sit omnis perfectionis fundamentum et basis, Deus homines humiliare solet antequam eos ad alta ministeria elevet: humiliat eos prius, et deinde eos elevat; *humilitat et sublevat* (1 Reg. 2, 7). Hoc agendi modo erga Ignatium usus est Deus: ad altiora enim ministeria eum sublimare statuerat; eum non solum novum apostolum, etiam fulgentissimi Ordinis patriarcham, mundi totius lumen et hominem seculis omnibus portentosum efficere intendebat. Ideo antequam ad tam alta sublimaretur Ignatius, ad profundam humilitatis abyssum illum Deus vocavit, deditque illi gratiam hanc humiliantem, qua ad hoc redigeretur, ut fieret pauper, peregrinus, exul, in gram-

matica scholasticus, mundo ignotus, et apud homines quasi nihil: *ad nihilum redactus sum* (Ps. 72, 22). O Domine, quam admirabiles sunt in beato Ignatio operationes gratiae tue! Miranda haec gratia tuae operi in hoc sancto intueri nequeo, quin totus obstupecam, et quin identidem dicam, hunc vere fuisse vas electionis Dei gratia plenum; *vas electionis est mihi.* Ad hanc sanctum Ignatium est etiam *vas Dei amore plenum.*

ALERE FLAMMAM  
VERITATIS

## II PARS.

*Sanctus Ignatius plenus fuit amore Dei.*

Quantus in Deum fuerit sancti Ignatii amor, explicare, imo et conigere difficillimum est; non parvam tamen sui in Deum amoris ideam exhibeo, affirmans, quod a deo Deum dilexerit, ut 1. de Deo solo cogitaret; 2. de Deo solo loqueretur; 3. soli Deo placere optaret.

1. Menti cogitatio ibi esse solet, ubi est cordis affectus; de eo mens cogitat, quod cor amat, et quo ardenter objectum aliquod a corde diligatur, eo attentius ejus consideratione mens adhaeret. Unde si unicum objectum cor diligat, de eo solo mens cogitat: *amans nihil aliud cogitat, quam quod diligit* (Idiot. cont. de dicit. am.). Tanto autem amore Deum prosequebatur Ignatius, ut de eo solo cogitaret. In peregrinationibus quas suscepit; in studiis quibus sedulo incubuit; in publicis concionibus quas ad populum habuit; in charitatis et pietatis exercitiis, quibus totum se dedit, in omnibus actionibus suis semper et ubique de Deo cogitabat, cui placere appetebat. Maximus extitit Magdalene in Christianum amor, cum de ipsa sacrum testetur Evangelium, quod multum dilexerit; *dilexit multum* (Luc. 7, 47). Plurima, eaque magna sui in Christianum amoris signa praebuit haec mulier; illud vero in primis notandum, quod de dilecto solum cogitarit, omniumque aliorum obvisceretur: *oblitus erat timere, oblitus erat gaudere, oblitus erat denique omnia praeter illum, quem diligebat super omnia*

(Origen. ho. de S. M. Magdal.). Quod autem de Magdalena, hoc et de sancto Ignatio merito assurit; hic enim ita Deum dilexit, ut de eo solo cogitaret, et aliorum omnium oblivisceretur. In quo custodibus angelis similis fuisse videtur Ignatius: hi etiam curas sue commissos homines illuminant, erudiant, defendunt, protegunt, et ad celum dirigunt; nec tamen propterea vel unico momento a Dei cogitatione et contemplatione avertantur: *semper vident faciem Patris* (Matth. 8, 10). Sic sanctus Ignatius externis multis incumbit exercitiis; modo enim rudiis populi eruditioni, modo impiorum conversioni, modo animalium selectarum perfectioni vacat. Strenue laborat, jam ut inclitum societatis Iesu Ordinem institut, jam ut adversus insurgentis hereses decertet, et jam ut Ecclesie jura toteatur; atvero in his omnibus muneribus oeundis, tamquam angelus, semper videt faciem Patris, Dei namque amore percitus semper et ubique de eo cogitat. O ardente Ignati in Deum amorem! Qui adhuc magis ardore ostenditur ex eo quod de eo solo loquatur.

2. Qui terrena diligunt, de terrenis libenter loquuntur: *qui de terra est, de terra loquitur* (Joan. 3); et contra qui Deum et coelestia sapient, de Deo et celestibus loqui solent, quia de his quae diligit, quisque libenter loquitur. Sanctus autem Ignatius tanto in Deum accendebat amore, ut omnia quae proferebat verba, sancta essent, de Deo essent, et ad Dei gloriam spectantia. Sanctissimum ille vir Samuelem imitabatur, de quo testatur Scriptura, quod non cecidit ex omnibus verbis ejus in terram (1 Reg. 3, 19). Nullum enim Ignatii verbum in terram cadebat. Vana non loquebatur, non inutilia, non jocosa, non exitiosa; ipse semper aut tacebat, aut divina et ad Dei gloriam spectantia proferebat. Et quod majori admiratione dignum videtur, tanto cum spiritus fervore deo loquebatur, ut verba ejus essent quasi jacula ignis, a quibus audientium corda ad Dei amorem, et ad morum mutationem mirum in modum accendeantur. Difficile et quasi impossibile est ignem abscondere, quia semper seipsum prodit et manifestat; *quis enim celaverit ignem? indicio semper proditur ille suo.* Divini autem amoris igne adeo extuabat cor Ignatii, ut non

posset illum abscondere. Ignem hunc nonnunquam manifestabat coelesti fulgore, quo ruitus ejus radiabat; illumque manifestabat sapientia ignis verbis, que proferebat; de Deo enim et de divinis sepiissime et ferventissime loquebatur: eiusque sermo, sive in predicando, sive in exhortando, sive homines allegando, *quasi facula ardebat* (Eccli. 48, 1). De Deo et de divinis tanto cum spiritu fervore disserebat, ut non tam loqui, quam flammam effundere, et audiuntibus corda urere videretur. Ecce excessum amoris, quo in Deum ferebatur Ignatius: eum ita amabat, ut de eo solo loqueretur; illum etiam ita amabat, ut illi soli placere optaret.

3. Qui hominibus placere student, nunquam perfecte Deo serviant: *si hominibus placarem, servus Dei non esset* (Galat. 1); ideo ut quis perfecte Deum amet, illique inserviat, semper eo tendere debet, ut illa faciat, quae ei placita sunt; ac cum Christo dicere, *que placita sunt ei, facio semper* (Joan. 8). Hoc autem unum intendebat S. Ignatius; in omnibus suis actionibus Dei voluntatem quererbat, eamque semper adimplere conabatur. Unde cum Dei gloriam in omnibus spectaret, haec verba crebro iterabat: *ad maiorem Dei gloriam*. Quasi diceret: nihil pro mundo, nihil pro vanitate, nihil ob tempore emolumentum, nil ut corrupte naturae faveam, nil ut hominibus placeam; omnia *ad maiorem Dei gloriam*. Piusissimus imperator Jovianianus, teste cardinale Baronio, in symbolum sibi elegit haec verba: *scopus vita meæ Christus*. Ecce scopum quem sibi prefixerat ille princeps; Christum solum sollicet, cuius unius glorie et honori totus militabat: ad hunc scopum omnis bellum apparatus, vigilare omnes, omniaque opera, pericula et vulnera spectabant. Quod autem Jovianianus in profana, hoc Ignatius in sacra militia spectavit: pro singulari enim tessera et symbolo assumpsit haec verba: *ad maiorem Dei gloriam*; et in omnibus laboribus, studiis, concionibus, functionibus, missionibus et operibus, Dei gloriam semper, tanquam unicum scopum spectabat. Ex illustrissima Farnesiorum familia Alexander cardinalis (qui postea summus pontifex Paulus Tertius fuit) pro gentilitate tessera sagittam ad

scopum directam præferebat, hoc lemmate subjecto: *sic mitte sagittam*; porinde ac si diceret: omnes actiones tuas, volenti sagittas, ad Dei amorem, quasi in scopum referas. Hic autem erat scopus, ad quem indesinenter collimabat Ignatius: sive biberet, sive manducaret, sive aliud quidquam ageret, omnia ad maiorem Dei gloriam faciebat; nilque aliud, quam Dei gloriam in omnibus quarebat et intendebat. Ita Dei amore incendebatur, ut illi soli placere, omniaque ad ejus gloriam perficere satigeret. O quam magnus sancti illius in Deum amor extitit: hic vere fuit vas electionis plenum amore Dei, *ac etiam plenum zelo salutis animarum*.

## III PARS.

*Sanctus Ignatius plenus fuit zelo salutis animarum.*

Omnibus notum arbitror, zelantissimum fuisse sanctum Ignatium, ac salutis animarum zelo cor ejus quam maxime exarsisse. Ut autem maiorem aliquam zeli ejus notitiam exhibeam, dico suum magnum ostendisse zelum erga ignaros, peccatores et omnes homines: 1. *erga ignaros*, quos omnes illuminare voluit; 2. *erga peccatores*, quos omnes convertere optavit; 3. *erga omnes*, quos ad aeternam salutem perducere insudavit.

1. Vir ille admirabilis in adolescentia sua humanis literis ediscens nullo modo incubuerat; cumque jam ad tertium supera trigesimum aetatis sua annum pervenisset, omni latinitatis notitia penitus carebat; tanto tamen ex tunc salutis animarum zelo exarsit, ut ab omnibus hominibus humanarum literarum et principiorum fidei ignorantiam fugare statuerit. Quamobrem, instar puerorum, primis grammaticae rudimentis studere coepit, tantoque affectu et labore studio literarum vacavit, ut non multo post tempore in Parisiensi facultate magisterii laura donatus sit. En Ignatium jam doctum, et ad erudiendos ignorantes idoneum. In corde ejus tunc magis inardescit zelus, magno tunc accenditur desiderio omnes ignaros erudiendi, et ut

propositum sum efficacius adimplere valeat, in socios sibi assumit novem Universitatis Parisiensis baccalaureos, qui omnes Ignati propositum approbat et laudant; ejusque pise voluntati adhaerentes, simul cum eo ignorarum eruditioni incumbere statuant. Et ideo summum audeant Pontificem, cui cum suam manifestassent voluntatem, praividens Pontifex, quanta orbi christiano obuentura emolumenta, si novum institueret Religiosorum Ordinem, qui totaliter ruditum eruditione, et hominum saluti vacarent, eos ad Religionis vota admisit, et societatem instituit, cui praefecit sanctum Ignatium: qui primi propositi sui tenax, ac ardens zelo erudiendi ignarus, filios suis speciali yoto adstringit, dissitas quasque adeundi terrie partes, ut ibi cum Superioribus placuerit, ignarus erudiant, et animarum saluti incumbant. Nec moratur; zelum enim suum continere nequit Ignatius; protinus filios suis undequaque mittit, ut velut fulgentia sidera, ignorantiae tenebras ab omnibus terre finibus expellant. Necdum annus integer elapsus est, cum in Gallia, in Hispania, in Italia, in Germania, in Portugallia, in Hybernia, et in Indiis vii sunt Ignati filii ubique fidei principia docentes, ubique prae dicantes, ubique gymnasia ad juvenum eruditionem instituentes. Quo factum ut brevi tempore, sancti Ignatii zelo totius fere mundi facies videretur immutata, et a toto terrarum orbe turpis ignorantiae tenebra fugate. Miror hunc sancti Ignatii zelum, qui in hoc adhuc mirabilior extat, quod usque ad mundi finem perseveraturus sit: stenam certo patet quod quādiū stabit terrarum orbis, tamdiū zelo sancti hujus viri erudiētūt ignari, et ad literarū, fideiisque nōtitiam adducēntur. Quādiū in hoc mundo vixit Ignatius, rudes, plebejos et cacoē peccatores illuminare non desitit: eosque filiorum suorum ministerio, usque ad mundi finem illuminabit: ore eorum usque ad extremi Iudieū diem catechizabit, predicabit, et omnes orbis populos erudit. Unde si de Abele dicat D. Paulus, quod *defunctus adhuc loquitur* (Heb. 11), dicendum pariter quod ab Ignatio hoc idem quotidie fiat miraculum; quoque post mortem et summo celo loquitur, hic filiorum suorum ore in ecclesiis, in gymnasiiis, et ubique ad puerorum et

fidelium eruditioñem loqui non desinit, nec usque ad mundi terminum desinet. O quam magnus sancti Ignatii zelus erga ignaros! et maximus exstitit sancti illius zelus, erga peccatores, quos omnes ad Deum convertere optavit.

2. Jurgiosi et rixosi (1) esse solent viri zelo glorie Dei succensi, quoniam peccatores aggrediuntur et lassent, ut eos ad morum mutationem et ad veram conversionem adducant. Ex hujusmodi rixosis viris fuit Jeremias, quem ob zelum salutis animarum, quo ardebat, *virum rixosum et discordem* (15, 10) vocant sacra paginae: rixosi etiam fuere sanctus Paulus, sanctus Athanasius, sanctus Chrysostomus, omnes apostoli, omnesque qui zelo glorie Dei exarsere: quia peccatoribus, qui gloriae Dei adversantur, bellum indixerunt. Jamvero quis unquam ex viris zelo divinis gloriae ardentiibus, magis rixa certavit quam Ignatius? ipse non aliquos duoxatax, omnes penitus orbis terrarum peccatores aggressus est, ut eos a vitis avocaret, et ad Deum converteret. Taceo, que Romanos pro impudicarum mulierum, neconon pro Judeorum, et licentioris vite hominum conversione fecit: neque enim intra famose illius civitatis muros clausus remansit zelus illius; ad ultimos usque terrae fines progressus est, quo filios suos misit, ut illic haereticos, istic infideles, hic male moratos christianos, et ubique omnis generis peccatores lassent, ac ad Deum convertere conarentur. Sancti Ignatii filii in manu patrii sui videbantur quasi sagittae in manu potentis, quas ad omnes mundi plagas jaculabat. Sicut enim de Germanis, seu Alemannis dixit nonnullus, quod essent quasi tela ad

(1) Qui autem his verbis, quasvis e sacris libris de promptis, in Sanctorum eligitis ut solent, non omittunt aliquam eorum explicacionem addere, ex gr. sit verbo veniat: ne simplicem aures offendantur, et communis sensus intelligentes verbum, rixosum, quid minus rectum et plius de sanctorum zelo opiniantur. Praesertim vero hujusmodi spiritum ardoris et rixosum in sanctis numerosa sequuntur ostendere oportet a spiritu lenitatis, mansuetudinis et teneritatis caritatis, quo vel ergo maximos peccatores prastarunt omnes viri apostolici, prout et ex sancti Pauli epistolis patet, et ex aliorum gestis conscriptis.

usum præriorum solammodo destinata: *in usum præriorum se-  
positi, velut tela atque arma bellis riservata;* ita sanctus  
Ignatius filios non ad ecclesiasticas dignitates, non ad honores  
seculii, imo vero ad bella vocavit: eosque ad omnes habitabilis  
terrae terminos misit, ut omnibus peccatoribus bellum denun-  
ciarent, eosque verbis, exemplis, omnibusque sibi possibilibus  
modis ad Deum converterent. O mirabile Ignati zelum! qui  
vere magnum se prodit erga peccatores, quos omnes conver-  
tere vult: *ac etiam respectu omnium hominum, quos omnes  
salvare intendit.*

3. Filium suum misit in mundum Pater aeternus, ut ejus  
ministerio omnes penitus homines salvarentur: *non enim misit  
Deus Filium suum in mundum, ut judicet mundum, sed ut  
salvator mundus per ipsum (Joan. 3).* Sicut autem Christus in  
hunc mundum venit, ut omnium hominum salutem incumbere,  
ita et tantus Ignati zelus exiit, ut non unius solum provincie,  
vel regni unius, sed totius mundi homines salvare optaret,  
et sicut alter Paulus, omnes in Christi visceribus cuperet:  
*Testis est mihi Deus, quonodo cupiam omnes vos in-  
sceribus Iesu Christi (Philip. 1, 8).* Paulum et Moysem sancto  
salutis animarum zelo exarsisse adnotat sanctus Chrysostomus:  
Pauli tamen zelum Moysi zelo preferit, quia Moysi zelus ad  
unicam solum gentem, Pauli vero zelus ad omnes mundi na-  
tiones extendebatur: *ille pro una gente, iste pro universo  
orbis certavi (hom. 1 de laud. Paul.).* En Ignati zelum in  
Paulo perfectissime delineatum: Ignatius, sicut alter Paulus,  
omnes penitus homines salvare desiderat; Ignati zelus,  
non unius dumtaxat provincie, vel unius regni, verum totius  
mundi homines respicit, pro omnium salute decertat, tum fer-  
ventibus precibus, quas ad Deum fundit; tum libellis spiritu-  
libus, quos conscribit; tum continuis charitatis exercitiis, quibus  
incubit. Efficacius adhuc pro omnium salute decertat per  
filios, in quibus saipsum quasi multiplicat, quosque ad omnes  
terrae partes mittit, ut ubique bellum vitis indicent, et pro  
omnium salute decertant. O mirabile Ignati zelum! o quam  
vere dicitur vas electionis, gratia, Dei amore, et salutis ani-

marum zelo plenum! o quantum honorem huius electionis vasi  
impedire debegus! Aliis habentur vasa in honorem, et alia  
in contumeliam: *aliud quidem vas in honorem, aliud vero  
in contumeliam (Rom. 9, 21).* S. Ignatius autem est vas in  
honorem; nam illum Deus vas electionis omnibus seculis vene-  
randum fieri voluit. Honorate virum hunc sanctissimum, quem  
Deus ab omnibus honorari jubet; simul vero timete, ne sita vasa  
*in contumeliam.* Peccatores illi qui Dei gratiam in vacuum re-  
cipiunt, qui in Dei amore frigent, et qui nullo accendunt zelo  
salutis animarum, hi, inquam, peccatores, sunt vasa in con-  
tumeliam, que in infernum Deus projicit: *vasa iræ apta in  
interitum (ibid.).* O quam infelices, qui contumeliae et iræ vasa  
sunt! potest autem quisque pro libito aut vas honoris, aut vas  
contumelie fieri. Si Dei gratia ad conversionem vocanti resi-  
stitis, vasa iræ efficiemini: si in corde vestro amoris di-  
vini ignem extinguatis, nec Deum pre omnibus diligatis, vasa  
iræ evadotis; si zelo salutis filiorum, domesticorum, aliquorumque  
ad vos spectantium careatis, eritis vasa iræ apta in interitum.  
E contra si gratia divina non resistatis, si Dei amore ar-  
deatis, salutis proximi zelo, quantum Deus a vobis exigit,  
ferveatis, eritis vasa in honorem destinata ad aeterna taber-  
nacula, et ad coelestem beatitudinem, quam vobis opto in no-  
mine Patris, et Fili, et Spiritus Sancti. Amen.

DE SANCTO PETRO AD VINCULA

CONCIO UNICA

*Erat Petrus dormiens inter duos milites,  
vincitus catenis duabus (Act. 12, 6).*

Vinculis constringitur summus ille Pontifex, qui omnium de-  
lictorum vincula solvendi potestatem accepit: ferreis ligatur cate-

nis supremus ille Ecclesie pastor, qui servitute daemonis captivos liberat homines: carceri mancipatur Princeps ille apostolorum, qui peccatores sub dira Satanae servitute ingomiscentes a peccatis absolvit, et in libertatem filiorum Dei vocat. De sancto Petro apostolo loquor, cuius merita in toto terrarum orbe predicatorum, cuius virtutes undique rutilant, et cuius sanctitas unde quaque emeat. Sanctissimum hunc apostolum et Christi Domini in terris vicarum apprehendi jussi Herodes, vinculis eum constringi imperevit, eum quo in tetro carcere *quatuor quaternionibus militum tradidit custodiendum*. Jam vero a summo celo respexit Petrum Altissimum, cum ipso fuit in tribulatione, et mediante angelo, dux, quibus ligabatur catenæ, de manibus ejus ecclerunt, carceris janua ei ultra aperire sunt, et de impiissimi Herodis manibus liber evasit. Hodie sanctum hunc Antistitem non in mari Tiberiadis pescantem, et relia reficiem, non in monte Thabor coelestis beatitudinis gaudia suaviter pragustantem, non denique in supremo Ecclesie throno sedentem et oracula proferentem, verum in carcere vinculis ferreis constrictum contemplabimur. *Ave.*

Sanctus Petrus in carcere detenus, omni gloria, omni libertate, omnique felicitate penitus carere videtur. Quae etenim superesse potest gloria ei, qui carceris ignominiam patitur? Quae libertas illi, qui catenis ferreis vinctus detinetur? Quae felicitas ei, qui sub impiis Herodis captivitate ingemiscit? Fator, quod sanctissimum ille apostolus aliquo modo miser sit, cum carceris afficiatur ignominia; quod quodammodo captivus sit, cum diris constringatur vinculis; et quod in conspectu saltem hominum infelix videatur cum gravis ab Herode perferat supplicia. Si autem res aqua lance libretur, Petrus inter ignominias carceris maxime exaltatur; inter vincula quibus ligatur, maxima libertate fruatur; et inter seruinas quae patitur, summopere beatificatur. Quae omnia patebunt, cum probaverimus quod sancti Petri in carcere existentes magna sit gloria, magna libertas, et magna beatitudo: 1. magna est ejus gloria inter ignominias quibus afficitur; 2. magna est ejus libertas inter vincula quibus constringitur; 3. magna est ejus beatitudo inter supplicia, que patitur.

## I PARS.

*Magna est Petri gloria inter ignominias quibus afficitur.*

Herodes impius, ut placaret Iudeis, Petrum dignitate claram, miraculis fulgentem et ab omnibus christianis summe honoratum, dedecore et ignominia afficere excogitavit: quamobrem, sanctissimum hunc Antistitem intra tētrum carcerem claudi et vinculis ferreis ligari imperavit, ut perinde Iudeis scandalum, gentibus stultitia, omnibusque opprobrium fieret. Ast inter imaginarias illas carceris et vincularum ignominias maxima mansit Petrum gloria, quia vincula ei fuerū 1. pretiosia ornamenta; 2. gloriosa premia; 3. sublimiora honoris insignia.

1. Multorum rei criminum ferreis non in honorem, verum in dedecus ligantur catenis: vincula illis nequaquam honoris et glorie, immo maxima sunt nota infamie. Petrus insons et pro Christi gloria supplicis adductus, ornatus vinculis quibus ligatur et catenis, quibus constringitur, velut pretiosissimi ornamenti decoratur. Unde sanctus Proclus, Constantinopolitanus Antistes, Petri catenas vocat *regalem ornatum* (hom. 2 de laud. Pau.). Et revera seeptrum, corona, cunctaque pretiosi indumenta et monilia non tantum principes, reges et imperatores adorant, quantum Petrus ferreis, quibus necit, catenis decoratur: nam ut optime loquitur sanctus Chrysostomus, non ita caput splendidum reddit imposita corona margaritis conspicua, ut catena ferrea, que propter Christum fertur (Hom. 8 in ep. ad Ephes.). De sancto Paulo ait Chrysostomus, quod coronatus potiusquam ligatus fuerit catena; eum coronabat catena (Hom. 10 in ep. ad Coloss.). Hoc idem dicamus et nos de D. Petro; moris enim erat antiquitas victimas, dum ad mortem ducerentur, coronare: ipsa hostie et aræ, ipsi ministri et sacerdotes eorum coronabantur (Tertul. de cor. mil., 10). Petrum autem ad victimam parabat Herodes et licet

eum non coronare, potius torquera et depretiare exoptaverit, ipsa tamen vincula, quibus manus ejus strinxit, venustum et regale ei paravere ornamentum; ipso catene quibus eum ligavit, gloria coram Deo et speciosa ei fure corona, qua caput ejus cinctum et ornatum apparuit. Magna ergo manet gloria Petrum vinculis constrictum, cum haec teneat sint pretiosa ejus ornamenta. *Magna etiam est ejus gloria, quia haec catena sunt gloria ejus premia.*

2. Stans Jesus in partibus Cesareae Philippi, scire voluit ex ore aliorum, quid de ipso sentirent homines. Et ideo discipules interrogavit, dicens: *quem dicunt homines esse Filium hominis?* responderunt illi, quod aliqui arbitrarentur, eum esse Joannem Baptistam; alii, eum esse Eliam, et alii, eum esse Jeremiam, aut unum ex prophetis. Dixit illis Jesus: *vos autem quem me esse dicitis?* (Math. 16). Respondebit Petrus, dicens: *tu es Christus Filius Dei vivi.* O præclarum Petri confessionem, qui palam profiteatur, Christum esse Deum, Patremque aeternum Filium! Qualem autem mercedem et qualis præmium dedit Christus Petro pro tali confessione? Duplice quidem ei largitur est mercedeum, claves scilicet et catenas; dedit ei claves: *tibi dabo claves regni celorum;* et dedit eis catenas, quas ipse divinis suis manus compositus, ut forent præmium sua confessionis; *has catenas,* inquit S. Proclus, *compositum Dei Patris Verbum, ut ejus de Deo confessionis præmium essent.* Nec censandum vile et contemptibile hujusmodi præmium, cum haec catena quibus ligatur Petrus, sint tota celo pretiosiores; *si quis,* inquit Chrysostomus, *mih daret totum celum, aut illam catenam, ego illam preferrem* (Hom. 8 in epist. ad Ephes.). De qualibet homine justo, tribulationem patiente, asserit Deus, quod cum ipso est, quod eum a pennis quas patitur, liberabit, atque illum glorificabit. *Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum et glorificabo eum* (Psalm. 90). Haec autem omnia specialius et gloriösius exequitur Deus respectu Petri incarcerated et catenis ferreis onusti; cum ipso enim est Deus in carcere per gratiam, per consolationes internas et per abundantiorem assistentiam; illum etiam

liberata a carcere, ejusque catenas solvit mediante angelo. *Nunc scio vere, quia misit Dominus angelum suum et eripuit me de manibus Herodis* (Act. 12); ac tandem eum Deus glorificat non solum in celo post mortem, verum etiam in carcere per ipsas catenas, quibus ligatur, quas tantopere sublimat, ut eas gloriosum et præiosum confessionis ejus præmium efficiat. Magna ergo dicenda Petri catenis constricti gloria, cum haec catena sint gloria ejus præmia, necon magnæ ejusdem gloria, *quia haec catene sunt sublimissimæ honoris insignia.*

3. Sicut enim pro peccato catenis ligari, maxima censetur infamia, ita et pro Christo vinciri, maxima reputatur gloria: *sicut peccati causa vinciri opprobrium est, ita pro Christo custodie vincula sustinere maxima gloria* (Ambr. in epist. ad Philip.). Tanta quidem haec est gloria, ut pro Christo vincula nec sit quid gloriosum sit, quam esse imperatorem et doctorem. Imo, inquit Chrysostomus, *vinctum esse propter Christum est præclarius, quam esse apostolum, quam esse evançeliam* (hom. 8 in epist. ad Ephes.). O magnam gloriam vinculorum et vinctorum propter Christum! Haec profecto doctrina a mundi sapientibus minime percipitur: hi capere nequeunt, quomodo catena ferrea, que coram hominibus habentur veluti servitutis et infamie nota, mutentur in honoris et gloriae insignia. Rident, cum audiunt, quod gloriosum sit ligari propter Christum; si vero corda eorum Christi urerentur amore, hanc doctrinam caperent, mirarentur et sectarentur: *si quis in Dominum insanit et ejus amore uritur, novit vim vincularum* (Chrysost. ubi sup.). S. Chrysostomus, qui Christi Domini mirum in modum ardebat amore, vincularum et eorum qui propter Christumvinciuntur, gloriam et dignitatem apprime novit et supra modum extollit; *nihil, inquit, est ita præclarum, ac vincula propter Christum, atque catene sanctis illis manibus imposita:* hoc fortasse est præclarius, *quam sedere a dezerteris:* hoc est magnificensius, *quam sedere super duodecim sedes.* Si quis me apud superos collocaret cum angelis, aut cum Paulo vincto, eligere carcerem et vincula. *Si quis me faceret unam ex po-*

testibus, que sunt circa caros, aut circa thronos, aut talem vincum, potius optarem talis esse vincus (Ibid.). Fatendum ergo, quod Petrum inter ignominias carcenis et vincularum recumbentem maxima maneat gloria. *Et magna etiam est ejus libertas inter vincula, quibus constringitur.*

## II PARS.

ALERE FLAMMAM

VERITATIS

*Magna est Petri libertas inter vincula,  
quibus constringitur.*

De Josepho Aegyptiaco in carcere conjecto, vinculisque constricto asserit Chrysostomus, quod inter vincula liber fuerit, ac vera libertate frueretur: *erat Joseph liber inter vinculos* (in cap. 39 Gen.). Tunc libertate gaudebat Joseph, quia dum corpus ejus vinculis irrestitutum tenebatur, innocens ejus animus nullatenus alligabatur, atque penitus liber remanebat. De beato Petro similiter dicam, quod licet in carcere detineatur et catenis ferreis corpus ejus constringatur, ipse tamen liber manet inter vincula, quia liber 1. a servitute peccati; 2. a servitute concupiscentiae; 3. a servitute demonis.

1. Omnes qui gravibus inquinantur peccatis, talium flunt peccatorum servi: *qui facit peccatum, servus est peccati* (Joan. 3). Peccatis quasi funibus tartareis capiuntur et constringuntur, qui ea perpetrant: *iniquitates sue capiunt impium et funibus peccatorum suorum constringitur* (Prov. 5). Petrus autem in miseram hanc peccatorum suorum servitutem olim redactus; et ipsi catenis peccatorum suorum aliquando fuerat ligatus; jamvero post amarum, quam propter Christum amplexus est penitentiam, talibus haud amplius contigit ligari vinculis; non amplius peccati servus exiit; ab omni crimen liber permansit, ac in medio carcenis existens, maxima libertate gavissus est. Ut enim ait sanctus Isidorus, *nemo magis liber, quam ille, qui nullius mali sibi conscius est* (in Etim.). Hanc, qua fruebatur, libertatem indicasse videtur sanctus ille

apostolus dormiens inter vincula, quibus tensabatur et inter milites, a quibus custodiebatur. Imperaverat enim Herodes quod sanctus ille vir mitteretur in carcere et duabus catenis ligaretur, intendens intra breve tempus eum populo ad occidendum producere. Petrus autem sic ligatus, sic morti adjudicatus quiete et tranquille dormit: *erat Petrus dormiens inter duos milites ligatus catenis duabus* (Act. 12). Cur securi inter catenas et milites dormit Petrus? ibi dormit, quia magna fruitur libertate. Impii, dum in thronis sedent, dum in conviviis se exquisitis ingurgitant cibis, dum abdomini et veneri indulgent, formidant, trepidant, nec quiete unquam dormire queunt, quoniam utpote servi peccati timent, ne vinculis criminum suorum ligati in infernum perpetuo cremandi detrundantur. At Petrus inter vincula et satellites suavi indulget somno, quia conscientia eum ab omni criminum nexo liberum testatur. Dum vero Petrus magna gaudet inter vincula libertate, quia liber a servitute peccati, magna est etiam ejus libertas, *quia liber a servitute concupiscentiae.*

2. Concupiscentia tyrannus est sevissimus, qui homines trahit, ligat et sepius in servitutem redigit: *unusquisque tentatur a concupiscentia sua abstractus et illectus* (Jacob. 1). Hec homines impudicos venebris, voluptatibus, avaros transitoris fallaciebus sacculi bonis, et superbos vanis et imaginariis mundi honoribus tamquam viles servos alligat. Petrus autem dum in vinculis corpore ligatus degebat, a servitute concupiscentiae penitus erat liber; concupiscentia non illum carnis voluptatibus alligatum detinebat, cum ipse propriam reliquerit uxorem et castitatem perpetuam vorerit; concupiscentia cor ejus dignitatum amore non alligabit, cum ipse in omni humilitate incesserit, omniumque peripsema propter Christum fieri volerit; concupiscentia tandem non illum induxit ad servendum divitias et mammonas iniquitatis, cum ipse cuncta mundi bona reliquerit: *ecce nos reliquimus omnia.* Tanta tandem Petri catenis ferreis ligati, fuit libertas, ut totaliter a concupiscentiae servitute liber exiterit. Hortatur nos Spiritus Sanctus, ut infestos concupiscentiae motus non sequamur: *post concipi-*

*scentias tuas non eas* (Eccl. 18) Hi autem homines concupiscentiae motos sequuntur, qui iis consentiant: *post concupiscentias imus, cum illis consentimus* (Hugo 161). Et hi qui concupiscentiae motibus consentiant, dicuntur ejus servi, quoniam ab ea vincuntur, capiuntur et possidentur. *Qui cedit concupiscentia nique consentit, vineatur, capitur, traditur, possidetur; a quo enim quis devictus est, huic et seruos addictus est* (August. c. Julian. 5, 9). O quanta multorum infelicitas, qui post concupiscentias suas vadunt, pravisque earum trahuntur illecebris! Hi plerumque se liberos arbitrantur, dum misera concupiscentiarum suarum servitute ligantur. Sanctus Petrus inter vincula, quibus ligatur, manet penitus liber a servitute concupiscentiae, eo quod terra bona non ambiat, verum celestia: voluntates carnales non requirat, sed spirituales; ne tantummodo ad eternas celi dignitates, non autem ad mundi fastos anhebet. Itaque magna Petri vinculis constricti libertas, quia liber est a servitute concupiscentiae; magna etiam est ejus libertas, *qua liber est a servitute daemonis*.

Sicut hi dicuntur fideles Dei servi, qui ei in omnibus obediunt, ejusque cuncta servant precepta, ita et daemonis servi habentur, qui ei servient, ejusque parent mandatis. Dicit Deus: *declina a malo et fac bonum*; propterea si ab omni declinet peccato et bonis totaliter incumbas operibus, tunc te verum Dei servum esse compendas. Dicit daemon, *declina a bono et fac malum*; ideo si ejus dictis obedias, deviendo a bono et iniquis vacando operibus, tunc daemonis servus efficeris. O quot Satane servi in hoc mundo! Quot sunt, qui bene facere nesciunt et qui malis penitus se dedunt operibus! Hi quidem demonis servi numero suo, Dei famulos longe superant; pauci enim daemonis voluntati non obsequuntur, pauci iniquo iure domino non famulantur. Sanctus Petrus in carcere inclusus se totum Deo consecrat; demoni nullatenus subjicitur, uni Deo servit; demonis absolutus dominio, ipse daemon potius dominatur, ac propriis catenis daemonem alligatum et captivum detinet. *Ab his catenis, inquit sanctus Proclus, daemonum pravi spiritus illigati eneantur; ab his princeps hujus*

*mundi captiōes ducitur* (Ubi sup.) Sanctus Vincentius Ferrierus ait, quod sicut Herodes Petrum duabus catenis vinctum detinebat, ita et daemon servos suos duabus catenis vinctos tenere solet: duas autem haec catenes sunt longa consuetudo et mala societas. *Prima catena*, qua daemon servos suos ligatos detinet, est invictorata consuetudo; qui enim a multo tempore jurare, blasphemare, furari, ad usuram mutuare et alia peccata perpetrare assueverunt, ab iis difficillime se expediant, quia prava consuetudo est fortissima catena, qua a demone captivi detinentur. *Secunda catena* est mala societas, qua daemon quoscumque homines, quantumvis innocentes, ad innumeram trahit peccata, eosque ita alligatos detinet, ut nequam sua frangere vincula et ab ejus servitute se liberare queant. Ecce qualibus potissimum catenis servos suos daemon vinctos teneat. Igitur sanctus Petrus, eti catenis ferreis constrictus, malignis demoniis catenis ligari nequivit: mala hand alligabatur consuetudine, qui infirmos curare, afflictos visitare, miracula multa facere et omnibus honorum operum generibus vacare consueverat: prava etiam societate minime constringebatur, quia cum sanctissimis viris in terra viventibus et cum angelis in celo regnantibus conversari solebat. Cum ergo S. Petrus in carcere detrusus, non daemonis, sed Dei servus exliterit, intendum quod vere, quamvis catenis ferreis constrictus, magna frueretur libertate, sem liberaretur a servitute peccati, concupiscentiae et demonis. Demum S. Petrus inter vincula, quibus ligabatur, non modo vera gaudiebat libertate, magna etiam erat ejus beatitudo inter supplicia quae patiebatur.

## III PARS.

*Magna est Petri beatitudo inter supplicia  
quae patitur.*

Quis beatum censem Petrum in tetro detentum carcere, infensis sibi militibus circumdatum, et proxime morti adjudic-

candum? Quis arbitratitur, sanctum hunc apostolum felicem inter vincula, quibus constringitur, inter supplicia que patitur et inter funera quibus destinatur? Fateor, quod si secundum carnis et sanguinis leges de Petro iudicemus, infelix et miser dicendus sit; si vero christiane et iuxta Christi leges sententiam foramus, Petrus inter vincula et supplicia est beatus, ac beator. 1. Herode, qui eum carceri mancipavit; 2. christianis, qui ei compatinuntur; 3. angelo, qui eum e carcere liberat.

1. Beatus et ipso Herode felicior erat Petrus in carcere detenus: nam Herodes purpura indutus et redimitus corona, quasi demonis victimam ad aeternas inferni penas destinabatur; et contra vero sanctus Petrus erat victimam Deo consecrata et ab ipso in aeternum coronanda. Sicut solebant antiqui, boves, arietes et alia animalia ad sacrificium destinata vittis ornare et lauribus coronare: sic Herodes, aliquando a diabolo sacrificandus, immolandus et in aeternum ad tartara precipitandus inducatur splendide et coronabatur gloriose in hoc mundo. Petrus vero Herode longe felicior erat, quia per levia que patiebatur supplicia, ad aeterna parabatur premia, et transitoris quibus afflictibatur penitus, ad perpetuas colli delicias ordinabatur. Felicem haud dubie Herodem et infelicem Petrum censebant Iudei: cum Herodem viderent exaltatum sicut cedrum Libani, sedentem supra Iudaici regni solium, divitiis afflentem, cunctisque frumentis deliciis, eum felicem proclamabant: *beatum dixerunt, cui haec sunt.* Et contra eum Petrum censerent vincum, in carcere detentum, tradidit viginti militibus ad custodiendum, variis affectum injuriis et ultimo supplicio damnandum, eum utique infelicem et miserum censemur. Utique fallebantur; nam infelix erat Herodes et Petrus felicissimus; infelix Herodes, quia licet regnaret in hoc mundo, a Deo tamen odio habebatur: *iniquos odio habui: infelix, quia licet divitias et delicias afflueret, interius tamen nulla fruabar pace; non est pax impii:* infelix tandem, quia cum crucis Christi esset inimicus, extra paradisi viam incedebat et praeceps ad tartara in aeternum cruciandum currebat. At Petrus erat felicissimus, quia in carcere detenus, a Deo amabatur,

visitabatur ab angelis, a celo protegebatur, interna fruebatur pace, Christi passionibus conformabatur et ad aeterna premia parabatur. O Petrum vere felicem et ipso Herode feliciorum! *Petrus erat etiam felicior christianis, qui ei compatiscebantur.*

2. Cum Petrus detineretur in carcere, christiani ei compatiientes indesinenter Deum pro ipsis liberatione orabant: *oratio autem fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo* (Act. 12, 5). Sanctus Vincentius Ferrerius ait, quod ita ei compatiscebantur, ut pro ipso orarent flentes: *orabant pro liberatione Petri flentes.* Flere quidem oportebat: quia privabantur capite suo, pastore et duce suo; tamen flere non debebant Petrum, quasi miserum et infelicem; miser enim non erat, immo beatus et iis qui ei compatiscebantur beator. Quod, quam verum sit, ex ipsis Christi verbis constat; nonne dixit Christus Dominus: *beati estis cum maledicerint vobis et persecuti vos fuerint et dixerint omne malum aduersum vos?* (Matth. 5, 11). Nonne docuit divinus ille magister, beatos esse, qui propter justitiam persecutionem patiuntur? *Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam* (Matth. 5, 10). Quis ad haec Petrum infelicem censemur? Vel potius, quis non eum beatum et iis qui ipsi compatiscebant, feliciorum proclamabit? iis quidem beator erat Petrus, quia pro Christo et propter justitiam dira patiebatur; ipsi vero nondum digni effecti erant, tantam, quantum ipse, pro Deo persecutionem pati. Octo beatitudines, seu octo gradus ad aeternam beatitudinem assequendam assignat Christus: *primus gradus est, per paupertatem abjecere curam divitiarum; secundus, per mansuetudinem motus animi compone;* *tertius, peccata lugere;* *quartus, esurire et sitiare justitiam, seu virtutum augmentum;* *quintus, misericordie spiritualis et corporalis operibus vacare;* *sextus, cordis munitione studere;* *septimus, pacem inter omnes conciliare;* *octavus, patienter persecutiones propter Deum et justitiam pati.* Pleraque ex his beatitudinibus simul cum Petro possidebant alii fideles, qui ei compatiscebantur; ad octavam et supremam nondum pervenerant; aut saltem non eam ita perfecte asse-

cuti erant ac Petrus, quia ipse in carcere duabus catenis existens, iis longe gravorem propter justitiam patiebatur persecutionem. Propterea in conspectu Dei et juxta divinam Christi doctrinam iis erat longe beatior. Si ergo S. Petrus inter supplicia fuit beatior fidelibus, qui ei compatiebantur, fuit etiam beator angelus, qui cum liberavit.

3. Cum Petrus in carcere inter duos milites duabus catenis vincitus dormiret, venit id eum angelus de celo, qui splendore suo totum irradivit habitaculum, perassouque latere Petri, excitavit eum, dicens, surge velociter (Act. 12, 7). Beatus haud dubie erat illi angelus et beatitudine coelesti fruebatur: dum enim ingrediebatur carcere, Deum facie ad faciem contemplabatur, eum amore beatifico diligebat, ac preinde non minor beatitate potiebatur, quam illi qui in celo remanentes indesinenter vident faciem Patri aeterni; ausim tamen dicere cum S. Chrysostomo, quod Petrus in carcere extitit beatior angelo, a quo fuit percussus, excitatus et liberatus: si quis nihil dicere, inquit Chrysostomus, quid malles, an esse angelus, qui Petrum pupugit; an Petrus, qui salvus evasit? mallem esse Petrus, propter quem venit angelus (Ubi sup.). Quomodo autem Petrus inter vincula et supplicia beatior esse poterat angelo, qui actu beatitudine fruebatur inenarrabili et aeterna? Beatior erat non in se et actu, verum beatior erat in spe, ut loquitur S. Augustinus, quia cum gravia propter Christum patretur, ex hoc solidam habebat sperandi rationem, quod aliquando angelo hoc beato, a quo liberabatur, futurus esset ipse beatior; quodque per passiones suas, altiores beatitudinis aeternae gradus sibi compararet. D. Paulus, in hoc mundo vivens, fuit in vincula conjectus et in paradisum usque ad tertium celum raptus. Paulus in vinculis videbatur miserrimus; in celo vero haud dubie erat beatus et beatitudine sanctorum, saltem transeunter, fruebatur. Nihilominus, si fidem adhibeamus Chrysostomu, sanctus Paulus beatior fuit inter vincula, quam cum raptus est in paradisum et usque ad tertium celum sublimatus: non tam beatum existimo Paulum quod raptus sit in paradisum, quam quod conjectus sit in carcerem. Non tam eum

censeo beatum, quod raptus sit in tertium celum, quam cum censeo beatum propter vincula (Ubi sup.). Similiter dicamus de Petro, quod ipse catenis constrictus et in carcere inclusus beatior fuit angelo, qui divinam essentiam contemplabatur facie ad faciem et qui paradisum inhabitare solebat. Quare Petro in vinculis existenti dicamus: *beatus es Simon Barjona* (Matt. 16); beatus sane es et ipsis angelis beatior. Ecce quanta fuerit gloria, quanta libertas, quanta beatitudo Petri in carcere degentis et vinculis constricti. Contemplemur eximiam hanc gloriam, ad quam inter vincula et per vincula evenit: denirremus sanctam et plenam hanc libertatem, qua in sua captivitate et dum catenis ferreis constringitur, perfecte fruatur; atque in primis ejus ambiamus beatitudinem; beatus est sanctus ille apostolus, cum pro Christo patitur; optemus et nos gravia cum ipso propter Christum perpeti; sanctus Petrus, sicut et alter Paulus, gaudebat, cum pro Christo patiebatur: *placero mihi in infirmitatibus, in contumelias, in necessitatibus*. Gaudebat, quia in ipsis tribulationibus aeternam praegustabat beatitudinem et per penas quas patiebatur, majora semper sibi comparabat in celo gaudia: gaudemus pariter et nos in tribulationibus nostris, semperque graviora pro Christo pati optemus, ut inde aliquando beatiores in celo fieri valeamus. Si graves adveniant morbi, in his gaudemus; si superveniant inimici, qui nos perseguantur, eos diligamus; si temporalium bonorum jacturam faciamus, Deum benedicamus: optemus tandem semper plura et majora pro Christo perpeti in hoc mundo: ac morbos, injurias, persecutions patiamur cum Petro, ut cum illo beari mereamur in celo. Amen.

## IN FESTO SANCTÆ MARIAE ANGELORUM

## CONCIO PRIMA.

*A Domino factum est istud* (Psalm. 117).

Munus aliquod unum et idem in se ipso aliud et aliud esse videtur, cum a rege offertur vel a viro rustico dono accipitur; in manu enim regis quasi angelus et pretiosius evalit; semperque pluri filii, cum a regia, quam cum a rustica et ignobilis manu procedit. Sicut perimitas sanctitatis viri res etiam profanas contactu suo sanctificant, ita et principes numeribus et donis, que ab eorum oriuntur manibus, aliquem magnitudinis characterem imprimunt, quo pretiosiora et hominibus longe acceptabiliora redduntur, quam si a rusticis et plebeis tribuerentur. Indulgenter omnes, quibus in Ecclesia fruimur, dona quidem pretiosissima sunt in se, cum ex Christi et sanctorum satisfactionibus coalescant; quid vero praeterea nobilis et sublimius in indulgentia sanctæ Mariæ angelorum cernitur, utpote quod a Christi Domini manu immediate procedat: *a Domino factum est istud.* Scimus sumum Pontificem auctoritate a Deo accepta indulgentias concedere etiam plenarias et perpetuas non sensi ac ista; hoc autem pro ceteris praecarum et speciale habet indulgentia sanctæ Mariæ angelorum, quod non solum a Christi in terris Vicario, et a servo servorum Dei, verum ab ipso Christo Domino immediate manaverit. Eum a Christo humiliiter petitus sanctus Franciscus, eamque mediante Dei Genitricis intercessione obtinuit; ejusdem et nos Dei Genitricis auxilium imploramus, ut dignum de tanta indulgentia sermonem instituere valeamus. *Ave.*

Ut firmiter et perfecte aliqua stabilitur indulgentia, a persona autoritatem habentem concedi debet, si autem de ejus valore aliquod insurgat dubium, eam confirmari necesse est; et tandem ut eam quisque lucrari possit, publici eam juris fieri et

rite publicari oportet. Certum est quod summus Pontifex protestare a Christo accepta indulgentias quaslibet concedere, confirmare et publicare solet; at indulgentia sancte Mariæ angelorum non ab homine solum, ab ipso Deo immediate data, confirmata et publicata noscitur. Dedit quidem Christus summo Pontifici potestatem ligandi ei solvendi quocumque voluerit: *quocumque ligaceris super terram, erit ligatum et in celis;* et *quocumque solveris super terram, erit solutum et in celis;* tamen in ista indulgentia aliquid Christus sibi reservasse videtur; in terris enim apparuit, ut illam concederet; et licet sanctum Franciscum ad summum Pontificem delegaverit, ut ab eo hanc indulgentiam dari, confirmari et publicari petret, eam nihilominus Christus per seipsum dedit, et confirmavit, et publicavit. Indulgentia sancte Mariæ angelorum 1. a Christo data est; 2. a Christo confirmata est; 3. a Christo publicata est. En tres hujus orationis partes, quibus hanc indulgentiam a Deo esse constabit; *a Domino factum est istud.*

## I PARS.

*Indulgentia sanctæ Mariæ angelorum a Christo data est.*

Quamquam omnes totius orbis Ecclesias summopere venerantur Pater Seraphicus, Ecclesiam tamen portiunculæ, seu sanctæ Mariæ angelorum, que ab Assisio non longe distat, praecipuo studio singulariæ religione semper colvit; *tum* quia beatissima Virgini erat dedicata; *tum* quia in ea suavisimi angelorum concensus sepe audiebantur; *tum* quia in ea Pater sanctus ex Dei ordinatione Ordinem suum erat inchoatus. In hac autem Ecclesia Christus visibiliter apparuit, ac indulgentiam plenariam et perpetuam dedit 1. *ut mercedem zeli* quo ardebat Franciscus; 2. *ut signum amoris* sui erga peccatores; 3. *ut monumentum* sue liberalitatis erga Ecclesiam.

1. Sanctissimo salutis animarum zelo ardebat Pater Seraphicus; cor ejus quasi fornax accensa videbatur, ex qua sacri

## IN FESTO SANCTÆ MARIAE ANGELORUM

## CONCIO PRIMA.

*A Domino factum est istud* (Psalm. 117).

Munus aliquod unum et idem in se ipso aliud et aliud esse videtur, cum a rege offertur vel a viro rustico dono accipitur; in manu enim regis quasi angelus et pretiosius evalit; semperque pluri filii, cum a regia, quam cum a rustica et ignobilis manu procedit. Sicut perimitas sanctitatis viri res etiam profanas contactu suo sanctificant, ita et principes numeribus et donis, que ab eorum oriuntur manibus, aliquem magnitudinis characterem imprimunt, quo pretiosiora et hominibus longe acceptabiliora redduntur, quam si a rusticis et plebeis tribuerentur. Indulgenter omnes, quibus in Ecclesia fruimur, dona quidem pretiosissima sunt in se, cum ex Christi et sanctorum satisfactionibus coalescant; quid vero praeterea nobilis et sublimius in indulgentia sanctæ Mariæ angelorum cernitur, utpote quod a Christi Domini manu immediate procedat: *a Domino factum est istud.* Scimus sumum Pontificem auctoritate a Deo accepta indulgentias concedere etiam plenarias et perpetuas non sens ac ista; hoc autem pro ceteris praecarum et speciale habet indulgentia sanctæ Mariæ angelorum, quod non solum a Christi in terris Vicario, et a servo servorum Dei, verum ab ipso Christo Domino immediate manaverit. Eum a Christo humiliiter petit sanctus Franciscus, eamque mediante Dei Genitricis intercessione obtinuit; ejusdem et nos Dei Genitricis auxilium imploramus, ut dignum de tanta indulgentia sermonem instituere valeamus. *Ave.*

Ut firmiter et perfecte aliqua stabilitur indulgentia, a persona autoritatem habentem concedi debet, si autem de ejus valore aliquod insurgat dubium, eam confirmari necesse est; et tandem ut eam quisque lucrari possit, publici eam juris fieri et

rite publicari oportet. Certum est quod summus Pontifex protestare a Christo accepta indulgentias quaslibet concedere, confirmare et publicare solet; at indulgentia sancte Mariæ angelorum non ab homine solum, ab ipso Deo immediate data, confirmata et publicata noscitur. Dedit quidem Christus summo Pontifici potestatem ligandi ei solvendi quocumque voluerit: *quocumque ligaceris super terram, erit ligatum et in celis;* et *quocumque solveris super terram, erit solutum et in celis;* tamen in ista indulgentia aliquid Christus sibi reservasse videtur; in terris enim apparuit, ut illam concederet; et licet sanctum Franciscum ad summum Pontificem delegaverit, ut ab eo hanc indulgentiam dari, confirmari et publicari petret, eam nihilominus Christus per seipsum dedit, et confirmavit, et publicavit. Indulgentia sancte Mariæ angelorum 1. a Christo data est; 2. a Christo confirmata est; 3. a Christo publicata est. En tres hujus orationis partes, quibus hanc indulgentiam a Deo esse constabit; *a Domino factum est istud.*

## I PARS.

*Indulgentia sanctæ Mariæ angelorum a Christo data est.*

Quamquam omnes totius orbis Ecclesias summopere venerantur Pater Seraphicus, Ecclesiam tamen portiunculæ, seu sanctæ Mariæ angelorum, que ab Assisio non longe distat, praecipuo studio singulariæ religione semper colvit; *tum* quia beatissima Virgini erat dedicata; *tum* quia in ea suavisimi angelorum concensus sepe audiebantur; *tum* quia in ea Pater sanctus ex Dei ordinatione Ordinem suum erat inchoatus. In hac autem Ecclesia Christus visibiliter apparuit, ac indulgentiam plenariam et perpetuam dedit 1. *ut mercedem zeli* quo ardebat Franciscus; 2. *ut signum amoris* sui erga peccatores; 3. *ut monumentum* sue liberalitatis erga Ecclesiam.

1. Sanctissimo salutis animarum zelo ardebat Pater Seraphicus; cor ejus quasi fornax accensa videbatur, ex qua sacri

illius zeli scintillæ indesinenter prodibant; nec unius dumtaxat, verum omnium animarum salutem zelabat et summopere desiderabat: *servidum habebat zelum ad salutem omnium salvatorum* (D. Bon., c. 9 *legend.*). Non defere sancti, quorum zelus intra unius dioecesis, vel unius provinciae, imo et unius loci particularis terminos clandebarat; Seraphici Francisci zelus nullum agnoscet terminum, quia ad omnes mundi partes, ac ad omnes animas protendebatur. Et ideo in ipso nascenti Ordinis sui primordio, convocatis fratribus, eos in quatuor partes ad modum crucis ordinavit; dixitque illis qui ex una parte erant: ite vos ad orientales plagas; dixit alia nonnullis, qui ex altera parte stabant: pergitis vos versus Occidentem; alios vero versus Meridiem, et alios versus Septentrionem delegavit, precipiens eis, ut undequeque predicarent, et animarum saluti sedulo vacarent. O mirabile sancti Francisci zelum! Quem Christus approbavit et gloriose premiavit, aunoens votis ejus, dansque ei indulgentiam plenariam et perpetuam in gratiam peccatorum, quorum salutem zelabat Pater Seraphicus. Aserit D. Paulus, et certo certius constat, quod in celo *unusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem* (1 Cor. 3, 8); interdum vero et stepissime etiam in hoc mundo dat Deus hominibus mercedem laboribus et virtutibus eorum debitam. Taceo innumeros, quos in hac etiam vita Deus premiavit, ut de solo Patre Seraphico loquar; hic etenim ardentissimo succensus zelo per se et per fratres suos strenue pro animarum salute laboravit; Deus autem ut mercedem zeli et laborum ejus tribueret, votis ipsius annuit, eique quod optavit et petit, liberè concessit. Petuit enim a Christo Franciscus, ut plenariam et perpetuam indulgentiam concederet omnibus, qui debite facta peccatorum confessione, Ecclesiam sanctæ Mariæ angelorum certa quadam anni die ingredierentur; Christus autem, ut premiaret zelum animarum quo ardebat Pater Seraphicus, ei hanc indulgentiam liberè concessit. Unde hauc indulgentiam summus Pontifex Martinus IV *justam* vocavit, quia scilicet illam concessit Christus ut mercedem, quam aliqua cum justitia laboribus et zelo sancti Francisci debere

videbatur. Cum autem Christus hanc indulgentiam dederit in mercedem zeli quo ardebat Franciscus, *eam etiam dedit in signum amoris sui erga peccatores.*

2. Lazarum, Magdalene fratrem, diligebat Christus, suumque erga illum tunc specialius manifestavit amore, cum eum succitare voluit. Tunc enim videntes Iudei, quod ficeret Christus, atque ad illum a mortuis excitandum se aptaret, dixerunt: *ecce quomodo amat eum Iacob.* (Joh. 11, 36). Magnus quidem Christi erga hunc mortuum amor fuit; magis tamen hodie erga omnes homines per peccatum mortuos, amoris sui dat testimonium, cum eis omnibus indulgentiam concedat, qua mediante, a peccatis suscitar, neconon a tetris criminum suorum vinculis solvi possunt. Mirabile amoris testimonium peccatoribus Christus dederat, cum pro ilis incarnari, nasci ac naturæ humanae infirmitatibus subjici voluit; ineffabile etiam charitatis sue signum eis exhibuit, cum pro illo pati, crucifixi et mori dignatus est; incomprehensibile tandem eis divini amoris sui testimonium præbuit, cum ad Patrem iterum, in hoc mundo sub speciebus Eucharisticis remanset, ut iis esset in cibum. Hodie descendit de celis et in Ecclesia sancte Mariæ angelorum visibiliter apparens, novum et insolitum amoris sui signum peccatoribus præbet; indulgentiam scilicet sanctæ Mariæ angelorum, qua mundari, ac ab omnibus penitatis quas pro peccatis merentur, liberari valeant. Cum Moyses paseret gregem suum in deserto, rubum vidit, qui semper ardebat et igne nunquam absumentebatur: *videbat, quod rubus arderet et non combureretur* (Exod. 3, 2). Attentus Moyses, ac a tanto prodigo quasi suspensus haevens, dixit: *cadam et videbo visionem hanc magnam; quare non comburatur rubus.* Appropinquans autem Moyses, audivit Dominum de medio rubi loquentem, ac dicentem, se de celo descendisse, ut populum sub domino Egypciorum tyrannide ingenscentem liberaret: *vidi afflictionem populi mei in Egypto; descendit, ut liberem eum.* O portentosum Dei erga Israhælatum amorem! Cui similem cunctis peccatoribus hodie exhibet Christus; ipse etenim de celo sancto suo sub diaboli tyrannide ingementes in terris peccatores videns, ad Ecclesiam sanctæ Ma-

rise angelorum descendit<sup>(1)</sup>, ibique in speciale amoris sui signum indulgentiam plenariam, qua a dæmonis servitute liberari valent, eis libenter concedit. Itaque hanc indulgentiam dedit Christus in signum amoris sui erga peccatores: *eam etiam dedit in monumentum sue liberalitatis erga universam Ecclesiam.*

3. Christus in cœlum ascendens, duos in Ecclesia pretiosissimos reliquit thesauros; *primus* est sanctissimum Eucharistie Sacramentum, quo thesauro nihil ditius, nihilque pretiosius haberi potest, cum in eo Christi corpus, sanguinem, animam et divinitatem esse definierit sanctum Concilium Tridentinum. *Secundus* est thesaurus indulgentiarum, quem Petro et successoribus ejus dispensandum reliquisse docent sacri Canones: *thesaurum, quem suo sanguine acquisivit, per beatum Petrum, ejusque successores commisit salubriter fidelibus dispensandum* (Clem. 6 in extr. *Unguentis*). Iste thesaurus infinitus est, utpote coalescens sive ex finitis sanctorum, sive præcipue ex infinitis Christi satisfactionibus; hujus autem thesauri clavem Petro et successoribus ejus Christus reliquit. Jam vero o rem mirabile! Christus hodie de cœlo in Ecclesiam sancte Marie angelorum descendit et sumptuallius thesauri clave ut erga Ecclesiam se liberalem exhibeat, illum aperit et indulgentiam plenariam omnibus qui in hanc Ecclesiam certa qua-

(1) Utrum vere corporaliter descendit Christus, ac in propria specie apparuit B. Franciso, an tantum in visione, scilicet aliquam similitudinem illius oculis exhibende, non satis constat. Corporaliter quandoque descendit in terrum ex aliquis dispensatione, ut loquitur D. Thomas (3, 57, 6), ut se extenderit alicui specialiter, sicut Paulo. Et ne quis credat hoc factum fuisse, non Christo ibi corporaliter presente sed aliqualiter apparente, contrarium apparet per hoc quod ipse Apostolus dicit (1 Cor. 15) ad confirmandum resurrectionis fidem: *Novissima omnia, tanguum abortio, vires est et mihi.* Quia quidem visio veritatem resurrectionis non probaret, nisi ipsum verum Christi corpus visum fuisse ab eo. Communite tamen sentiunt doctores nonni si porraro fieri hujusmodi corporales apparitiones Christi; et fortasse D. Paulus tantum hoc modo aperte moret consenserit, propter ejus extraordinariam vocacionem in Gentium Doctorem et lumen orbis terrarum. Si quis tamen et B. Franciscus, propter ejus maximam cum Christo conformitatem, eadem visione Christi corporali donatum crederet, haud abuserem. N. E.

dam cujuslibet anni die intrabunt, libenter concedit. Dum in terris versaretur Christus, thesaurum hunc aperuit, ut Magdalena, paralyticus, latroni, mulieri adulterie et aliis quibusdam veniam et indulgentiam concederet; hodie ut erga universam Ecclesiam se liberalem prebeat, thesaurum hunc aperit, ac plenariam et perpetuam indulgentiam tribuit omnibus, qui peracta peccatorum confessione in hanc Ecclesiam determinata quadam eujuslibet anni die intraverint. O admirandam Christi liberalitatem erga Ecclesiam suam! *Amor*, inquit sanctus Dionysius, non permisit Deum sterilem in se manere (de div. nom., 4). Et revera mox ut a Patre aeterno processit Filius, amor eos steriles in se manere non permisit; illos ad producendum Spiritum Sanctum compulit (1). Eoque producto, licet fieri non posset, ut alia divina persona produceretur, amor trius divinas personas steriles remanere minime passus, eas ad productiones ad extra movit; nulla enim creatura prodiit, in qua amoris divini characteres non elueant, quaque quasi ex infinito Dei amore non procedat. Hic autem Dei amor sterilis certe non fuit erga Ecclesiam, erga quam se maxime beneficium et liberalem exhibuit. Christus enim dedit seipsum, sua Sacra menta, sua merita, exempla sua, ac insignem indulgentiarum thesaurum, quem hodie solemniter aperit, ut toti Ecclesiæ beneficiat, utque indulgentiam plenariam et perpetuam, ab omnibus fidelibus lucrandam concedat. Quis non miretur tantum indulgentiam, quae vere a Domino procedit; cum eam dederit Christus, ut mercede zeli quo ardebat Franciscus, ut signum amoris sui erga peccatores, et ut monumentum suas liberalitatis erga Ecclesiam. Itaque hec indulgentia largiente Domino habetur; eadem a Domino etiam venit, qui Deus illam confirmavit: *a Domino factum est istud.*

(1) Etsi quod rem nul in his verbis habatur absolum a fide, videntur tamen hujusmodi locutiones minus proprie eo quod idem exhibant ejusdem successione in Filii generatione et productione Spiritus Sancti; idem canticu adhibendit.

## II PARS.

*Indulgentia sancte Marie angelorum a Christo confirmata est.*

Israëlit monuit Moses, quod si peccatis suis Deum ad iracundiam provocaret, cito perituri essent. Quod ut verum esse probaret et confirmaret, testes adduxit celum et terram: *testes invoco hodie celum et terram, cito perituros vos esse* (Deut. 4, 26). Hodie Christus, ut indulgentiam sancte Mariae angelorum veram esse confirmet, non solum celum et terram, verum et infernum in testem adducit ac uitetur 1. *testimonio celi*, ut hanc indulgentiam Franciscus confirmet; 2. *testimonio terre*, ut eam confirmet summus Pontifici; 3. *testimonio inferni*, ut eam confirmet omnibus hominibus.

1. Celi testimonium sepe adhibuit Deus ad confirmandas veritates, quas hominibus credendas propositus; cum enim legem dedit Moysi, magna in celo auditia sunt tonitrua, quæ, quasi *vox Domini in magnificencia*, hanc legem sanctam, justam et divinam esse asserebant. Cum Pater aeternus Christum Filium suum esse, probare et confirmare voluit, colli ministerio usus legitur; insolita enim quedam vox audita est in celo, cum Patris aeterni Filium esse asseverans: *et ecce vox de celis dicens: hic est filius meus dilectus* (Matth. 3, 27). Cum Evangelicam legem authentico testimonio Deus propalare voluit, *factus est de celo sonus*. Hodie, ut Christus Franciscum de veritate indulgentie quam ei concessit certiorum faciat, major quedam de celo adducere videtur testimonium; non enim per vehementes quedam sonos, non per voces in aere auditias, nec per formidanda tonitrua, atvero per seipsum, per Mariam et angelos de celo descendentes, Patrem Seraphicum de veritate indulgentie ipsi concessæ certum reddit. Si solus Christus de celo descendisset, forsitan Franciscus se illumini timuisset, et cum apostolis forte dixisset apostolicus ille

vir: *phantasma est* (Matt. 12, 26). Et converso cum videt Christum semel et iterum de celo ad Ecclesiam sancte Marie angelorum descendenter; cum audit Mariam intercedentem, ac prefatam indulgentiam a Christo obtinentem; cum videt et audit colestes spiritus ob tam insigne acceptum beneficium ipsi congratulantes; nullus de veritate hujus indulgentie remanet dubitandi locus; tollitur omnis que oriri posset suspicio, et Franciscus ita de hujus indulgentie veritate confirmatur, ut bullas ipsi a summo Pontifice ad ejus confirmationem oblatas recipere humiliter recusat, dicens: *mihi sufficiunt Christus, Maria et angeli: mihi sufficit testimonium quod a celo habeo. In incarnatione mysterio Christus inclinavit celos et descendit* (Ps. 17, 11), ut ab hominibus videretur et cum iis conversaretur: *in terris visus est, et cum hominibus conversatus est* (Baruch. 3, 38). Post resurrectionem autem hominum conspicuti se subduxit et ad colum ascendit, ubi eum sancti et angeli facie ad faciem contemplantur, semperque magis et magis illum videre peroprant: *in quem desiderant angeli conspicere*. Hac die novo et portentoso miraculo, Christus iterum *inclinavit celos et descendit*; orbis illus celestes quasi inclinavit Salvator, et in Ecclesiam sancte Marie angelorum descendit, ubi cum Francisco familiariter conversatus est. Sicut enim de Adamo, dum primævum innocentia statum servavit, asserit sanctus Gregorius, quod *anticipata felicitate, lumine glorie fruebatur et adhuc virus videbat Dominum, cuius aspectus vir angelis sustinere possunt*, ita et Franciscus, anticipata quadam felicitate, Christum Dominum lumine gloriante in Ecclesia portinacula vidit; et audivit in conspectu beate Virginis Marie et angelorum loquentem ac prefatam indulgentiam sibi concedentem, propterea de ejus veritate et de ejus valore, ac de futura ejus promulgatione ita certioratur et convincitur Pater Seraphicus, ut bullas pontificias non requirat; et testimonium de celo sibi sufficere asserat. Christus ergo uitetur *celi* testimonio, ut hanc indulgentiam Franciscu confirmet; uitetur etiam *terre* testimonio, ut eam confirmet summus Pontifici.

2. Non satis erat, de hujus indulgentiae auctore certum fieri beatum Franciscum; insuper aliquod requirebatur testimonium, quo eam a Christo esse datam summo Pontifici constaret. Sicut autem ad eam confirmandam Francisco *cœli* testimonium accessit; ita et ad testificandum summo Pontifici, eam a Christo esse datam, *terro* testimonium assumitur, qua acerbioris huius tempore fecundatur, et praeclaras rosas ad probandan huic indulgentiae certitudinem summo Pontifici defensandas miraculose producit. Bis Christus simul cum Maria et angelis in Ecclesia portuiculae visus est. Prima vice Patri Seraphico indulgentiam concessit, eumque ad hujus indulgentiae confirmationem obtinendam, summo Pontifici delegavit. Altera vice, determinavit Christus tempus lucrandæ illius indulgentiae, nempe a vesperis prima ad vesperas secundas diei Augusti; ut autem summus Pontifex de veritate hujus indulgentiae et de tempore ad illam lucrandam assignato nullatenus dubitaret, subito miraculose illie apparuerunt rose, præcipitque Francisco Christus, ut summonum Pontificem adiret, eique in testimonium eorum quæ peracta erant, aliquas ex his rosis deferret: *defer in testimonium de rosa albis et rubris* (Wading, tom. I). Ad supremum Ecclesiæ moderatorem properavit Pater Seraphicus, ac manifestata ei Christi Salvatoris voluntate, aliquas in confirmationem eorum quæ dicebat, ei rosas obtulit; quas cum vidit Pontifex, earum pulchritudinem admirans, de his quæ asserebat Franciscus plene convictus dixit: *credimus, credimus, quod verum est testimonium vestrum.* Visis vernantibus et suavissime olentibus his rosis, quasi extra se raptus clamat Pontifex; o quales rosas in mens januario mili offert Franciscus! haec rose nonnisi a Deo miraculose prodierent; et licet nullum aliud mihi afferretur testimonium, facile mihi suaderem verissima esse, quæ de hac indulgentia Franciscus et socii ejus referant: *credimus, quod verum est testimonium vestrum.* En quomodo Christus utatur terra testimonio, ut hanc indulgentiam confirmet summo Pontifici; videamus eum uti inferni testimonio, ut illam omnibus hominibus confirmet.

3. Hanc indulgentiam non unus dumtaxat, verum plurimi approbarunt et confirmarunt summi Pontifices, ut Honorius III, Alexander IV, Bonifacius VIII, Clemens V, Joannes XXII, et alii nonnulli. Quorum aliqui exquisitis eam laudibus extollunt, ut Martinus IV; alii eam omnibus dominibus fratrum tam primi, quam tertii Ordinis communicant, ut Sextus IV; et alii eam anno Jubilei simul cum aliis indulgentiis cessare nolunt, ut Urbanus VIII, qui cum pro anno Jubilei 1624 celebrando omnes alias ubique indulgentias suspenderit, hanc ipse dato diplomate intactam esse declaravit, nec illam in verbo romani Pontificis comprehendvi voluit. Etsi vero pluribus summorum Pontificum testimonios hec indulgentia fuerit confirmata, ad eam tamen plenius coram hominibus confirmandam, inferni insuper testimonium Christus adhibuit, dum ad testificandam hujus indulgentiae veritatem ipsos diemones compulit, qui in corporibus quorundam hominum ab iis possessorum existentes, non seipso confessi sunt, verissimam et efficacissimam esse hanc indulgentiam, cuius virtute multi peccatores justificabantur, et ab infernal fauibus ad coelestes thronos evocabantur. Perbellè dixit Erasmus, *nullum gravius testimonium, quam inimici de inimico* (Wading, ad ann. 1127, n. 17). Cum enim aliquis ex inimicis nostris aliquid fatetur, quod ad nostri gloriam et ejus dedecus vergit, ejus sane testimonium gravissimum censetur et irrefragabile, nemo enim libenter ad inimici sui gloriam, et sui ipsius detrimentum loquitur. Indulgentia autem sancte Marie angelorum pertinet quidem ad Dei gloriam, ut patet; prodest etiam in dæmonum detrimentum, cum ejus virtute innumeræ ab eorum uagibus eripiantur animæ; ideo cum indulgentia hujus veritatem et virtutem fateantur dæmones, eorum testimonium verum esse nullus inficiabitur. Ecce quomodo coeli, terræ et inferni hanc indulgentiam Christus confirmavit: *postremo hec indulgentia fuit etiam a Christo publicata.*

## III PARS.

*Indulgentia S. Marie angelorum a Christo  
fuit publicata.*

Indulgentiam sancte Marie angelorum Christus quidem dedit et confirmavit; eam pariter publicavit in Ecclesia portiunculae, in urbe Assisio, et in cordibus fidelium: 1. in Ecclesia portiunculae, ministerio angelorum; 2. in urbe Assisio, ministerio episcoporum; 3. in cordibus fidelium, ministerio gratiae sue.

1. Indulgentias, que a summis Pontificibus conceduntur, publicare solent nonnulli prelati, vel alii homines ad hoc delegati; jamvero ad publicandum indulgentiam portiunculae angelos Deus vocat et delegat. Postquam enim Christus hanc indulgentiam concessit, ac ejus lucranda tempus designavit, audita est in Ecclesia portiunculae vox angelorum multorum, summa cum melodia canentium hymnum: *Te Deum laudamus*; tum in gratiarum actionem tanti beneficii hominibus impertiti, tum etiam ad publicandam in hac Ecclesia, et notificandam hominibus hanc indulgentiam, quam Christus in gratiam hominum peccatorum largiri dignabatur. Coelestem hunc concentum audit Pater Seraphicus; eum audiunt et nonnulli ex ejus fratribus; qui attinoti, Deum laudant et glorificant, eo quod in Ecclesia portiunculae hanc ipsis indulgentiam annunciare, et publicare dignetur. Cum mente revolvo mirabilia, que hodie in Ecclesia portiuncula sunt, mihi in mentem veniunt, que Christo nascente, in Bethlehemitico diversorio contigerunt. In hoc diversorio cernebatur Christus, et in Ecclesia portiuncula idem hodie Christus videtur; in diversorio erat Mater Christi Maria, que et in Ecclesia portiuncula cernitur; in diversorio apparet Christus, ut totum genus humanum redimat; et ad Ecclesiam portiuncula venit Christus, ut indulgentiam ad omnium salutem largiatur: dum tandem Christus jacet in Bethlehemitico diversorio, canunt angeli hymnum: *gloria in altissimis Deo*, ut

Verbi divini incarnationem hominibus annuncient; et in Ecclesia portiunculae hymnum, *Te Deum laudamus*, canunt angeli, ut in favorem fidelium a Christo datam indulgentiam annuncient et publicent. Indulgentia ergo sancta Marie angelorum a Christo publicatur in Ecclesia portiunculae *ministerio angelorum*; eadem a Christo ipso publicatur in urbe Assisio *ministerio episcoporum*.

2. Scimus scriptis sumnum Pontificem episcopis Assisiens, Tudertino, Perusino, Spoletano, Fulginatensi, et aliis quibusdam, ut a Christo concessam indulgentiam in Ecclesia portiunculae prope Assisio solemniter publicarent; et ipsi licenter annuentes illam ex Christi ordinatione civibus Assisiensibus publicarunt. Eam enim ad decennium solum valitaram publicare volebant pontifices; verum Christo sic disponentes, cum haec verba proferre vellent, *ad decennium*, dicebant semper: *in perpetuum* (Wadding, tom. 2). Nunc unus et nunc alter surgebat, ut eam ad decennium publicaret, et quilibet audiebatur miraculose haec verba pronunciare: *in perpetuum*. Unde fateri licet, quod ipsi tunc non loquerentur, sed Christus per eorum ora: *non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis* (Matt. 10). Non loquebantur ipsi prout loqui volebant; loquebantur prout Christus eos loqui praepiebat: volebant ipsi indulgentiam ad decennium solum valitaram annunciare: et illis verba suggesti Christus, ut eam in perpetuum valitaram semper publicarint. Inter varia, que Christus operatus est miracula, adverto, quod mutos loqui, et apostolos variis linguis loqui fecerit. Mutos loqui fecit Christus: *et surdos fecit audire, et mutos loqui* (Marc. 7, 17). Apostolos etiam variis linguis loqui fecit: *cuperunt loqui variis linguis* (Act. 2, 4). Hodie Christus novo et stupendo miraculo homines loqui facit aliter, quam ipsi volunt. Volebant enim Episcopi, ad publicandam indulgentiam portiunculae congregati, eam publicare ad tempus solum aliquod valitaram, et illos Christus ad illam plenariam et perpetuam publicandam miraculose compellit. Igitur Christus hanc indulgentiam in Assisiensi solo publicat ministerio Episcoporum: *eam etiam in cordibus fidelium publicat ministerio gracie sue*.

3. Sicut homines externis vocibus, ita et Deus gratia, ne-  
non internis illustrationibus suam scope manifestat voluntatem:  
ad aures enim loquuntur homines, et Deus ad corda. Ad ho-  
minum corda olim locutus est Deus, cum legem suam servare  
iis suavit: *lex mea in corde eorum* (Isa. 51); et item ad corda  
hominum Deus hodie loquitur, cum iis sancte Marie angelorum  
indulgentiam notam facit, ac eos ad illam lucrandam al-  
licit. Non de aliquibus solummodo loquitur, quibus revelatione  
divina constituit hujus indulgentiae magnitudo; interrogate in-  
umeros, qui a tempore concessione ejus ex omnibus mundi  
partibus ad illam lucrandam Assisium properant; interrogate  
sexaginta mille peregrinos, qui hujus indulgentiae lucrandae  
causa singulis annis ad Ecclesiam portiunculae convenire so-  
lent: eos rogare, ut dicant, a quo hujus indulgentiae magnitudi-  
nem noverint, et a quo ad illam lucrandam moveantur. Re-  
spondebunt haud dubie, quod non a solis hominibus edoceantur  
verum a Dei gratia, ac ab illustratione quadam interna, qua  
ad tantam indulgentiam lucrandam se agnoscunt excitatos: re-  
spondebunt certe, digitum Dei esse hic, Deumque hanc indul-  
gentiam in cordibus eorum publicasset, et eis ad illam lucrandam  
quasi manu duxisse. Hoc haud dubie novit supremus Ecclesie  
moderator Innocentius XII nunc vivens et regnans: qui ad au-  
geandam foventiamque populi pietatem, apostolico diplomate dato  
Romae apud sanctam Mariam Majorem, die 18 augusti 1695,  
concedit indulgentiam plenariam omnibus utrinque sexus fide-  
libus, qui Ecclesiam sancte Marie angelorum vera penitentes  
et confessi, ac sacra communione refecti, in quocunque anni  
die devote visitaverint, ibique oraverint juxta mentem Pontificis.  
Non hortabor vos ut Assisium, hanc indulgentiam lucraturi vos  
conferatis; tamen cum per extensionem, eam hodie in Ecclesias  
nostris lucrari quisque possit, aegre fero, quod vel unicus fidelis  
eam lucrari negligat. O peccatores! quid proderis vobis tanta  
indulgentia, si de ea lucranda non curetis? certe non solum non  
proderit, imo obterit, et forte majoris erit occasio damnationis.  
Deus enim inde sumet occasionem ad graviora supplicia con-  
demnandi eos, qui tanti beneficij fructum sibi applicare negli-

gunt. Ad bidendum ex aqua gratie omnes invitat Christus:  
*si quis sit, veniat ad me, et bibat* (Joan. 7, 37). Indulgentia  
autem sancte Marie angelorum est fons aquæ salientes in  
vitam eternam; est fons gratiarum uberrimus et saluberrimus,  
quem Christus omnibus aperit, omnesque vocat ad bibendum  
ex hac aqua: *omnes sicuties, venite ad aquas* (Isaia 55). Nullum Christus ab hoc beneficio excludit; ipse vult, ut omnes  
ex hac aqua bibant, et hanc Indulgentiam lucentur etiam si  
aurum et argentum pauperibus distribuendum non habeant;  
*omnes sicuties venite ad aquas, et qui non habebitis argen-  
tum, properate;* quapropter qui eam non lucrantur, veluti in-  
grati et desides panientur; tantumque beneficium eis majoris  
damnationis occasio fiet. Properate ergo, properate ad hanc  
piscinam, que omnibus aperitur; properate ad visitandam  
aliquam Ordinis fratrum minorum Ecclesiam; properate per  
cordis dolorem et oris confessionem, ut hanc indulgentiam lu-  
crari valeatis. Ab aliis indulgentiis lucrandis se excusant non  
nulli, quia argenteum in elemosynas et alios pios usus ero-  
gandum non habent; ad istam vero lucrandam non requirunt  
pecunia pauperibus distribuenda, vel aliis pio usibus insumenta;  
ideo *qui non habebitis argentum, properate.* Alii ab indul-  
gentiis lucrandis se excusant, quia inquieti, jejunare, et alia  
opera satisfactoria facere nequeunt; ad istam lucrandam non  
dura requirunt jejuna, non peregrinationes ad loca somnis  
sunt: requirunt solummodo ut quisque actum doloris eliciat,  
peccata debite confiteatur, et aliquam ex Ecclesias Ordinis mi-  
norum visitet; quo corte nil facilis. Properate ergo, ut tan-  
tam lucrem indulgentiam, et ea mediante, eternam beatitudinem obtineatis. Amen.

## CONCIO SECUNDA.

*Pater, dimitte illis* (Luc. 23, 34).

Au putatis, auditores ornatissimi, quod Christum in cruce pendenter, et predicta verba proferente modo proponere intendam? Minime sane haec mea mens, non mea haec intentio: non enim Christum Redemptorem in crucis patibulo orantem, inovero perfectum Christi imitatem Franciscum, zelo salutis animarum summopere successum intueor: eum orantem, lacrymantem, ac veniam pro peccatoribus enixe petentem inspicio, cumque in publico hoc consensu proponere volo magno spiritus fervore postulantem, ut misericordia peccatoribus gratia et venia concedatur. Carnis illecebras nequaquam petit Pater Seraphicus: non terranias facultates, nec altiores Ecclesiae dignitates ambit: non rogat, ut victui suo tribuantur superflua et delicata: non postulat, ut a corpore suo infirmitates expellantur, nec ut anima sua spiritualibus et celestibus repletatur consolationibus. Hodie petit solummodo, ut peccatoribus ignoscatur, utque venia, indulgentia, et gratia illis concedatur. Pro peccatoribus gratiam petiturus Pater Seraphicus, ad varia se sistit tribunalia: nunc enim Patris aeterni in celo regnantis, nunc Christi in Ecclesia portiunculae apparentis, nunc summum Pontificis in Ecclesia praesidentis tribunal adit: et ubique ut peccatoribus dimittatur, postulat: ubique clamat; *Pater, dimitte illis.* Audamus et contemplemur patrem Seraphicum, gratiam et indulgentiam pro peccatoribus summo affectu presentem. Ave.

Tres habentur omnium hominum patres: quorum unus est pater in ordine creationis, aliis est pater in ordine redempcionis, et aliis est pater in ordine sanctificationis: *pater in ordine creationis*, est Pater aeternus, cui specialiter creationis mundi opus tribui solet: *pater in ordine redempcionis* est Christus, cuius pretioso sanguine redempti et liberati sumus: *pater*

## Concio II — De Sancta Maria angelorum

151

*in ordine sanctificationis* est non solum Spiritus Sanctus, cuius gratia, sanctificamur, verum etiam summus Pontifex, cui potestatem solvendi peccata, et peccatores sanctificandi Christus contulit, dicens: *quocumque solveris super terram, erit solutum et in celis.* Ecce tres patres, ad quorum tribunalia se sistit Seraphicus Franciscus, ut peccatoribus ignosci potat. In cubiculo enim suo orans, sanctoque succensus zelo, Patrem aeternum supplex rogit, ut peccatoribus dimittat; a cubiculo ad Ecclesiam portiuncule, angelis ducentibus, se confert; ibique a Christo Domino postulat, ut peccatoribus gratiam et indulgentiam concedat: hac tandem indulgentiam a Christo obtanta, ad summum Pontificem properat, eumque supplex rogit, ut indulgentiam sibi a Christo concessam publicare curset. Contemplemur patrem Seraphicum pro peccatoribus orantem ante thronum Patris aeterni, ante thronum Christi, et ante thronum summi Pontificis: *ante thronum Patris aeterni*, prius quam indulgentiam obtinet: *ante thronum Christi*, cum illam obtinet: *ante thronum summi Pontificis*, postquam illam obtinuit. Videamus Franciscum 1. ante thronum Patris aeterni, a quo gratiam pro peccatoribus summo zelo petit; 2. ante thronum Christi, a quo indulgentiam pro peccatoribus obtinet; 3. ante thronum summi Pontificis, a quo obtentam indulgentiam publicari impetrat. Haec sunt tria tribunalia et tres throni, in quibus Franciscum audiemus clamantem: *Pater dimitte illis.*

I PARS.

*Sanctus Franciscus a Deo gratiam pro peccatoribus summo zelo petit.*

Ad Dei gloriam maxime conferant, qui sancto succensi zelo animarum saluti vacant; ut enim sit S. Gregorius, *nullum omnipotenti Deo tale est sacrificium, quale est zelus salutis animarum* (hom. 12 in Ezech.). Propterea Seraphicus Franciscus, advertens, quantum gloriae Deo conferre posset, si ani-

marum salutis sedulo invigilaret, ardentissimo salutis animarum zelo concitatus, earum saluti procurande totus incubuit: *fervidum habet zelum ad salutem omnium salvandorum; et non se Christi reputabat amicum, nisi animas soveret, quas ille redemit (S. Bonav. in vita S. Franc.).* Ardentissimo hoc salutis animarum zelo succensus Pater Seraphicus, tribus viibus itineri se commisit, ut ad remotas infidelium oras properaret; sed bis divina dispositione prohibitus, tertia tandem vice postquam opprobria, verbera, vincula, et alia multa perpessus est, ad Soldam Babylonie conspectum perductus, tanto spiritus fervore evangelizavit Iesum, ut illum admiratus sit Soldanus, ac mitu divino mansuetus et in illum benignus evaserit. Ejusdem zeli ardentissimas alibi, imo et ubique flamas efflavit pater Seraphicus; sive enim oraret, sive homines allequeretur, sive concionaretur, sive alibi quidquid operaretur, hec omnia fabant in igne zeli ejus (Sophon. 1). Jam vero zeli ejus ignis potissimum exarsit immediate antequam hodiernam obtineret indulgentiam; tunc enim privatum in cubiculo orans, ac ab aeterno Patre veniam pro peccatoribus postulans, omnia ossa ejus dicebant: *quis similis tui in diis, Domine? et tunc etiam omnia ossa illius, omnes artos, et omnis que in ipso erant, diebant et clamabant ad Dominum, ut peccatoribus ignosceret, eisque veniam largiri dignaretur: Pater, dimittite illis.* Hominis vero zelo succensi varios affectus perfecte describit sanctus Augustinus, dicens, quod talis homo peccatores cupit corriger: si emendare non potest, tolerat, gemit (tract. 10 in Joan.). Vir sancto salutis animarum zelo ardens primo, ut ait Augustinus, peccatores cupit corriger; ardenter enim cupit, ut peccatores omnes a viis suis possimis avertantur, et ad Deum convertantur; et ideo illos corripit. Secundo, si eos emendare non potest, tolerat, et aegre patitur, quod in statu peccati perseverent. Tertio, gemit, et amaras fundit lacrymas, ut Deum adversus peccatores iratum placare valeat, utque gratiam et misericordiam, qua indigni sunt, iis obtineat. Ecco characterem hominis sancto salutis animarum zelo accensi; et ecce etiam characterem S. Francisci, qui

magni peccatores corripiendi, et ad Deum convertendi desiderio flagrans, summa cura et indefesso labore, per se et per fratres suos saluti illorum invigilabat; cum autem ad meliorem vite frugem eos adducere nequivat, intus angebatur, gravique cruciabatur dolore: et tandem multis precibus multisque lacrymis Deum ad veniam et gratiam iis concedandam flectere conabatur. Quod in primis fecit immediate antequam famosam et mirabilem portiunculam indulgentiam impetraret: tunc enim ferventius pro peccatoribus oravit: tunc pro illorum salute amarius flevit: tuncque incredibili affectu clamavit ad Dominum, ut peccatoribus dimitteret, utque veniam et gratiam illis concedere dignaretur. Zelus est sacer quidam ignis, qui intus lateret, et in sinu abscondi nequit: *numquid potest homo abscondere ignem in corde suo?* (Prov. 6). Quare cum Seraphici Francisci cor sancto succenderetur zelo, ignis zeli ejus sapissime foras erupit. Jam in mediis silvis foras erumperat ille ignis, cum ibi audiebatur clamans: *amor non amat!* Jam hunc ignem foras mittebat, cum ferventissimis predicationibus, quas ad populum habebat, inumeros ad religionis statum, et ad Dei cultum alliciebat. Jam zeli illius flamas efflabat, cum vicos et plateas circumvallis, miranda quam præferebat modestia, et ignitis quos proferebat sermonibus, plurimos ad penitentiam excitatbat. Hodie in primis foras erupit Francisci zelus; cum in cubiculo, lacrymis et orationibus multis a Deo petiuit, ut peccatoribus ignosceret: *Pater, dimittite illis.* Hic enim Francisci zelus tunc ita foras erupit, ut ab ejus corde exiens, ad celos usque ascenderit, Deumque moverit ad ei delegandos angelos, qui eum ad Ecclesiam portiunculam ducerent, ut ibi zelo et votis ejus satisficeret. Qui sancto astinat zelo, dolore conficuntur ob peccata quæ homines in Deum perpetrant: non possunt scire, Deum offendit, et in corde suo non sauciari. Cum enim infinitam Dei majestatem, ejusque ineffabilem in homines agnoscent bonitatem, et videant Deum, cui omnis debetur honor et gloria, innumeris hominum criminibus dedecorari, tanto intus dolore cruciantur ut penitus deficiant. Sancto hujusmodi zelo ardebat Franciscus: noverat

ille, quam magius, quam suavis, quantoque honore dignus sit Deus; ideo videns, Deum infinito honore dignum, a peccatoribus offendit, intus angelatur, totusque in semotipo deficiens, ac penitus dolore confectus ad Deum clamabat, ut peccatoribus ignoraretur. Angelos ergo ad eum misit Pater aeternus, ut illum consolarentur et confortarent: quod fecere angeli, dixeruntque illi, ut ad portiuncula Ecclesiam se conferret, ibi a Deo, que petebat, obtenturus. Ecce quomodo Franciscus ante thronum Patris aeterni steterit, et ab eo gratiam et misericordiam pro peccatoribus postulaverit. Videamus nunc eundem Franciscum stantem ante thronum alterius Patris, Christi scilicet: audiamus illum a Christo enixe petentem, ut indulgentiam plenariam et perpetuam peccatoribus largiri dignetur, atque ei summo spiritu fervore dicentem: *Pater, dimite illis.*

## II PARS.

*Sanctus Franciseus a Christo indulgentiam  
pro peccatoribus obtinet.*

Cum in cubiculo pro peccatoribus oraret et amaras funderet lacrymas Seraphicus Franciscus, ad eum venit consolator angelus, qui eum ex parte Dei monuit, ut ad Ecclesiam sancte Marie angelorum properaret, ubi Christus, Maria et innumeri angeli eum expectabant. «Quo nuncio, incredibili affectus letitia, confessio surrexit, et summa cum religione dolorum ingressus, cum primum ineffabilem illam Filii Dei majestatem et gloriam aspergit, ante conspectum ejus procubuit, eumque quam maxima potuit animi submissione ad pietate adoravit. Quem Dominus benigissime appellans admonuit, ut ab eo aliiquid beneficium pro salute hominum patret. At ille adjutus patrocinio Matris, cuius opem imploraverat, supplex petit, ut omnibus Ecclesiam illam introiuntibus concederet veniam et indulgentiam omnium peccatorum, quorum confessionem sacerdoti

fecissent: *respondit Dominus, id sibi placere»* (Breviar. Fran.). Hyperbole dixit nonnullus ex antiquis poëtis, quod cum creibri et copiosi a celo cadunt imbre, ipsum oculum descendere videatur: *totumque putas descendere cœlum.* Hodie vero absque hyperbole vere dici potest, quod totum oculum ad Ecclesiam sancte Marie angelorum descendere videatur; descendit enim Christus, descendit Maria, descendunt angeli multi. Et ideo Franciscus, non secus ac S. Joannes Evangelista dicere potuit: *vidi civitatem sanctam Jerusalem novam, descendentem de cœlo a Deo* (Apoc. 21, 2). Vidi enim pater Seraphicus coelestem Jerusalem ad portiuncula Ecclesiam descendisse; atque ipsam Ecclesiam quasi in paradisum transmutatam per Christi, Mariam et angelorum presentiam. Christum in Ecclesia sancta Marie angelorum vidit Franciscus, ac ab eo humiliter petiit non ut uni dumtaxat, aut alteri peccatori parceret; verum ut plenariam concederet indulgentiam omnibus, qui praemissa peccatorum confessione, hanc Ecclesiam certo quodam die ingredierentur. Utque hoc facilis imperaret, Mariam et angelos hic stantes rogavit, ut apud Christum intercederent. Quod cum ipsi prestiliissent, Francisco, quod petierat, Christus liberenter indulxit. Vult Deus, ut dona que fratribus nostris largimur, ita maneat occulta, ut nesciat sinistra, quid faciat dextera: *nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua* (Matth. 5); ipse vero insignia sua dona haud occulte, immo palam et magnifica quadam liberalitate largiri solet. Videte, quomodo se gesserit, cum legem Israelitum dedit: nonne tunc magnifica erga eos liberalitate se gessit? Magnifica quidem extitit, sive ob tonans et fulgorans colum, sive etiam multas ob ceremonias, quas tunc servari voluit. Attendite, quomodo se habuerit Christus in Nativitate sua, cum seipsum hominibus manifestavit et tradidit: nonne tunc magna apparuit ejus liberalitas? Evidem: *tum a coelesti angelorum concentibus tunc in terra auditis: tum a regibus magis, qui illum adoraturi venerunt: tum a prodigiis multis, quae in Nativitate ejus contigerunt. Mente revolvite Deum in die Pentecostes hominibus mittentem Spiritum Sanctum: nonne magnifica tunc*

ejus enituit liberalitas? Ita sane: quia tunc magnus factus est de celo sonus; tunc ignea supra apostolorum capita descendentes lingue adparuerunt, et ipsi apostoli mox ut Spiritu Sancto fuere repleti, variis linguis loqui coepérant. Si autem in his et aliis multis casibus magnifica resplenduit Dei liberalitas, magnifica specialiter visa est, cum indulgentiam portiunculae Francisci concessit; *magnifica* utique, quia tunc Christus de celo in Ecclesiam sancte Marie angelorum descendere et in ea se visitabili manifestata complacuit: *magnifica*, quia hanc indulgentiam per seipsum, presenta et intercedente beata Virgine Maria ac astantibus angelis, concedere dignatus est; *magnifica* tandem, quia plenariam concessit indulgentiam omnibus, qui post legitime peractum peccatorum confessionem, in Ecclesiam sancte Marie angelorum statuto tempore ingredieruntur. Dicendum propterea quod tunc cor suum Christus juxta Francisci cor vero apposuerit: *aut quid apponis erga eum cor tuum?* (Job. 7, 17). Apiumarum enim salutem Francisci cor summopere sitiebat, et ideo hanc indulgentiam a Christo postulavit: Christus autem cor suum cordi Francisci apponens, ei liberaliter et palam, quod desiderabat, largitus est. Cum Christus in cruce penderet, lancea latus ejus apertum est, ex quo *continuo exiit sanguis et aqua* (Joan. 19, 34). Ex eo non solum fluxit aqua apta ad lavandum, verum etiam sanguis dans aquae virtutem lavandi sordes peccatorum: *non in aqua solum, sed in aqua et sanguine* (1 Joan. 5). Dirum quidem fuit hujus lancea ferrum; at omnibus vero peccatoribus utilissima fuit ejusdem lancea operatio, cum sacrum Christi latus apernerit, ex quo fluxit sanguis ille pretiosissimus ad ablucenda et purganda omnium hominum peccata aptissimum. Quid autem simile hodie operari videtur Seraphici Francisci oratio: haec etiam ad intima cordis Christi penetrat, ex quo plenariam indulgentiam, magnamque gratiarum copiam ad ablucendas peccatorum sordes elicet. Omnibus apertum patet, ac Evangelico testimonio probatum, voluisse Christum, ut manum suam Thomas intra latus ejus mitteret: *affer manum tuam et mitte in latus meum* (Joan. 20, 7). Cur Thomae non credentis et contradic-

centis infidelem manum intra latus suum mitti voluit Christus? Hoc quidem voluit, ut per talē contactū increduli hojus apostoli sanaretur infidelitas; et hoc etiam voluit, ut digitis sancti Thomae aperta Christi vulnera fidem resurrectionis ejus undique effunderetur: *ut effundant toto orbe mea vulnera fidem* (Petr. Chrys.). O admirabilem digitorum sancti Thomae operationem! o mirabilem etiam sancti Francisci orationem, que quid simile in Christi corde operatur! Ejus enim oratio cor Christi Salvatoris pie tangit et tundit, ac Christum alicet ad fundendos gratiarum celestium thesauros, seu ad largiondam plenariam perpetuam indulgentiam omnibus rite confessis, qui Ecclesiam sancte Marie angelorum certo quadam die ingredierentur. O miram Christi dignationem! o potentissimam etiam Francisci orationem! Ita segniter et imperfecte orant multi, ut oratio eorum meritaria et efficax non sit, imo in peccatum convertatur: *stat oratio eorum in peccatum* (Psal. 108). Francisci vero oratio ita pura, fervens et perfecta extitit, ut quovis defecata peccato plenariam indulgentiam ad delenda hominum peccata impetraverit. Miramini hanc Seraphici Francisci orationem; ac ab eo discite ferventer orare, ab eo discite ita orare, ut oratio in peccatum non convertatur, verum ad delenda saltem peccata vestra inserviat. Sanctus Franciscus, non secus ac regius propheta, in gemitu cordis sui orabat: *ruebam a gemitu cordis mei* (Ps. 37). Oravit in gemitu cordis sui pater Seraphicus: oravit et indulgentiam ad delenda hominum peccata obtinuit. Orate similiter in gemitu cordis vestri: orate gementes et flentes, orate dolentes et contriti corde, ut vestrorum indulgentiam et veniam peccatorum obtinere valeatis. Postquam Franciscum vidimus ante thronum Christi, a quo indulgentiam assecutus est; contempletur eum ante thronum summi Pontificis, a quo indulgentiam, quam a Christo obtinuerat, confirmari et publicari impetravit. Ille est tertius Pater a quo sanctus Franciscus petiit, ut peccatoribus ignorceretur: *Pater, dimitte illis.*

## III PARS.

*Sanctus Franciscus obtentam a Christo indulgentiam,  
a summo Pontifice confirmari et publicari impetrat.*

Leprosos quos mundabat et sanabat, ad sacerdotes mittere solebat Christus: illis enim dicebat, ut coram sacerdotibus se sisserint: *ostendite vos sacerdotibus* (Luc. 17). Imo et quandoque illos quos mundaverat, non ad sacerdotes inferiores, ad ipsam principem sacerdotum mittebat: *vade et ostende te principio sacerdotatum* (Matt. 1, 41). Leprosus quidem non erat sanctus Franciscus; ipse pro omnibus hominibus foecunda peccati lepra infectus a Christo Salvatore medicamina ad eorum lapram curandam idonea, seu indulgentiam plenariam postulavit. Quam quidem ei concessit Salvator; tamen voluit ut sacerdotum principi, seu summo Pontifici se ostenderet, ac ab eo praefata indulgentiam confirmari et publicari postularet. Quare ad summi pontificis thronum se contulit sanctus Franciscus; ad Honorium tertium, tunc totius Ecclesie moderatorem, protinus properavit, eique Perusiae tunc degenti rem totam humiliter et sincere exposuit; rogans, ut quod placebat Christo, cuius ipse in terris personam et vices gerebat, id ipsi non dispiceret. Humilem auditiv oratorem Pontifex; atvero sicut Eliseo dixit Elias, quod rem difficilem postulasset: *rem difficilem postulasti* (4 Reg. 2); ita et Honorius Francisco rem, quem petebat, difficilem et magnam esse respondit: *tum quia indulgentiam petebat omnino liberam, hoc est sine oblationibus: tum quia eam absolutam et perpetuam esse volebat*. Cardinales etiam qui adstabant, Francisci petitioni adversabantur, dicentes, quod si haec indulgentia concederetur, indulgentiae terre sancte, necon sanctorum apostolorum Petri et Pauli non magni haberentur et a fidelibus negligerentur. Attamen intelligens Pontifex, que circa hoc esset Dei voluntas, *indulgentiam plenariam et perpetuam* beato Francisco concessit;

eaenque ut tales publicari et promulgari jussit. Magnum Jubilaeum, magnamque indulgentiam Christus cruci affixus hominibus concessit. Magna fuit haec indulgentia, ad omnes homines, ad omnia peccata et ad omnia tempora se extendens: *ad omnes quidem homines*, cum pro omnium salute moreretur; *ad omnia criminā*, cum sanguis ejus ad omnium scelerum, quantumvis gravium, ablutionem daret: *ad omnia tempora*, cum mortis et passionem ejus virtus usque ad mundi finem esset hominibus profutura. Magne autem huic indulgentiae aliam quodammodo similem a summo Pontifice petit, Franciscus: ab eo enim ex parte Christi indulgentiam petit, qnam lucrari possent omnes penitus homines, qui certa et indicta quadam die Ecclesiam sancta Mariæ angelorum devote ingredenterur; poenamque peccatis eorum quantumvis gravibus debitam remitti postulavit: nec hanc gratiam pro aliquo solum tempore, ast in perpetuum petit: ac insuper petit Pater Seraphicus, ut haec indulgentia foret omnino libera, ita ut eam lucrarentur fideles absque ulla eleemosynarum oblatione. Voluntati autem divinae, plisque Francisci votis annuens Pontifex, indulgentiam concessit plenariam, liberam et perpetuam: scriptisque episcopis Assisiensis, Perusino, Spolano et aliis nonnullis, ut die prima Augusti omnes ad portunculae convanirent Ecclesiam, quam rite consecrationis dedicarent, et solemniter indulgentiam hanc plenariam et perpetuam publicarent lucrandam quolibet anno, a vesperis primae diei mensis Augusti usque ad vesperas secundae diei ab his qui contriti et confessi, sacra hanc ædem visitando intrarent. O mirabile et peregrinum indulgentiam! Quæ successus temporis ab aliis Pontificibus, ceteris Seraphici Ordinis Ecclesiis communicata est. Nam Sextus quartus eam omnibus dominibus fratribus, tam priui, quam tertii Ordinis communicavit: quam concessionem Leo decimus, aliisque nonnulli summi Pontifices confirmarunt, et novissimo Gregorius XV, propria Bulla, hanc indulgentiam perpetuam concessit omnibus Christifidelibus, qui prævis debitis confessione et sacra communione, ecclesias quasunque fratrum minorum per universum orbem præfata die visitaverint. Ecce quid a tribus Patribus

enixe postulaverit Seraphicus Franciscus: ecce quid ante Patris aeterni, Christi et summi Pontificis thronum petierit et obtinuerit: ecce fructum zeli, orationum et solicitudinis ejus: ecce portentosum indulgentiam, quam impetrare meruit; qua nulla divinior, cum a Christo Domino immediate prodeat; qua nulla efficacior, cum omnes penas peccatis debitas tollere valeat; qua nulla diuturnior, cum usque ad mundi finem sit valitudo. Jamvero heu! quam pauci tanti benefici participes fieri exoptant! Quam pauci de hac in nostris ecclesiis indulgentia lucranda sollicite curant! Multi quidem justificari, sanctificari et salvari facile possent, si huic indulgentiae lucranda sedulo incumberent; heu! tamen, ut verbi utar Chrysostomi: *nosmet ipsi causa nostra perditionis sumus, quia non instanter ad Deum accedimus, non interpellamus assidue, non rogamus quemadmodum pro tanta dignitate est causa regare* (hom. 24 in Matt.). Addamus et quod causa nostre perditionis sumus, qui oblatas indulgentias lucrari renuimus et precipue indulgentiam sancte Marie angelorum, quam quo facilius homines lucrari queunt, eo signis ad illam lucrandam se accingunt. Heu! si scirent et serio perpperderent peccatores, quanta inferni et purgatori sint supplicia, totis sane conatus hanc indulgentiam quisque lucrari contenderet, ut ea declinare valeret. Si unus aliquid ex damnatis, vel ex his qui in purgatorio igne cremantur, Deo permittente, in hunc mundum veniret, palamque predicaret, quam gravia et terribilia sint alterius mundi tormenta, certe quotquot illum audirent, terrore quererentur, nec quisquam foret qui ad haec supplicia vitanda, indulgentiam quam prædicamus summo studio lucrari non satageret. Rogo autem vos, fratres, ut hoc nunc faciatis, quod ageretis, si concionatorem humum ex alio mundo venientem auditetis; a peccatis omnibus declinate; expurgate vetus fermentum per sinceram peccatorum vestrorum confessionem et oblatam indulgentiam ad tollendas peccatorum reliquias incrari contente, ut adveniente morte, nil in vobis purgandum supersit, nilque vos impedit, vel retardet ab assequenda eterna beatitudine, quam unicuique vestrum opto in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

## DE SANCTO DOMINICO

## CONCIO UNICA.

*Positus sum ego præparator* (1 Timoth. 2).

Præparator munus excelsum est, et qui illud digne obeunt, merito dici debent sal terræ, mundi lumina, nuncii veritatis aeternæ, animarum salvatores, satores aeternitatis et quasi matres fecundæ, que sanctitatis et lucis filios Christo pariant: *Filioli mei, quos iterum parturio* (Gal. 4). Verum est non nullus concionatores sua imperitia, adulteratis suis concionibus, suaque vita minus recte ordinata, muneri, quo honorantur, injuriam facere, dignitatimque præparatoris, qua insigniantur, in seipsis vilem, abjectam et contemptibilem efficere. Verum sanctus Dominicus præparatoris dignitati, ad quam a Deo vocatus est, novam adjecti gloriam, splendorem novum contulit, eamque virtutibus et meritis suis illustriorem fecit, cum fuerit exemplar, prototypus et patriarcha præparatorum: *positus sum ego præparator*. Scio, de Dominico dici posse, quod fuerit patriarcha cum Abraham, propheta cum Isai, solitudinis cultor cum Benedicto, evangelice paupertatis sectator cum Seraphico Franciso et eminentiorum virtutum exemplar cum nonnullis aliis viris sanctissimis. Quia tamen hic in universo orbe ecclesiastico, ut insignis præparator, necnon ut præparatorum antesignanus et pater inspicitur, eum hodie solummodo ut præparatorum perfectissimum proponamus. Acc.

Scientia, zelo et vita exemplari florere debet præparator evangelicus. In eo requiruntur scientia, ut potens sit exhortari in doctrina sana et eos, qui contradicunt arguere (ad Tit. 1). In eo desideratur zelus, quo accusensi, peccatores generose arguat, obsecret et increpet: *argue, obsecra, increpa* (2 Tim. 4). In eo tandem utilare debet vita exemplaris: in

enixe postulaverit Seraphicus Franciscus: ecce quid ante Patris aeterni, Christi et summi Pontificis thronum petierit et obtinuerit: ecce fructum zeli, orationum et solicitudinis ejus: ecce portentosum indulgentiam, quam impetrare meruit; qua nulla divinior, cum a Christo Domino immediate prodeat; qua nulla efficacior, cum omnes penas peccatis debitas tollere valent; qua nulla diuturnior, cum usque ad mundi finem sit valitudo. Jamvero heu! quam pauci tanti beneficiis participes fieri exoptant! Quam pauci de hac in nostris ecclesiis indulgentia lucranda sollicite curant! Multi quidem justificari, sanctificari et salvari facile possent, si huic indulgentiae lucranda sedulo incumberent; heu! tamen, ut verbi utar Chrysostomi: *nosmet ipsi causa nostra perditionis sumus, quia non instanter ad Deum accedimus, non interpellamus assidue, non rogamus quemadmodum pro tanta dignitate est causa regare* (hom. 24 in Matt.). Addamus et quod causa nostre perditionis sumus, qui oblatas indulgentias lucrari renuimus et precipue indulgentiam sancte Marie angelorum, quam quo facilius homines lucrari queunt, eo signis ad illam lucrandam se accingunt. Heu! si scirent et serio perpperderent peccatores, quanta inferni et purgatori sint supplicia, totis sane conatus hanc indulgentiam quisque lucrari contenderet, ut ea declinare valeret. Si unus aliquis ex damnatis, vel ex his qui in purgatorio igne cremantur, Deo permittente, in hunc mundum veniret, palamque predicaret, quam gravia et terribilia sint alterius mundi tormenta, certe quotquot illum audirent, terrore quererentur, nec quisquam foret qui ad haec supplicia vitanda, indulgentiam quam prædicamus summo studio lucrari non satageret. Rogo autem vos, fratres, ut hoc nunc faciatis, quod ageretis, si concionatorem humum ex alio mundo venientem auditetis; a peccatis omnibus declinate; expurgate vetus fermentum per sinceram peccatorum vestrorum confessionem et oblatam indulgentiam ad tollendas peccatorum reliquias incrari contente, ut adveniente morte, nil in vobis purgandum supersit, nilque vos impedit, vel retardet ab assequenda eterna beatitudine, quam unicuique vestrum opto in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

## DE SANCTO DOMINICO

## CONCIO UNICA.

*Positus sum ego præparator* (1 Timoth. 2).

Præparator munus excelsum est, et qui illud digne obeunt, merito dici debent sal terræ, mundi lumina, nuncii veritatis aeternæ, animarum salvatores, satores aeternitatis et quasi matres fecundæ, que sanctitatis et lucis filios Christo pariant: *Filioli mei, quos iterum parturio* (Gal. 4). Verum est non nullus concionatores sua imperitia, adulteratis suis concionibus, suaque vita minus recte ordinata, muneri, quo honorantur, injuriam facere, dignitatimque præparatoris, qua insigniantur, in seipsis vilem, abjectam et contemptibilem efficere. Verum sanctus Dominicus præparatoris dignitati, ad quam a Deo vocatus est, novam adjecti gloriam, splendorem novum contulit, eamque virtutibus et meritis suis illustriorem fecit, cum fuerit exemplar, prototypus et patriarcha præparatorum: *positus sum ego præparator*. Scio, de Dominico dici posse, quod fuerit patriarcha cum Abraham, propheta cum Isai, solitudinis cultor cum Benedicto, evangelice paupertatis sectator cum Seraphico Franciso et eminentiorum virtutum exemplar cum nonnullis aliis viris sanctissimis. Quia tamen hic in universo orbe ecclesiastico, ut insignis præparator, necnon ut præparatorum antesignanus et pater inspicitur, eum hodie solummodo ut præparatorum perfectissimum proponamus. Acc.

Scientia, zelo et vita exemplari florere debet præparator evangelicus. In eo requiruntur scientia, ut potens sit exhortari in doctrina sana et eos, qui contradicunt arguere (ad Tit. 1). In eo desideratur zelus, quo accusensi, peccatores generose arguat, obsecret et increpet: *argue, obsecra, increpa* (2 Tim. 4). In eo tandem utilare debet vita exemplaris: in

*omnibus te ipsum prece exemplum bonorum operum* (ad Tit. 2). Si concionator scientia non luceat, est quasi sol sine lumine; si zelo non ardeat, est quasi ignis sine calore; si bonis suis exemplis alio ad bona opera non exciteat, est Doctor sine uncione et arbor sine fructu. Haec sane in evanglico predicatorie requiruntur. Jam heu! quot concionatores habentur ignari et omnia scientia vacui! quot frigidet et omni zelo destituti! quot pluribus vitiis irretiti, quibus pravis suis exemplis magis destruant, quam verbis suis edificare valeant! At sanctus Dominicus predicator extitit perfectissimus qui scientia extitit maximus, zelo sanctissimus, et vita supra modum exemplaris. Perpendamus concionatoris illius scientiam, zelum et sancta exempla: 1. *scientiam*, qua illustratus fuit; 2 *zelum*, quo fuit accessus; 3. *bona exempla*, que edidit.

## I PARS.

*Saneti Domini scientia.*

Prædicatores in sacra scriptura vocantur *angeli*, sive quia a Deo, tamquam angeli, in hunc mundum mittuntur, ut hominum salutem invigilent; sive quia, sicut angeli superiores magna repletur scientia, qua alios sibi inferiores irradiant, ita et predicatores multa repleri oportet scientia, ut predicationibus suis homines illustrare valeant. Sancto autem Dominico nil defuit scientie, que in perfecto concionatore desideratur, cum habuerit scientiam 1. universalem; 2. secundam; 3. oratione comparata.

1. Sicut, qui in arte pictura peritissimi fieri capiunt, omnium rerum notitiam acquirere pertinent, ut pincello sui qualibet res representare et delineare valeant, ita et predicatores pulchritudinem virtutis, peccati deformitatem, gaudia paradisi, inferni supplicia, naturae secreta, mysteria gratiae et omnia aliquatenus scire debent, ut de his juxta auditorum quorunque captum palam loqui sint parati. Unde sapientissimus Salomon

à Spiritu Saneto afflatus predicatorum non unius dumtaxat, aut alterius scientia studio vacare peroptat, illum docet, ut omnium antiquorum scientiam exquirat: *sapientiam omnium antiquorum exquirat sapiens* (Ecli. 30). Vult etiam ut prophetarum libris volvendis, intelligendis et explicandis sedulo incumbat; et *in prophetis vacabit*. Admonet insuper, ut occulta proverbiorum et parabolorum intelligere conetur; *occulta proverbiorum exquirat*, et *in absconditis parabolorum conversabitur*. Denique hortatur, predicatorum apud alienigenas perigrinari, ut ibi multa addiscat, ibique homines declinare a malo et bonum facere doceat; *in terram alienigenarum gentium pertransiet*; *bona enim et mala in hominibus tentabit*. O quam latam, fusam et universalem prædictoris scientiam desiderat Salomon? Ita quidem o quam universalis fuit scientia sancti Domini, qui non solum antiquorum philosophorum et aliorum sapientum scientias acquisivit, varum proverbiorum, parabolorum, prophetarum et omnium sacre Scripturae librorum sensum et explicationem solito exquisivit. Imo et Galliam, Italiam, aliasque nonnullas alienigenarum gentium nationes peragravit, et ubique scientiam boni faciendi et mali vitandi non solum plebejos, universitatum quoque doctores, necnon Ecclesiaz romanae primates docuit. Habuit insuper sanctus ille concionator scientiam sui ipsis, scientiam crucis, scientiam cordium, scientiam futurorum, scientiam sanctorum et scientiam omnium. Unde, si dicat Tertullianus, hominem christianum omnia scire: *nos simplices omnia sciimus* (*adv. Valent.* 3), potiori quidem jure de sancto Dominico dicendum, quod omnia aliquo modo sciverit. Sancti ergo Domini scientia fuit universalis; *fuit etiam secunda*.

2. Nonnulli concionatores speciosi, at vacuus, mirabiles, sed inutiles ad populum habent conciones. Et licet doctissimi, eorum scientia minima secunda, potius sterilis dicenda, quia per eam ne unicam quidem Christo animam parere valent: *sterilis, que non parit*. Hi prorsus discrepant a divo Paulo, omnium concionatorum facile primo, qui scientia adeo secunda præstitt, ut per eam inumeros Christo filios pepererit: *per evangelium ego vos*

*genui* (1 Cor. 4, 15). Sanctus Dominicus, sancti Pauli apostoli in predicatione æmulus, scientiam non secus ac ille, efficacem habuit et fecundam, qua innumeros Christo filios spirituales genuit. *Filiæ demonis* erant Mauri majorem Hispaniarum partem occupantes. *Filiæ demonis* erant Albigenses Aragoniam, Navarram et alias regni Gallie provincias ferro vastantes et contagiosa doctrina sue lue infestantes. *Filiæ demonis* erant innumeri cuiusvis generis peccatores, qui tempore sancti Domini in hoc mundo vivebant. Sanctus autem Dominicus doctrina secunda et cœribus concionibus innumeros ex his demonis filiis Christo peperit; et præcipue ex Albigensibus, ex quibus centum milia ad Christi fidem adduxit. O quanta fecunditate eminuit hujus Sancti scientia! Duplicem in Verbo aeterno fecunditatem agnoscunt theologi, internam unam et externam alteram. *Interna* simul cum Patre producit Spiritum Sanctum. *Externa*, simul cum Patre et Spiritu Sancto omnia creata ad extra producit. Bina autem Verbi aeterni fecunditas aliquo modo in sancti Dominici scientia repperitur; fuit enim secunda non solum *ad extra*, in quantum innumeros Mauros, Albigenses et alios haereticos, qui extra Ecclesiam sinu vagabantur, ad veram fidem et ad Christum convertit; fuit etiam secunda *ad intra*, in quantum innumeros catholicos in Ecclesiam sinu degentes iterum parturivit et Christo iterum genuit, cum illos scientia, predicationibus et præclaris virtutum exemplis ad statum religionis et ad vitam perfectiorem vocavit. Videto magnum et inclitum hunc fratrum predicatorum Ordinem: videto quot ibi sint et fuerint episcopi, quot archiepiscopi, quot sanctæ romanae Ecclesie cardinales, quot summi pontifices. Numerate, si possitis, quot in eo fuerint martyres, quot sancti confessores, quot illustrissimi doctores. Recensete, si valeatis, quot in illustri illo Ordine sint et fuerint eximi concionatores et scitote, quod hi omnes sint filii spirituales, quos Dominicus scientia et virtutibus suis Christo peperit: o quam secunda sancti Dominici scientia! Præterea scientia ejus fuit etiam in oratione comparata.

3. Concionatorum scientia e sursum a Patre luminum de-

scendere debet. Sicut enim angeli superiores prius a Deo illuminantur, quam ipsi angelos inferiores illustrant et irradient; ita et predicatores a Deo in oratione irradiari et erudiri debent prius, quam pulpita condescendant, ut alios doceant et illuminent. Oportet ut predicator ut in concionibus doceat et effundat, quae in oratione a Deo didicit; et, ut ait sanctus Augustinus, oportet ut *predicator orator sit, antequam dictor (de doct. chr. 14, 15)*; vel, ut loquitur sanctus Bernardus, concionator instar conchæ se habero debet: *si sapis, concham te exhibebis, non canalem (ser. 18 in Cant.)*. Sicut enim concha non effundit aquam, quin prius repletatur, ita concionatores apostolici aqua sapientiae repleti debent in oratione, antequam illam effundant in predicatione. O quam pauci concionatores his reguntur legibus! Quam pauci oratione sedulo vacant prius, quam pulpita condescendant! Quam pauci in oratione discunt, quod in predicatione docent! At sanctus Dominicus, qui studio multo evaserat vir doctissimus, in oratione semper doctior fiebat; ibique discebat, quod auditoribus predicatus erat. Orabat sanctus Dominicus et predicabat; orabat fere semper et predicabat sepe; et hic erat ordo inter orationes et predicationes ejus, quod prius oraret quam prediceret; illudque in oratione discret, quod in predicatione effundebat. Unde rogatus ab aliquo, quo ex libro eliceret tam alta, tam sublimia et tam utilia, quo in predicationibus suis proferebat, respondit humiliter, quod illa *ex libro charitatis* hauriret; seu a Deo qui charitas est, et qui eum in oratione illustrabat et erudiebat. Ecce qualis et quanta fuerit sancti Dominici scientia. Visa autem peregrinii hujus predicatoris scientia, *de ejus zelo aliquantulum disseveramus*.

## II PARS.

*Saneti Dominici zelus.*

Quantumvis doctus eset sanctus Dominicus, parum profusisset ejus scientia, si simul cum ea salutis animarum zelum non habuisset. Jamvero peregrinus ille predicator scientia et zelo simul floruit, habuitque zelum ardentissimum, generosissimum et constantissimum. Habit 1. *zelum ardentissimum*, quo animarum salutem ardenter desideravit; 2. *zelum generosissimum*, quo pro illarum salute gravibus se periculis exposuit; 3. *zelum constantissimum*, quo ut illas salvaret, durissima multa passus est.

1. Zelus, si verus sit, igneam sortitur naturam, et ab ignita illa charitate procedit, que viri zelosi cor accendit, illudque ad ardenter desiderandam aliorum hominum salutem excitat: *zelus*, inquit D. Augustinus, *est de amore carentis* (in Psal. 118), et ut ait sanctus Diognetus, *zelus est amoris quidam impetus* (4, de dio, nom.). Zelo hoc fervido et amatorio illo impetu ita concitabatur sanctus Dominicus, ut cum regis Propheta quasi tabesceret, eo quod multi a salute deviarent: *tabescere me fecit zelus meus, quia oblii sunt verba tua inimici mei* (Ps. 118). Ardentissimo hoc zelo adeo succendebatur, ut, sicut alter Paulus, pro fratribus suorum salute anathema esse peroptaret: *optabat ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis* (Rom. 9); igneo huiusmodi zelo ita urebatur et sufflammabatur, ut ab illo intus comedetur et quasi voraretur: *zelus domus tuae conedit me* (Ivan. 2). Probe sciebat sanctus Dominicus, quod *nihil tam dignum Deo, quam salus hominis* (Tert. ado. Marc. 1, 17); propterea animarum salutem ardentissimo zelo desiderabat. Fervido enim hoc successus zelo, hereticis et infidelibus pradicavit, plurimus peragravit provincias, ad barbaras nationes migrare pertinavit; et ut aliquos a Maurorum servitate liberaret, ubi in magno salutis periculo versabantur, ipse

semetipsum in servum tradidit. Hoc eodem zelo ignescens Dominicus; ferventibus celum crebro feriebat orationibus, uberes jugiter fundebat lacrymas, flagellis pluries singulis diebus carnem suam cruciabat, continuis corpus suum affigebat jejunii, plurimis illud vexabat laboribus et alia multa pro animarum salute peragebat. Cor tandem sancti Dominici erat quasi fornax zelo salutis animarum semper succensa, nilque magis optare videbatur vir sanctus, quam salutem hominum, quos omnes in Christi visceribus abscondi cupiebat: *cupo omnes vos in visceribus Christi*. Ecce predicatorem, cuius zelus fuit quidem ardentissimus: *ad hoc zelus ejus fuit generosissimus*.

2. Non sine mysterio pregnans sancti Dominici mater in somno sibi visa est in alvo sua videre canem faciem accensam ore gestantem. S. enim Dominicus, quem tunc in ventre gestabat, ratione zeli quo exarsit, praefulsi ut fax accensa, et ratione officii concionatoris, quo functus est, clamavit quasi canis mysticus ad custodiendum Christi ovilo delegatus. Nec credendum, quod Dominicus fuerit canis mutus, latrare non valens; fuit enim canis audax, qui generoso accensus zelo adversus hereticos et omnis generis peccatores latravit. Sanctus Dominicus, ut ait sanctus Vincentius Ferrerius, clamavit contra dominos temporales, qui populos tyrannice vexabant, eosque ad reddendum cuique suum induxit; clamavit contra prelatos, religiosos et clericos seculares, eosque ad ea, que status sui sunt, perficieanda perduxit; clamavit contra usurarios et cives crudeles, qui paniperibus non subveniebant, eosque ad misericordiam et liberalitatem movit; clamavit contra mulieres luxuriosas, easque ad castitatem sectandam compulit; potissimum clamavit adversus Albigenses hereticos, in quos, generoso succensus zelo, insurrexit, eorumque heresim penitus extirpavit. Norunt omnes, quod tempore sancti Dominici Albigenses heretici, Tolosam, Carcassonam, Albiam, pluresque alias munitissimas civitates, tum in Gallia, tum in regnis Navarrae et Arragonie occuparent; quodque formidandis suis exercitibus omnia sibi obvia ferro, flammisque vastarent. Sanctus autem Dominicus adversus infensissimos illos Ecclesia hostes sacro fiedere sociari curavit

catholicos, ex quibus crucesignatis copiosus coaluit exercitus, in cuius fronte incedere solebat vir sanctus, Christi crucifixi imaginem manu gerens, ducesque et milites catholicos hortans ad fortiter pro fide et religione catholica decertandum, hereticos vero ex adversa parte stantes arguens et fortiter increpans (1). Hinc modo ad milites catholicos se convertens, unicuique eorum dicebat: *confidite et esto robustus* (Josue 2); modo vero ad Albigenses suum dirigens sermonem, eos dire et generose argueret et increpabat. O quam generosus fuit hic sancti Dominici zelus: *denuo zelus ejus fuit etiam constantissimus*.

3. Omnis apostolicus concionator constanti succendi debet zelo, *tum ad portandas predicationis labores; tum ad sustinenda adversa multa, quae in predicationis exercito toleranda occurunt;* *qui locum predicationis suscipit, mala inferre non debet, sed tolerare* (Greg. ho. 7 in Evang.). Sanctus autem Dominicus constantiori adhuc egobel zelo, quam illi predicatores; ipse namque hereticis, manris, alisque multis Ecclesiae et evangelice veritatis hostibus predicavit, a quibus irrisiones, opprobria, verbera, multaque persecutions perpessus est. Tanta autem sanctus ille vir enituit constantia, ut pro Dei

(1) Ex verieribus historiis constat, quod beatus Dominus nullam partem habent in bello etiam sacri apparatus, cum manus ostine semper ac patientia tantum pugnaret cum hereticis, eis patientia plura in qua vita narrantur exempla: quorum illud in primis memoria dignum referatur, quod cum quidam hereticus nistro es ei obtuleret, ut via dicas, deinde per leas adspira et spinis referta duxit, ut beatus vir sanguinis vestigia relinquenter: ipse interea injuriam admirabiliter patientia perferens, de sanguine suo gaudebat: qua propecta Sancti virtutis, hereticos respicuit, et aburatis erroribus ad Ecclesiam summe se recepit. — Addant insuper auctores nominis preciosa fusimae lacryma, ac anterioris penitentie operibus Dominicum Christianorum exercitibus virtutem et animus addidisse, ac victorianam impetrassat, quam aliquando etiam divinitus predixit. Igitur prorsus negandum eundem Sanctum se immisceasse militaribus copiis, tempore belli, aut sermonibus, signo crucis vel alio quocunque modo ad pagnumad extitasse: multoque magis ab his ementiti historiis absintendam, unde hereticis ansam sumpserunt et hodie sumunt, Sanctorum gesta calumnianandi, et impius dictoris lacerandi Ecclesiam catholicam, qui eos venerantur.

gloria et animarum salute, aquo et hilari animo dira quoque pertulerit, imo et occasiones pro Christo patiendi quiescerit; et ideo raro Tolosam adhibet, quia ibi honorabatur; sepe vero ad urbem Carcassonam pergebat, quia ibi illudebatur, conspuelatur, percutiebatur et gravia patiebatur. Quis omnia ita constanter perferebat, ut semper graviora et prolixiora supplicia pati ambiret. Unde fatenti heretico, quod ipsi insidias ad necem parasset, constanter respondit vir sanctus: *pergratum mihi præstisstis officium, si primo mihi pedes abscidisses, deinde brachia fregisses, postea oculos eruisse; et tandem, absciso capite, mortem intulisses* (vita S. Domin. 1, 8). O magna præclarci hujus praedicatoris constantiam! Qui constantiori etiam zelo accusus fuisset videtur, cum in fronte exercitus Crucigerorum stabat; ubi Crucigeris praedicabat, ut pro Christo et Ecclesia strenue decertarent: Albigenses vero ex adverso stantes aeriter argueret et increpabat nullo modo timens insidias quas illi struebant, minus quas intendebant, gladios quos acuebant et innumera jacula que vibrabant. Tunc vir sanctus robur, fortitudinem et speciem constantiam percipiebat a Christo crucifixo, cuius imaginem circumferebat et manu gestabat, tantaque ejus erat constantia, ut ferociissimorum et infensissimorum illorum hostium enses, sagittas et crudelitatem nullo modo timeret. Christo, cuius imaginem palam gerebat, haec Judithae verba sepe dicebat: *Domine, da mihi in animo constantiam*. Quasi dicerat: Domine, Albigenses nominis tui hostes sunt, crudelis sunt, et mihi intensissimi, nilque tam in votis habent, quam me cruciare, dirioribus quibusque modis me torquere et morte me savissima plectere; ideo rogo ut des mihi constantiam ad haec omnia perfervenda. Tantamque ei dedit Christus constantiam, ut nec Albigensium furem, nec exercitum eorum quoquaque modo pertimesceret dicens cum propheta: *si consistasti aduersus me castra, non timebit cor meum*. Ecce concionatorem vero zelo succensum. Perspecto hujus praedicatoris zelo, admiremur *praecolla virtutum et morum ejus exempla*.

## III PARS.

*Sancti Dominici exempla.*

*Sanctus Dominicus exemplum fidelium extitit in verbo, in conversatione, in charitate* (1 Tim. 4); maxima enim semper et ubique sanctitatis et virtutis exempla dedit 1. in verbis, que protulit; 2. in conversatione, quam cum hominibus habuit; 3. in charitate, qua exarsit.

1. *Predicatores sunt lucerne super candelabrum posite, ut luceant omnibus qui in domo Dei sunt, debentque primo lumere verbis suis, ac ita verbis lucere debent, ut omnia verba quae proferunt, sint circumspecta, ponderata et ordinata: concionatores debent esse exemplum fidelium in verbo circumspecto, ponderato, ordinato* (D. Th. in 1 Tim. 4, lect. 3). Verba eorum sint oportet circumspecta, seu tanta cum prudentia et circumspectione proleta, ut nullum verbum scurrile, mendax, vel quocumque modo malum et peccaminosum proferant. Verba eorum debent esse ponderata, ita ut nec unicum verbum dicant, quod in divina sapientia lance non sit alicius ponderis et momenti. Verba tandem eorum debent esse ordinata, talemque ordinem in verbis suis servare tenentur, ut nullum verbum proferant, quod ad Dei gloriam, vel proximi profectum non sit ordinatum. Ecce qualia a predicatoribus sint exhibenda virtutis exempla in verbo; et ecce etiam qualia fidelibus in verbo, virtutum exempla prebuerit sanctus Dominicus; omnia enim ejus verba mirum in modum fuere circumspecta, ponderata et ordinata: *circumspecta*, et prudentia sale condita fuerit omnia sancti Domini verba, qui tanta cum sapientia et circumspectione loquebatur, ut quotquot in informationibus pro ejus canonizatione editis interrogati assurerint, quod non solum a verbis malis abstineret, verum et ab otiosis et indifferentibus, ita ut ausquam illum, nec unicum verbum otiosum proferentem audierint. *Ponderata* etiam, maximique ponderis et valoris

fuere ejus verba, quia verbis suis, *tum* in predicatione, *tum* in conversatione prolatis *Raynerium* Albizie episcopum, secte Albigensium principem; *Alphonsum*, hujus nominis octavum, utriusque Castellar regem; *Alphonsum altum* Galiciae et Leonis regem, ac etiam magnates alios plurimos cum centum mille aliis hereticis, necnon innumeris alii omnis generis peccatoribus ad Deum convertit. *Ordinata* pariter fuere ejus verba; neque enim vel unicum verbum proferebat, quod ad Dei gloriam non dirigeret, quam in omnibus verbis et operibus semper quereret. Ecce quomodo sanctus Dominicus fuit exemplum fidelium in verbo; quorum etiam fuit exemplum in conversatione.

2. Concionatores praे ceteris omnibus bonam conversationem habere debent, ita ut non solum luceant verbis, cum concionantur, verum etiam luceant operibus, dum cum hominibus conversantur, ac ita luceant, ut qui eos vident, suspiciant, ad bone agendum moveantur et ad Deum glorificandum inducantur: *sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificant Patrem vestrum, qui in celis est* (Matt. 5). Hen! quid prodest, si concionator pulchra dicat et operibus contradicat? Quid prosunt sancta ejus verba, si mala et scandalosa sint ejus opera? Certo inutilia et inefficacia flunt concionatoris verba, si unum dicat, et alium faciat, et ipse neutram faciat, quod alii faciendo predicat. O quam multi habentur hujusmodi concionatores, qui malignis suis operibus plus destruant, quam verbis suis edificare valent. *Sanctus Dominicus vero qui exemplum fuit hominum in verbo, fuit etiam exemplum eorum in conversatione et opere, nec aliqui agendum predicavit, quod ipsis prius perfectiore modo non fecerit.* Cum predicabat, superbiam esse ablegandam et humilitatem sectandam, ipse itidem miranda humilitatis exempla exhibebat, omnibusque notum erat, quod tanta ejus esset humilitas, ut sibi oblatos episcopatus recusaret, ad quasque dignitates eveni renueret, nec hominum minimo preferri optaret. Cum in concionibus suis avaros increpabat, quotquot cum audiabant, noverant, quod ipse pecuniam, suppellectilem, patrimoni-

nium et cuncta que juris sui fuerant, pauperibus erogasset, ut paupertatem evangelicam sectaretur. Impudicis et luxuriosis mirabile reliquit castitatis exemplum; ipse enim moriens confessario sua declaravit, quod per singularem Dei gratiam ipsi datum orat castitatem talem servare, qualem habet puerulus in cunis ravigens. Quid dicam de mortificationibus, aliquae ejus virtutibus? Sciant omnes, quod vir ille sanctissimus diro vestiri solebat cilicio, catena ferrea supra nudam carnem cingebatur, a carnis abstinebat, vilibus aliis cibis parce vescebatur, oratione sedulo insistebat, aliquae tali et tanta omnium virtutum dabant exempla, ut merito dici possit, quod non solum verbis, etiam mirandis altissimarum virtutum exemplis universam Ecclesiam sustentaverit: *in vita sua suffulxit domum, et in diebus suis corroboravit templum* (Ecl. 50). Unde non mirum, si summus Pontifex Innocentius III in somnis viderit sanctum Dominicum Ecclesiam Lateranensem humeris sustinentem, ne rueret; ipse enim non materialem hanc Ecclesiam, verum totam Ecclesiam Romanam sustinet per miranda virtutum exempla que praebevit in verbo et conversatione, ac etiam in charitate.

3. Quid prodesset concionator si linguis angelorum loqueretur, charitatem autem non habere? Nonne hic esset *velut res sonans, aut cymbalum tinniens?* (1 Cor. 3). Nam quomodo concionator ad Dei amorem alios accendere valet, si ipse prius charitatis igne non ardeat? Nonne ut aliorum corda charitatis igne inflammet, debet ipse prius charitatis igne ardere? Certe *de incendio ardor est*, et ut concionator aliorum corda Dei amore ardore faciat, debet ipse charitatis incendio ardere, charitatis flammam emittere et ardentera charitatis exempla exhibere. Non desunt sancti concionatores, qui hoc charitatis igne ardeant; et hoc igne potissimum exarvit sanctus Dominicus. Et ideo in ipsis Ordinis sue sento gentilicio appingitur stella, cum hac epigrapha: *Lucet et ardet*. Quia scilicet sanctus dominicus ratione doctrina sue et miraculorum, quae operatus est, toti terrarum orbi illuxit; et ratione sue charitatis totus ignitus fuit, amorisque divini flamas emittere nunquam destitut. Ardentem hanc charitatem et ma-

ximum hunc, quo in Deum ardebat amorem, manifestavit iugibus quas fundere solebat lacrymis. Si enim, ut ait divos Augustinus, *lacrymæ testes sunt amoris*, maximum sane in Deum amoris testimonium præbuit sanctus dominicus: etenim saepè et amarissime ex amore flevit, *ejusque genitus tanti erant, ut in dormitorio viciniores excitarentur, ac ipsi quoque fere cogerentur*. Heu! quantum amat, qui tales lacrymas fundebat. Ardentem, qua succendebatur, charitatem magis adhuc testatus est sanctus dominicus per ardorem et sollicititudinem illam, qua omnium salutem ambiebat, querebat et curare conabatur. Religiosis enim et secularibus, fidelibus et infidelibus, magnis et parvis, ad omnibus denique prodesse studiat; utque omnibus prodesset, continue oravit, vigilavit, predicavit, ac charitate semper accussum longa et difficilia suscepit itiners, multa subiit pericula, plurimosque et gravissimos labores portavit. O magnam sancti dominici charitatem! o quam præclara charitatis exempla præbet eximius ille concionator! Ejus autem in primis eluxit charitas in martyrii desiderio, quo exarsit. Docuit Christus Salvator, quod *majorem charitatem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis*. Hac autem charitate summopere exarsit sanctus dominicus, et ideo in Maurorum regionem se contulit, ideo furentibus Albigensibus se opposuit, ideo utrisque predicavit et alias multas martyrum patienti occasiones solcite quesivit. Ecce predicatorum perfectissimum, qui simul doctissimus, zelantissimus et vita exemplari summopere floruit. O utinam omnes concionatores simili illustrarentur scientia, pari ardenter zelo, et eadem omnium virtutum exempla ederent! o utinam quoque, sicut innumeris auditores sancti dominici concionibus ad veram morum conversionem adducti fuere, ita qui nunc concionatores audiunt, cum fructu verbum Dei recipientes ad veram conversionem perducantur. Verum est, quod predicatorum debeant esse scientia prediti, zelo accensi et vita exemplari splendidi; tamen qualescumque sint concionatores, debent semper auditores ex eorum concionibus spiritualem aliquem fructum elicere. Non iubet Deus, ut qui verbum Dei au-

dunt, scrutentur, qualis sit scientia, qualis zelus et qualis vita concionatorum; id jubet ut eorum verbis obtemperent, atque perficiant, quod concionatores ex parte Dei peragendum predicant. *Quaecunque dixerint nobis, servate et facite* (Matt. 23). Magna ergo cum reverentia quoscumque concionatores audite, illos inspicere veluti magistros a Deo missos, ut salutis viam vos doceant; eorum verbis fideliter obtemperatis, simulque cum verbo prædicationis infundet vobis Deus gratiam sanctificationis, qua adjuti, aeternam felicitatem in celo obtinetis. Amen.

### DE SANCTO LAURENTIO

#### CONCIO UNICA.

*Igne me examinasti* (Psal. 16).

Beatus Laurentius, cuius hodie solemnia colimus, amavit Deum, imitatus est Christum, sanctorum vestigia sectatus est; mirabilique qui florebat charitate, estimatus est pater pauperum, egenorum defensor, servorum Christi servus et bonorum omnium sectator praecipitus. Etate cum esset junior, sensus canos garebat in corde; non enim carnis secutus est petulantiam, non terrenarum facultatum opulentiam appetit, nec sacerdotali dignitatis gradum ambivit. Quin potius corpus jejuniis attrivit, vigiliis edomuit, laboribus affixit, nullamque sibi requiem indulxit; tamquam athleta fortissimus in punitientia quotidiana se stadio exercuit. Major effectus, magno cum studio martyrum circumibat cryptas, optans iis associari; tantoque martyrii flagrabat desiderio, ut cum Romanae Sedis ad supplicium traheretur Antistes, ipse grandi ad eum vociferatione clamaret: *quo progrederis sine filio Pater? quo sa-*

*cerdos sine diacono tuo properas?* Ipse autem paucis ab hinc diebus voti et desiderii sui compos effectus est: nam ex crudelis tyranni Decii ordinatione a militibus comprehensus, carceri mancipatus, distentus equuleo, fustibus cæsus, laniatus verberibus, craticula superpositus et assatus incendio martyrium consummavit; *igne me examinasti*. Sanctissimum hunc Levitam hodie non contemplabimur concionantem, cæcos illuminantem, pauperibus bona distribuentem, verum ferreae craticulae decumbentem, ubi atrocissimis flammarum ponis excruciatur.

Ave.

Cum Moyses socii sui gregem ad interiora deserti duxisset, vidit a longo rubum, qui ardebat, et non absumentur: *videbat quod rubus arderet et non combureretur* (Exod. 3). Princeps ille populi Israëlitici, admiratione et curiositate motus, ad rubum illum ire statuit, ut melius videret illum, utque portentum illud contemplaretur: *cadam et videbo visionem hanc magnam*. Magnum quid erat hand dubie, videre rubum inconsuptionibilem, semper ardente et numquam deficientem; at longe majas et mirabilis spectaculum nobis hodie videndum et contemplandum sancta proponit Ecclesia. Non enim rubum spinosum et silvestrem, flammis expositum, usque resistentem, sed hominem coelestem craticula superpositum et crepitantium vim flamarum gloriose sustinentem a nobis considerari et honorari peroptat. Non rubus in deserto ardens, Laurentius in urbe Roma craticula appositus, ecce visionem magnam, quam jam visuri et contemplatur accedimus. Venite ergo et videte mecum visionem istam magnam, attente consideremus sanctum Levitam Laurentium, flammis ardentibus expositum et de iis triumphantem. Contemplemur eum craticula superpositum, et dicamus, quod craticula fuerit ei cathedra, lectus et thronus. Craticula fuit ei 1. *cathedra* doctoris et predicatoris; 2. *lectus* quietis et dulcedinis; *thronus* gloriæ et honoris.

## I PARS.

*Craticula fuit saneto Laurentio cathedra doctoris et praedicatoris.*

Ad erudiendum Dei populum nulla utilior forma, quam martyrum eloquentia; validiora enim sunt exempla, quam verba, et efficacius est opere docere, quam voce. In hoc autem dicendi modo maxime floruit beatus martyr Laurentius; ipse etenim in craticula, quasi in doctoris et concionatoris cathedra constitutus, exemplo suo homines mirabiliter docuit 1. patientiam; 2. constantiam; 3. Dei amorem.

1. Antequam craticula superponeretur Laurentius, varia et mira patientiae protulit exempla. Postquam enim Ecclesie thesauros Decio dare recusavit, avaro illo saeviente tyranno, sanctus hic Levita tetro fuit carceri mancipatus, in quo multis diebus sine cibo et potu permanxit. Inde tamen eductus fuit, ut ad diis sacrificandum compellerebatur; jamvero cum unicum Deum coeli et terre Creatorem se colere palam professus semper fuisse, scorpionibus cesus, diris exceptus flagellis, et pectinibus ferreis excarnificatus fuit. Insuper ardentes lamine lateribus ejus admota sunt; deinde ad catastas damnatus, ibi funiculis ligatum ejus corpus ita distentum est, ut ossa a nervis et nervi a carne separarentur. In his omnibus suppliciis mira quidem Laurentius patientiae protulit exempla; postremo in craticula superpositus mirabiliora certe praeclarae hujus virtutis documenta toti orbi christiano praebuit. Hac enim craticula videbatur quasi gymnasium patientiae, vel quasi cathedra doctoris et concionatoris, in qua invictus ille martyr, exemplo suo altiore et eminentiorem patientiam docuit. Quod, queso, magis hujus virtutis exemplum nostris unquam sese oculis obtulit? quis unquam homo patientior sanctissimo illo Levita, qui dum in craticula sevissime ureceretur, non solum nullum impatiens verbum protulit, etiam ignium vim et flammaram

ardorem animo aquissimo et summo tranquillo passus est? *Flamma uestus, sed patientia tranquillus* (Aug. ser. 14 de divers.). Sieut aurum percussum non reddit sonum, inquit sanctus Bonaventura, ita et sanctus Laurentius, dum in craticula igne combureretur, et bidentibus ferreis, vel aliis crudelitatis instrumentis attereretur, nullum impatiens sonum dedit; ipse pre nimia qua pollebat patientia, corde tranquillo et quieto dolores tamquam favores et veluti eximia beneficia percepit. O portentosum altioris patientiae exemplum! Attamen patientia ejus major adhuc fuisse videtur in hoc, quod in craticula positus, quo graviora siebant supplicia que patiebatur, eo ferventius Deum orabat et benedicbat. Sieut tres pueri in fornae ambulantes Deum laudabant et orabant, ita Laurentius craticulae decumbens Deum continue laudabat et deprecabatur: *illi stantes in penis, elevatis manibus orabant Dominum, hic autem prostratus in sua pena, toto corpore Deum deprecatur* (Ambr. hom. 2 de S. Laur.). Torquentur ejus oculi, et ipse Deum benedicit; torquentur brachia, et ipse Deum benedicit; torquentur latera, et ipse Deum benedicit, *et toto corpore Deum deprecatur*. Ecce hominem vere patientem; ecce verum praedicatorem, qui exemplo suo efficaciter nos docet patientiam in adversis. Igitur craticula fuit Laurentio cathedra doctoris, in qua docuit homines patientiam: fuit etiam cathedra doctoris, *in qua docuit eos constantiam.*

2. Viri constantis est non trepidare, nec aliquod timere supplicium. Rugiant leones, saeviant tyranni, insurgant demones, gravia queris inferuntur supplicia, impavidus semper stabit vir constans. Hujusmodi autem extitit incliti martyris Laurentii constantia, qui palam protestatus est, quod nulla tormenta, quantumvis dira et immania, pertimesceret; *non timeo tormenta tua*. O martyr invictissime, nonne times scorpiones, flagella et catastas? *non timeo*. Nonne times cratem ferream et ignem suppositum, a quo lente torquendus es? *non timeo*. Nonne times innumera alia supplicia, que crudelissimus carnicifer, tibique infensissimus tyranus excoxitare potest? *non timeo*. Tanta denique praestat constantia, ut nulla sibi pa-

rata vel que parari possunt, supplicia pertimescat. O magnam Laurentii constantiam! o martyris constantia, omni honore colenda! que tanto vigore emicuit tantaque virtute profect, ut immannissimis nequamque suppliciis cederet, nec atrocibus flecteretur penis, sed clamaret; non timeo tormenta tua. (Laur. Just. ser. de S. Laur.). Constantia in hoc conuenit cum patientia, quod inclinet ad sequanimitatem perferenda quaevis adversa. Verum constantia addit patientia quandam animi firmatam, qua vir constans, impavidus et immobilis permanet in suppliciis, quantumvis atrocibus et quantumvis diuturnis. Unde constantia videtur esse patientia quedam non simpliciter, sed patientia firma, immobilis et perseverans. Et hec constantia, seu patientia firma, immobilis et perseverans, maxima extitit in sancto Laurentio eraticula superposito, cum ibi sevissimam et diutinam lenti ignis ponam ita constanter pertulerit, ut immobilis semper permanens, mox unum et mox aliud latus quasi quadam complacentia comburere aspiceret. *Ipsa latissimo vultu respecti ad imperatorem, dicens: ecce miser, assasti unam partem, gryra aliam et mandua, quia jam video, quod diu desideravi!* (Vinc. Ferr. s. de S. Laur.). O virum vere constantem! O mirabilem Laurentii constantiam! O mirandum christiane constantiae doctorem, qui non lingua solum, simul et omnibus membris constantiam docet? En ergo quomodo eraticula Laurentio fuerit cathedra doctoris hominibus predicantis constantiam: fuit etiam cathedra doctoris, in qua eis Dei amorem praedicavit.

3. Duplice comburebatur igne Laurentius, uno scilicet elementari et externo, a quo ejus torquebantur latera, altero colesii et divino quo cor ejus accendebatur. Unde priuclare adnotavit Sanctus Ambrosius, quod in persona Laurentii haec verba regius vates protulerit: *ure renes meos et cor meum.* Non enim Laurentii solum renes ussit ignis elementaris, ejus insuper cor combustus sacra amoris divini flamma, et ut loquitur sanctus Maximus: *in Laurentii pectora insuperabilis Sancti Spiritus flamma ferrebat.* Aliquas celestis hujus ignis scintillas emiserat Laurentius, cum Sextum Pontificem ad suppli-

cium euntem sic allocutus est: *quo progrederis sine filio Pater? Quo sacerdos sancte sine ministro properas? Tu nunquam sine ministro sacrificium offerre consueveras; quid ergo in me displicuit paternitati tue?* (ho. 1 de S. Laur.). Ignitas etiam sacri hujus amoris flammam ex corde emiserat, cum carceres, flagella, scorpiones et catastas perpessus est; quoniam in his omnibus suppliciis ignita verba continue proferebat. Sacro illo igne magis succensum innotuit cor sancti hujus Levite, cum eraticula superpositus igne externo corpus ejus cruciabatur. Tunc enim *in corde ejus insuperabilis Sancti Spiritus flamma ferrebat.* Tunc tantus fuit ignis amoris divini, quo invictissimi illius athletæ cor ardebat, ut ardore suo externum ignem superaverit; *segnior fuit ignis, qui foris ussit, quam qui intus accedit* (S. Leo serm. de S. Laur.). Tantus tandem tunc fuit ignis, quo interius ardebat sanctus Laurentius, ut ignis externus videretur esse frigidum respectu ignis divini, quo cor sancti illius martyris accendebatur; *in comparatione fervoris, quo pectus ejus ardebat, exterior persecutorum flamma frigebat* (August. ser. 37 de divers.). O ferventissimum Laurentii amorem! O mirandum ignem, quo accenditur cor ejus! Hodie a beato Laurentio discimus Christum amare crucifixum; seu pro Dei amore supplicia et adversa quaevis portare. Sanctus ille Levita in eraticula, tamquam in cathedra concionatoria positus non solum patientiam et constantiam, verum etiam Dei amorem nos docet. Studeamus sub tanto Doctore et ex mirabilibus ejus exemplis aliquod emolumentum eliciamus. Interim postquam Laurentium in eraticula, tamquam in cathedra doctoris et praedicatoris inspoximus, modo admiremur quomodo eraticula fuerit ei etiam *lectus quietis et dulcedinis.*

## II PARS.

*Craticula fuit sancto Laurentio lectus quietis  
et dulcedinis.*

Duri haud dubie Laurentio fuere cruciatus, quos pertulit, ipsique non parum acerbus fuit ignis, a quo caro ejus assabatur. Nihilominus audacter dicam, quod in mediis tormentis, superna dulcedine superfusus, ei craticula evaserit lectus mollis et suavis, 1. propter Christi presentiam, qua recreabatur; 2. propter paradisi gloriam, quam contemplabatur; 3. propter inferni poniam, a qua preservabatur.

1. Dirissima quidem et acerbissima patiebatur gloriosus athleta Christi Laurentius, dum craticula superpositus ureretur, tamen ut regi vatis utar verbis, Dominus open tulit illi super lectum doloris, eiusque stratum ita versavit, excussum, ventilavit et emollit; vel potius Laurentium in craticula jacentem gratia sua adeo fovit sua praesentia, suaque auxilio ita recreavit et consolans est, ut craticula ei lectus suavis extiterit; in quo ita quiete jacebat, ut diceret circumstantibus: ab una in aliam partem me versate et de carne mea, si velitis, comedite. *Beatissimus martyr ostendens, quam quiete jaceret in illo ignito ferreo lecto, ait circumstantibus: jam me versate et si una pars coeta est, manducate* (Chrysol. ser. 135). Laurentius praeceps astigit Christus per auxilium gratia sue quo illum roboravit et per consolationem internam, qua illum fovit, suaque praesentia ita illum illuminavit, recreavit et consolans est, ut craticula ei floret lectus quietis et dulcedinis; *ille craticulam supplicii lectum quietis putabat* (Chrysol. ibid.). Laurentius simul et semel patiebatur et consolabatur; torquebatur igne externo et fovebatur consolatione interna; cruciabat eum tyrannus et tormenta ejus leniebat Christus; dira ei erat craticula, et per Christum ipsi mollis et suavis flebat, dum Christus potentior ad consolandum quam tyrannus ad torquendum,

unxit eum oleo laetitia et consolationis, suaque praesentia et assistentia ita illum recreavit et consolatus est, ut craticula fuerit ei lectus quietis et dulcedinis. Ipsi craticula fuit etiam lectus quietis et dulcedinis *propter gloriam paradisi, quam contemplabatur.*

2. Nihil est, quod tormenta ita alleviet ut contemplatio aeterna illius felicitatis, qua premiantur in celo, qui in terra pro Christo passi sunt, et ideo cum martyres celesti lumine superfusi contemplantur sempiternam illam beatitudinem pro qua decerant, in mediis suppliciis quasi nihil patiuntur. Quod testatur expertus Christi martyr sanctus Flavianus, dicens: *nulla caro patitur, dum animus in celo est et nequam corpus hoc sentit, eum se Deo tota mente decooit* (apud Sur. 24 Febr.). Hoc idem clarissimum in invictissimo Christi martyre sancto Laurentio, cui ita suavis videbatur craticula, ut magna alacritate tyranno illuderet, talisque hilaritas et dulcedo a gloria aeterna, quam contemplabatur, procedebat et ideo in craticula jacens clamabat: *gratias tibi ago, Domine, quia janus tuas ingredi merui.* Dum corpus ejus super ardentes decumberet carbones, animus illius intra paradisi janus ingressus, ibi aeternam illam contemplabatur beatitudinem, pro qua decerabat; ibi arcana videbat, que non licet homini loqui, ibique tot et tantis mens illius superfundebatur delicia, ut sibi corpus solum in lecto molli potius, quam super stratum ferreum decumbere videretur. De Machabeis martyribus asserit Theophilus Alexandrinus, quod tormenta que patiebantur, non sentirent, quoniam dum eorum torquerentur corpora, spiritus in celo erat; *in paradisum anima deambulantes non sentiebant quod patiebantur.* Similem in modum Laurentius, supra craticulam positus, urebatur et torquebatur; in atrociam tamen illo supplicio quasi insensibilis videbatur, quia, ut ait sanctus Ambrosius, dum sanctus ille Levita torquebatur in terris, animus ejus versabatur in celis: *jacet licet ante pedes tyranni exusta caro, corpus exanime; nihil tamen detrimenti patitur in terris, cuius animus demoratur in celis* (ho. 1 de S. Laur.). Homo quidem nobis similis erat Lauren-

tius; ejus caro aenea non erat; vere et crudeliter ab igne cruciabatur; cum autem in mediis ignibus susiceret regnum colorum, pro quo assequendo pugnabat et coronam gloriae quam sperabat, nihil ducebat omnia tormenta, nihilque pati videbatur. Imo, in mediis tormentis letabatur, deliciabatur, et exultabat, quasi in molli et florido lectulo jacuisset. Craticula ergo fuit Laurentio lectus quietis et dulcedinis propter gloriam paradisi quam contemplabatur, *ac etiam propter inferni paenam a qua preservabatur.*

3. Cum martyres acerbissimum et aternum inferni ignem contemplabantur, omnia hujus mundi supplicia eis suavia videbantur. Unde sanctus Ambrosius explicans illa regii prophetae verba, *principes persecuti sunt me gratis, et a tuis formidavit cor meum* (Psal. 118), ait, quod martyres non timant terremos principes, quorum supplicia cito transeunt; e contra maxime forfident a verbis Dei homines ad aeterna supplicia damnantis: *pone, inquit, martyrem circumspectantem omnia plena suppliciis; dicit martyr: principes quidem me persecuti sunt, sed non timeo eorum minas et verba; a tuis, o Christe iudex, verbis formido, ne mihi aliquando dicas: discede a me, maledicto, in ignem aeternum* (Ambr. in Psal. 118). Tormenta autem illis aeternis attendebat Laurentius, dum in craticula comburetur: ignem illum perpetuum, illud sine fine incendium, illamque poenae recrudescentes serumnante revolvebat. Quapropter ponas penis, lectumque suum aeterno damnatorum comparans cubili, lectum suum ita stavem sentiebat, ut mente hilari exultaret et subjicientibus prunas insultaret: *subjicientibus prunas, insultat Levita Christi.* Sanctum Laurentium, in craticula patientem, beatissimum praedicit sanctus Maximus dicens: *quid hoc beatius viro?* (hom. de B. Laur.). Quae, queso, haec est beatitudo, qua gaudet sanctus ille Levita? In quo beatus esse potest, qui igne crematur, qui a tortoribus supra craticulam varie versatur et qui atrociora patitur tormenta? Fuit beatus quia momentaneo hujus mundi igneflammam gehennae perpetuo exurentis evasit; fuit beatus, quia *arsit ne arderet et ut non ureretur exu-*

*stus est* (Ibid.); fuit beatus, quia per levia qua perferebatur tormenta, ab aeternis inferni suppliciis preservabatur. Tantaque fruebatur felicitate, ut pra nimio quo afficiebatur gaudio, in craticula, velut in lectulo dulcedinis quiesceret, ac in eo, sicut alter Job, gaudio replebatur: *consolabitur me lectulus meus* (7). O utinam coeli gloriam et inferni supplicia serio ponderarent quotquot in hoc mundo vivunt homines! o utinam illa sepe mente volverent! o utinam capere valerent immensum gloriae pondus quo coronantur et ineffabilia tormenta a quibus preservantur, qui pro Christo in hoc mundo gravia patiuntur! Certe si conciperemus supernae civitatis quanta sint gaudia et quanta inferni supplicia, etiamsi in craticula lento igne comburremur, craticulam, sicut Laurentius, tamquam lectulum floridum arbitraremur. Deinde craticula, qua Laurentio extitit lectus quietis et dulcedinis, *fuit ei etiam thronus glorie et honoris.*

## III PARS.

*Craticula fuit sancto Laurentio thronus glorie et honoris.*

Laurentium, quem multi reverebantur, dedecorare et quasi amihilare statuerat Decius imperator; e converso mirabilis Dei providentia contigit, ut invictus ille martyr in craticula non dedecet et ignominiam, potius famam, gloriam et honorem invenerit. Craticula enim fuit ei thronus glorie et honoris, quia in craticula positus magnam sibi gloriam conciliavit 1. in urbe Roma; 2. in toto terrarum orbe; 3. in celo.

1. Antequam in craticula ureretur sanctus Laurentius, magno in honore habebatur in urbe Roma propter Leviticum ministerium quo digne fungebatur, propter bona Ecclesie quae fideliter pauperibus distribuebat et propter crebra miracula quae operabatur; in craticula autem patiens, majorem sibi in urbe Roma gloriam comparavit, quia in craticula, velut in throno

majestatis rutilans, *triumphavit* de imperatore tyranno, cuius supplicis fleti nequivit; *triumphavit* de tortoribus, quibus insultavit; *triumphavit* de suppliciis, que parvipendit; *triumphavit* de igne elementari, quem interno amoris sui igne vicit. Et ideo Romani demirantes eximos Laurentii in craticula assati, triumphos, majori eum honore prosecuti sunt, ipsumque et craticulum, que triumphorum ejus instrumentum fuit in eternum venerabuntur: *in honorem transierunt triumphi etiam instrumenta supplicii* (S. Leo ser. de S. Laur.). Die fere integra Laurentium supra craticulam remansisse consent nonnulli autores: huncque diem sanctus Augustinus *triumphalem diem* (ser. 7 de divers.) appellat, quia hac die in craticula, velut in throno existens, gloriosissimos retulit triumphos, quibus urbem Romanam plurimum decoravit et ad majorem sibi honorem impendendum induxit. Laurentius in craticula triumphis suis Romanam, totumque Romanum imperium decoravit et illustravit; unde a Ruperto abate vocatur *decus Ronani imperii*, et ut asserit sanctus Leo summus Pontifex, sicut Stephanus Jerosolymam, ita Laurentius Romanam decoravit et gloriificavit: *tam illustris Roma Laurentio, quam clarissata est Jerosolyma Stephano*. Sicut autem Laurentius triumphis suis Romanam decoravit et illustravit, ita triumphis quos in craticula retulit, urbem Romanam ad sibi majorem honorem impendendum excitavit: etenim ab illa die, qua in craticula triumphavit Laurentius, eum urbs Roma summo in honore semper habuit, eumque usque ad mundi finem venerabitur. Si vero craticula fuit Laurentio thronus gloriae et honoris, quia in craticula patiens et moriens maximum in urbe Roma sibi honorum comparavit; craticula fuit ei etiam thronus gloriae et honoris, *quia in craticula patiens et moriens, maximam sibi in toto terrarum orbe gloriam conciliavit*.

2. Laurentius in craticula tanta fide, tanta patientia, tanta charitate, totique alias eminentissimis effusil virtutibus, ut mundum illuminaverit universum: *tanta ejus martyris gloria extitit, ut passione sua mundum plane illuminaverit universum* (S. Aug. ser. 30 de SS.). Si sol in eodem semper coeli

loco consisteret, unum tantum hemisphaerium, non totum orbem illuminaret; Laurentius autem in craticula tot virtutibus emicat, et in ea veluti in throno immobili permanens, non unum hemisphaerium, at universum terrarum orbem illuminaverit. Sicut autem Laurentius in craticula, totum terrarum orbem illuminat, ita et Laurentium in craticula, velut in throno glorie sua sedentem totus terrarum orbis veneratur. Ubique narrantur ejus virtutes, ubique praedicantur ejus miracula, ubique celebrantur ejus triumphi, et ut ait sanctus Maximus, *triumphum beati Laurentii totus ubique mundus consona devotione concelebrat* (hom. 1 de S. Laur.). Cum christianos persequebantur tyranni, pro eorum gloria decerbarunt; dum illos deprimeret et dedecorare contenderent, eos glorificaverunt, eosque gloriose, omnique honore dignos effecerunt: non illos vicerunt, imo provixerunt: *prozeugistis martyres, non viciistis* (S. Aug. ser. 8 de S. Laur.). Jamvero martyres nulos unquam tyrannus magis evexit, quam Decius; et inter martyres nullum magis quam Laurentium; cum enim illum in craticula assari praecepit, et thronum preparavit; quia in nobili illa craticula tamquam in gloria throno non solum a Romanis civibus, verum et ab omnibus fere terre habitabilis incolis honoratur. Ecquidom Roma, urbium regina, catholice caput Ecclesie, nobilitate Petro, illustrata Paulo, numerisque rutilantem et triumphantem demiratur et veneratur. Heu! quot in hujus sancti martyris honore Ecclesie in toto terrarum orbe edificatae! Quot sermones panegyrici in ejus honorem conscripti et recitati! Quot solemnia celebrata! Quot reges, quot principes, quoque summi Pontifices e thronis suis descendentes, ante sancti hujus martyris craticulam, ejusque alias reliquias se prostraverunt! Certe nunquam verbis explicare possemus, quantum sanctus hic Levita in craticula

existens in universo terrarum orbe assecutus sit gloriam. Itaque craticula fuit thronus glorie ejus, quia in illa as-  
satis, magnam in toto terrarum orbe sibi gloriam conciliavit; fuit etiam thronus glorie ejus, quia per eam *magnam sibi in celo gloriam comparavit.*

3. Martyres de tyrannis victores evadunt, cum pro Christi gloria mortem obeant: tunc vincant, cum occiduntur: *vincimus cum occidimur* (Tertull.). Discepiatio et pugna quedam initur martyrem inter et tyrannum; tyrannus a martyre exigit, ut virat, nequeo Christum; martyr vero ait: moriar, ne Christum negem. Ergo cum pro Christi gloria moriun-  
tur martyres, sua morte tyranos vincant et de iis gloriose triumphant: tunc tyranus confusione operiuntur, eo quod ob-  
tinere non potuerit quod obtinere expetebant. Si autem de tyrannia martyres victores evadunt, eis magna debetur in celi gloria, quam victoribus promisit, qui non mentitur Deus: *qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo* (Apoc. 3). Quantam ergo gloriam in celo sibi comparavit sanctus Lau-  
rentius! Quam gloriosam et pretiosam coronam in paradi-  
so obtinere meruit invictus ille martyr, in craticula cruciatus! *Quam gloriose et quanta multitudine, quantaque florū varietate distincta Laurentii martyris fulget corona!* (Aug. ser. 2 de S. Laurentio). Certe cum sanctus ille Levita in craticula extusus, praे ceteris omnibus martyribus fortius et generosius dimicasse ac gloriore de tyranno victorianum re-  
tulisse videatur, ita et majori gloria eum in celo fuisse dona-  
tum, nobiliorique corona eum redditum fuisse merito creditur. Fuit ergo craticula Laurentio, non solum cathedra predicatoris et lectus quietis, verum etiam thronus glorie et honoris. Contemplemur jam sanctissimum hunc martyrem in hac cathedra, in hoc lecto et in hoc throno: ac *ex ejus exemplis ali-*  
*quod ad profectum nostrum spiritualem emolumentum eliciere conemur.* Craticula ei fuit cathedra predicatoris: audiamus eum in hac cathedra concionantem, ac patientiam, constantiam, Deique amorem nos docentem. Audiamus eum, et quod inspirat perficientes, patienter, constanter et propter Deum tribulationes

quasque perforamus. Craticula fuit ei etiam lectus quietis propter Christum, cuius praesentia recreabatur, propter paradisi gloriam, quam contemplabatur et propter inferni ponam, a qua preservabatur. Heu! si in hoc mundo tribulationes patimur, imploramus auxilium Christi, qui nostros potest lenire dolores; coelestem contemplum gloriam, quam obtinebimus, si pro Christi amore patiamur: tormentorum inferni meditemur gravitatem, quam levibus et momentaneis tribulationibus pro Christo passis vitare valamus. Hec si serio perpendamus, ad-  
versa quaevis nobis suavia flent. Craticula tandem fuit Lau-  
rentio thronus glorie, quia in craticula patiens, magnam sibi in urbe Roma, in toto terrarum orbe et in celo gloriam compa-  
ravit; et nos dira quaeque cum Laurentio generose patiamur,  
et si non in hoc mundo, salem in celo magnum obtinebimus  
glorie pondus: pro momentaneis enim tribulatione, quam pro Dei amore patienter in praesenti vita sustinemus, dabit nobis Deus in celo aeternum glorie pondus. Amen.

## DE SANCTA CLARA

## CONCIO PRIMA.

*Quæ est ista?* (Cant. 8, 5).

Ut perfecte dignosci possit, quæ et qualis fuerit illustris illa virgo, cuius hodie festum celebramus, audiendus esset Seraphicus Pater sanctus Franciscus, qui apprime novit, quo duceretur spiritu, quibus decoraretur virtutibus, quibusque meritis et perfectionibus hec Christi sponsa polleret. Si jam, Deo sic volente, in hoc pulpite appareret et de sanctissima virginis Clara sermonem institueret vir illa Seraphicus, diceret haud dubie, eam fuisse virginem facie decoram, conditione nobilem, in omni pie-

existens in universo terrarum orbe assecutus sit gloriam. Itaque craticula fuit thronus glorie ejus, quia in illa as-  
satis, magnam in toto terrarum orbe sibi gloriam conciliavit; fuit etiam thronus glorie ejus, quia per eam *magnam sibi in celo gloriam comparavit.*

3. Martyres de tyrannis victores evadunt, cum pro Christi gloria mortem obeant: tunc vincant, cum occiduntur: *vincimus cum occidimur* (Tertull.). Discepiatio et pugna quedam initur martyrem inter et tyrannum; tyrannus a martyre exigit, ut virat, nequeo Christum; martyr vero ait: moriar, ne Christum negem. Ergo cum pro Christi gloria moriun-  
tur martyres, sua morte tyranos vincant et de iis gloriose triumphant: tunc tyranus confusione operiuntur, eo quod ob-  
tinere non potuerit quod obtinere expetebant. Si autem de tyrannia martyres victores evadunt, eis magna debetur in celi gloria, quam victoribus promisit, qui non mentitur Deus: *qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo* (Apoc. 3). Quantam ergo gloriam in celo sibi comparavit sanctus Lau-  
rentius! Quam gloriosam et pretiosam coronam in paradi-  
so obtinere meruit invictus ille martyr, in craticula cruciatus! *Quam gloriose et quanta multitudine, quantaque florū varietate distincta Laurentii martyris fulget corona!* (Aug. ser. 2 de S. Laurentio). Certe cum sanctus ille Levita in craticula extusus, praे ceteris omnibus martyribus fortius et generosius dimicasse ac gloriore de tyranno victorianum re-  
tulisse videatur, ita et majori gloria eum in celo fuisse dona-  
tum, nobiliorique corona eum redditum fuisse merito creditur. Fuit ergo craticula Laurentio, non solum cathedra predicatoris et lectus quietis, verum etiam thronus glorie et honoris. Contemplemur jam sanctissimum hunc martyrem in hac cathedra, in hoc lecto et in hoc throno: ac *ex ejus exemplis ali-*  
*quod ad profectum nostrum spiritualem emolumentum eliciere conemur.* Craticula ei fuit cathedra predicatoris: audiamus eum in hac cathedra concionantem, ac patientiam, constantiam, Deique amorem nos docentem. Audiamus eum, et quod inspirat perficientes, patienter, constanter et propter Deum tribulationes

quasque perforamus. Craticula fuit ei etiam lectus quietis propter Christum, cuius praesentia recreabatur, propter paradisi gloriam, quam contemplabatur et propter inferni ponam, a qua preservabatur. Heu! si in hoc mundo tribulationes patimur, imploramus auxilium Christi, qui nostros potest lenire dolores; coelestem contemplum gloriam, quam obtinebimus, si pro Christi amore patiamur: tormentorum inferni meditemur gravitatem, quam levibus et momentaneis tribulationibus pro Christo passis vitare valamus. Hec si serio perpendamus, ad-  
versa quaevis nobis suavia flent. Craticula tandem fuit Lau-  
rentio thronus glorie, quia in craticula patiens, magnam sibi in urbe Roma, in toto terrarum orbe et in celo gloriam compa-  
ravit; et nos dira quaeque cum Laurentio generose patiamur,  
et si non in hoc mundo, salem in celo magnum obtinebimus  
glorie pondus: pro momentaneis enim tribulatione, quam pro Dei amore patienter in praesenti vita sustinemus, dabit nobis Deus in celo aeternum glorie pondus. Amen.

## DE SANCTA CLARA

## CONCIO PRIMA.

*Quæ est ista?* (Cant. 8, 5).

Ut perfecte dignosci possit, quæ et qualis fuerit illustris illa virgo, cuius hodie festum celebramus, audiendus esset Seraphicus Pater sanctus Franciscus, qui apprime novit, quo duceretur spiritu, quibus decoraretur virtutibus, quibusque meritis et perfectionibus hec Christi sponsa polleret. Si jam, Deo sic volente, in hoc pulpite appareret et de sanctissima virginis Clara sermonem institueret vir illa Seraphicus, diceret haud dubie, eam fuisse virginem facie decoram, conditione nobilem, in omni pie-

tate recte institutam et inumeris virtutibus ornatam. Diceret etiam; eam fuisse divinitatis solium, lucis aeternae filiam, neonam novum quoddam sicut sanctitate undique rutilans et mirabilis plurimis undique cornescans. Crediderim tandem, quod si Franciscum de spirituali sua filia Clara disserentem audiremus, miranda ejus opera ita propalaret et eminentem ejus perfectionem ita extolleret, ut omnes auditores in admirationem raperentur et ad venerationem tam pia, tam humilis et tam pura Christi sponsae mirum in modum adducerentur. O utinam beatissima virginis Clara orator nunc adesset, qui olim in perfectionis via sanctissimum illius patrem spiritualis extitit! Quia tamen hanc a Deo gratiam expectare vana foret presumptione, sacram illam Virginem pro modo nostro laudare pertemnemus et ex inumeris propemodum perfectionibus, quibus praefulsit, aliquas attingamus, sedulo inquirentes, que et qualis illa fuerit: *que est ista? Ave.*

Beata Clara, cujus orationem panegyricam suscipimus, dum in hoc visibili mundo versaretur, fuit filia, pauper et virgo. Natura eam fecit filiam: professio, quam amplexata est, eam pauperem efficit; puritas eximia, qua polluit, eam virginum collegio adscripti. Qui audient, eam fuisse filiam, credent forte quod infirma fuerit et debilis; qui scient, eam fuisse pauperem, existimabunt laud dubie, quod omni honorum genere spoliata fuerit; qui eam fuisse virginem addiscant, censemunt forsitan, quod penitus sterilis fuerit omnique progenie caruerit. Jamvero toto celo errarent, qui talia de sancta Clara efformarent iudicia. Verum quidem eam fuisse filiam, pauperem et virginem; tamen *etsi filia*, mirabili generositate floruit: *etsi pauper*, inestabilibus itidem divitiis abundavit: *etsi virgo*, virginitas ejus nobili et sancta fecunditate fuit illustrata. Igitur ad beatam Clarę gloriam dicamus, quod fuerit filia, pauper et virgo. Fait 1. *filia et generosissima*; 2. *pauper et diuissa*; 3. *virgo et fecundissima*. Ecce que fuerit sancta Clara: *que est ista?*

## I PARS.

*Sancta Clara fuit filia generosissima.*

Filia generosa, rara est avis in terris. Unde vix talem aliquam inventari posse censebat Salomon: *mulierem fortem quis inventiet?* Illa tamen virgo, que nobis hodie colenda proponitur, vere filiam fortissimam se ostendit contra parentes, contra infideles et contra Deum: 1. *contra parentes*, qui vocationi ejus adversantur; 2. *contra infideles*, qui monasterium ejus invadere conantur; 3. *contra Deum*, qui virtutem ejus variis adversitatibus probat.

1. Clara, vel in ipso adolescentie flore, in domo patris sui sedebat solitaria; ibi delicatum corpusculum diro afflictabat cito ibi ad pauperes libenter manus extendebat; ibique jejuniis, orationibus, aliisque penitentiae et pietatis operibus indesinenter vacabat. Major etate effecta, afflante Sancto Spiritu, in alium ducera, et altiora virtutis et perfectionis fundamenta jacere cogitavit. Cumque Seraphico Patri, quem in vita spirituali ducem sibi elegerat, sacrum hoc cordis sui desiderium sincero aperiret, ex ejus consilio, ipsa die Palmarum, domo, civitate et consanguineis derelictis, ad conventum sancte Marie de Portuncula cum honesta societate properavit. Ibi abrasi crinibus, abiectis pretiosis vestibus, depositisque variis capitis sui ornamentis, vili se sacco induit, rudi se cinxit fune, vele contemptibili caput operuit; et mundo totaliter valedicens se totam Christi Domini obsequio consecravit. Tam novi, tamque ardui et animosi fanicior rumor ad Clarę consanguineos pervenit, qui cum nil simile unquam vidissent, hoc ad totius famulis opprobrium verti crediderunt; idcirco hoc sanctae virginis propositum damnantes, blanditiis, promissis, minis, aliisque variis modis eam a proposito deterrere et ad paternam domum reducere coacti sunt; frustra tamen: etenim Clara fuit filia generosissima, *quae parentibus fortiter restituit et constanter* (Alexand. IV.

*in Bulla canoniz.*) Sciebat virgo sacra, dixisse Christum: *si quis venit ad me, et non odit patrem suum, et matrem, et uxorem, non potest meus esse discipulus* (Luc. 11). Profecto tanta ejus exsita fortitudo, ut Deo ipsam ad solitudinem et ad religionem vocanti humiliter obtemperaverit, parentibus vero ipsam blanditiis, promissis et minis ad sacrularia redire impellentibus, fortiter et constanter restiterit. O magnum Clares generositas! Ecce filiam non solum generosissimam adversus parentes, qui vocatione ejus adversantur: *verum etiam adversus infideles, qui monasterium ejus incaderent* conantur.

2. Gravis tempore sancta Clara, adversus Ecclesiam excitata est tempestas sub Friderico II imperatore, qui Saracenis, aliisque infidelibus, volut malitia, tyrannidisque sue ministris utebatur. Terribilis ergo imperatoris iussu in Italianum venit horum infideliuum exercitus, qui varias urbes sibi obvias diruit, vastavit, et solo sequavit; eademque sors haud dubie attigisset urbem Assisiatem, nisi beata Clara iis fortissime obstisset; hinc feliciter accedit, ut cum infensissimi hi reipublica christiana hostes ad urbem Assisium invadendum proponerent, occurserit eis non longe ab urbe monasterium sanctae Clare, inter cujus claustrum, omne nefas patrare cupientes, magno cum impetu irruperunt. Virginum autem ibi reclusarum tunc frigidus tremor occupavit artus; tunc formidine tremuerunt omnes, una excepta virginis Clara, qua impavido corde, se infirmitate detentam ad claustrum januam, precedente eam capsa, qua sacra-tissimum Christi corpus servabatur, duci jubet; ibique solo Christi Domini auxilio freta, hostes illos pessimos aggreditur, solaque sua presentia et paucis verbis colesti impetu prolati, impudentes illos canes et claustro ejicit, tartareumque hunc exercitum totaliter deturabat et procul ab Assisi pellit. Mili videre video sanctam virginem Claram ad claustrum januam, in conspectu effrenatorum illorum militum stantem et sacram paropidem dextra tenentem. Tunc minime confunditur, dum loquitur inimicis suis in porta; tunc sancte afflata et roborata Spiritu, eos generose affat, dicens: *venite, properate omnes, arma sumite, vibrare tela et adunatis viribus in me omnes ir-*

ruite. Quantumvis enim formidabilis sit vester exercitus, nullatenus timebo; ego semper sperabo in Deo meo, quem pre manibus teneo; *si exurgat adversum me praelium, in hoc ego sperabo* (Psal. 26). Insurgent adversum me castra vestra, nullum mihi timorem invenient: *si consistant adversum me castra, non timebit cor meum* (Ibid.). Miramini generositatem sancte Clares, qua ipso tempore, quo a Saracenorū facie omnis fugit Italia, hac iis sess obviam offert; timent alii et ipsa eos aggreditur; vincuntur alii, et ipsa, solo Christi fulga presidio, eos vincit et in fugam convertit. Unde de Clara dicendum, quod Saracenis non solum fuerit *terribilis, ut castrorum acies ordinata*, verum etiam plus quam variae castrorum acies ordinante; nullo modo enim ei terrorē incessanter Italorum exercitus; Clara iis exercitibus terribilior eos et claustro ejicit et in fugam convertit. Clara ergo filia fortitudine prestat adversus illos infideles, qui eam persequuntur: *et est etiam filia generosa contra Deum, qui virtutem ejus variis adversitatibus probat*.

3. Amicos suos Deus morbis, aliquaque adversitatibus probare solet. Sic olim fidem probavit Abramum, cum precipit ei, ut unicum sibi immolaret filium; sic patientissimum probavit Jobum, cum eum divitias spoliavit. Orbavit filis et gravissimis morbis afflictit; sic tribulationibus multis charissimam matrem Virginem Mariam, apostolos, martyres, aliosque sanctos probare voluit. Et praecipue beatam virginem Claram, qua continuo morbo, vel potius variae morbis sibi in vicem succedentibus toto viginti octo annorum tempore afflita et probata fuit. Itaque illustris illa virgo, inter infirmitates quibus gravabatur, fortis et generosa perstitti contra Deum; nam illas sustinuit non solum sine murmure et querimonia, verum et magna cum complacientia, laudata et benedicens Deum, a quo affligebatur. Deum sacra Scriptura exhibet sagittis armatum, quibus homines ferit et que ab ejus manu ad homines transeunt: *sagittæ tuæ transeunt* (Psal. 76). Haec sagittæ ad omnes penitus homines transeunt, quia Deus omnes homines percutit, affigit et sagittis tribulationum ita ferit, ut nonnunquam ab iis dejiciantur.

tur, et sub Dei manu cadant: *sagittæ tuæ acute, populi sub te cedant.* At sancta Clara non cecidit sub manu Dei, nec per ejus sagittas dejecta fuit. Verum est, quod viginti octo annis integris Deus in illam diras sagittas vibraverit, quoniam toto hoc tempore eam Deus varii infirmitatibus probavit. Ipsa tamen ut filia generosissima contra Dominum, immisssæ a Deo sagittas et graves quoque morbos constanter et æquo animo pertulit. Sagittabat illam Deus, variisque morbis illam affligebat, ipsa vero magis et magis confortabat et percutientem Dei manum fortiter sustinebat. Ecce filiam vere fortem et generosam. *Ad hanc Clara fuit etiam simul pauper et ditissima.*

## II PARS.

*Sancta Clara fuit pauper et ditissima.*

Pauupertatem summopere dilexit beata Clara; piacula haec pauperrimi Francisci discipula, a Deo vocata ut pauperum seminarium fieret mater et primiceria, altioris pauupertatis exemplarum et speculorum esse voluit; et ideo in vicina, vestitu, adiutio, aliisque omnibus miranda evangelice pauerpatis exempla prebuit. Ast pauper illa sanctimonialis, quæ terrena omnia abdicaverat, ditissima fuit, quia habuit omnia terra bona, omnes virtutis divitias et omnes coli thesauros. Habuit, 1. *omnia terre bona sub pedibus;* 2. *omnes virtutis divitias in anima;* 3. *omnes coli thesauros in possessione sua.* Ex hominibus alii possidentur a divitis et alii divitias possident. A divitis possidentur avari, et ideo vocantur *viri divitiarum* (Ps. 75, 6), scilicet viri sub divitiarum dominio viventes. Divitiarum et contra domini censentur, qui eas abdicant, relinquent et quasi pedibus calcant. Sancta autem virgo Clara omnium hujus mundi honorum vere fuit domina: etenim a bonis temporalibus nequaquam possessa, bona temporalia ipsa possedit; tuncque ea perfecte possedit, cum ea contempsit, reliquit et pedibus cal-

cavit. Unde siue de Jobo dicitur, quod divitiarum non erat *fanulus, sed dominus* (Chrysost. hom. 22 in Matt.), ita et de Clara dicendum, quod bonorum temporalium non fuerit ancilla, sed domina, quia temporalia omnia contempset et abdicavit, *solumque Iesum Christum in hoc mundo habere voluit.* Israëlitæ dixit Deus, eos fore dominos non bonorum quæ in corde, vel in arca haberent, at eorum quæ pedibus calcarent: *omnis locus, quem calcaverit pes vester, vester erit* (Deut. 12, 24). In que verba ait Pater Seraphicus: *calcare est contemnere; paupertas omnia calcat, ergo est omnium regina* (Opusc. I). O quam excelsa haec Christi philosophia! O quam pancy illam percipiunt! Totus enim mundus plenus habetur viris et servis divitiarum, qui earam subjiciuntur domino, qui eas nimis diligunt et nimis cum affectu inquirunt. Itaque beata Clara temporalium omnium bonorum fuit domina, quia ea maxime despexit, pedibus conculeavit et totaliter reliquit, *solumque Iesum Christum in hoc mundo habere voluit.* Clara ergo fuit ditissima, quoniam terrena omnia habuit sub pedibus: ac etiam quia omnes virtutis divitias habuit in anima.

2. Divitiae hominum seculi sunt aurum et argentum, illique soli divites aestimantur, qui magnam horum metallorum copiam possident. Apud Deum vero divitiae sunt virtutes, iisque soli divites habentur, qui christianis virtutibus fulgent: *solum illum Deus divitem novit, qui non opum, sed virtutum fructus recondat* (Ambr. I, 2, ep. 4). O homines! si divites esse cupitis, istas divitias amate: ne diligatis imaginarias illas divitias, que cum labore acquiruntur, cum timore conservantur et cum merore amittuntur; veras virtutis divitias concepsite, atque ad eas assequendas pro viribus contendite instar sancte Clares, quæ virtutibus dives fuit, magnisque virtutum thesauros possedit. Clara, inquit Alexander IV, fuit humilitatis vasculum, armarium castitatis, charitatis ardor, dulcor benignitatis, patientie robur, nexus pacis, mitis in verbo, lenis in facto, et in omnibus amabilis et accepta. Hispido panno et aspero cilicio utebatur, vigilis et orationibus assidue vacabat; adeo

abstinentiae et jejuniis erat addita, ut longo tempore tribus eujuslibet hebdomadis diebus videlicet secunda, quarta et sexta feria nullum penitus cibum sumeret: ac tandem, inquit summus Pontifex, *Clara fuit secunda quedam parentis virtutum.* O filiam vere virtutibus divitiae! Clara, ait prefatus Pontifex, *fuit alium sanctitatis candelabrum, clementer in tabernaculo Dei rutilans.* Sic ut enim in Salomonis templo aureum erat candelabrum, in quo variae lampades accense, magnumque fulgorem emittentes videbantur, ita Clara, que erat candelabrum aureum ratione charitatis qua ardebat, innumeris virtutibus tamquam tot luminibus, fulsi in templo Dei. *Hec,* inquit idem Pontifex, *fuit pauperum principeria, ducissa humilium, magistra continentium, ponitentium abbissa, aliarumque virtutum magnam copiam habuit.* Clara ergo ditissima iure censeatur cum omnes virtutis divitias possederit in anima sua; pariterque etiam ditissima prædicatur, *quia omnes celi thesauros habuit in possessione sua.*

3. *Prestiosi, immensi et infiniti sunt thesauri regni coelestis; nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendet, quales et quanti sint hi thesauri; eos laudare possumus, ambiare possumus, acquirere possumus, at mente eos capere non possumus.* Tales tamen thesauri, qui tanti sunt, ut eorum naturam et magnitudinem percipere non valeamus, paupertate voluntaria acquiruntur et ad evangeliacos pauperes attinet: *beati pauperes spiritu,* inquit Salvator, *quoniam ipsorum est regnum celorum* (Matth. 5 et Luc. 6). Quo, quaso, titulo ad pauperes attinet regnum colorum? Titulo emptionis, quia scilicet illud emerunt pauperes spiritu, cum sua omnia temporalia pro Dei amore dederint et reliquerint: *pauperum est regnum celorum,* inquit Hugo Cardinalis, *titulo emptionis ex pretio iam soluta.* Regni colorum pretium statuit Christus, dicens: *omnis qui reliquerit dominum aut fratrem... propter me centuplum accipiet et vitam eternam possidebil.* Cum ergo pauperes spiritu pro emptione regni coelestis justum et indictum pretium solverint: cum omnia sua pro Dei amore reliquerint, eo ipso quo ea reliquerint, effecti sunt regni colorum domini.

O homines duræ cervicis et tardii corde! ut quid vilia, contemptibilia et fallacia mundi bona non derelinquistis, ut eorum abdicatione regnum colorum emere valeatis? Ut quid divitias vestras in elemosynas non erogatis, ut colestes thesauros obtineatis? Vobis certe sapientior fuit illustris virgo Clara, que ineffabiles et pretiosissimos celi thesauros oblinuit, quia paternam domum, terrenam hæreditatem, et quidquid in hoc mundo habuit, pro Dei amore reliquit. Hoc prelio coli thesauros emit, et regni colorum est adepta possessioem; ipsius enim, sicut et aliorum, qui evangelicam paupertatem sectantur, est regnum colorum iure et titulo voluntarie paupertatis: *ipsorum est enim regnum colorum jure et merito paupertatis* (S. Bern. ep. 208). Ecce Claram, que licet omnia sua penitus abdicavit, nec quidquam proprium pro se, vel pro suo monasterio habere voluerit, apud Deum tamen ditissima extitit. Ergo sancta Clara fuit simul pauper et ditissima; *fuit etiam virgo simul et fecundissima.*

## III PARS.

*Sancta Clara fuit virgo et fecundissima.*

Novo et stupendo miraculo factum est, ut Maria simul Virgo purissima et Mater fecundissima fuerit; *gaudia matris habens cum virginitali honore* (S. Bern. sup. missus). Mirandum hoc privilegium soli quidem Dei Genitrici Marie datum est; quid tamen simile video in beata Clara, quam virginem purissimam fuisse fatentur omnes; que, quidem virgo fuit etiam fecundissima, quia genuit filias, angelos et virginem. Genuit 1. *filias religionis;* 2. *angelos Deo;* 3. *virgines paradiso.*

1. Antequam mundo valediceret et Christo se penitus consecraret beata Clara, paucæ in Ecclesia Dei florebant filiarum monasteria; tunc enim de religione, sicut de Sara dici poterat, quod esset sterilis, aut quod esset quasi terra deserta, invia et inaquosa, in qua paucissimæ inveniebantur filiae. Jamvero eo

ipso, quo beata Clara intra monasterii septa novum et sanctum vite spiritualis institutum suscepit, tanta virtus ejus undique innovuit fama, ut ex omnibus Italiae partibus festinarent filie, quæ, ejus exemplo, virginitatem suam Christo vovebant, vitamque religiosam simul cum virgine Clara profitebantur. Exinde intra breve tempus tot hujusmodi germina Christo et religioni exemplis, precibus et verbis suis Clara peperit, ut in ea impletum fuisse videatur propheticum illud oraculum: *multi filii deserter magis quam eus quæ habet virum* (Isa. 54). Hæc etenim innumeræ cujusvis conditionis filias religioni peperit et ad suspicendam vitam monasticam allexit. Intra pauperis monasterii muros clausa latebat virgo Clara; tamen vita et virtutum ejus splendor extra clausa prodiit, et longe, lateque diffusus est. Itaque vita ejus sanctitate et instituti novitate in omnes Ecclesiastici orbis partes subito respersa, in oculorum virtutum ejus undeque innumeræ ad eam filie advo-  
larent. Currebant ducisse, festinabant marchionissæ, volabant omnis atatis et conditionis virgines; quarum aliae palatia sua in monasteria mutabant; aliae omnia sua bona ad novas tum in urbibus, tum in campestribus sedificandas instituti sancte Claræ domos libenter ariegebantur; aliae quam plurimæ in sacris illis dominis habitabant. Ex quo effectum, ut beata Clara evaserit virgo fecunda, quæ innumeræ Christo et religioni filias peperit, et quæ usq[ue] ad mundi finem parore non desinet. Nonne ideo Clara fuit virgo fecundissima, quæ innumeræ reli-  
gionis filias genuit? item dicenda virgo fecundissima, quæ angelos Deo peperit.

2. Si sancto Ambrosio fidem adhibeamus, qui virginitatem servanti puritate sua angelos imitantur totque habentur angelii in terris, quot virgines, quæ angelicam puritatem sectantur. *In Virginibus sacra vitam angelorum videmus*, inquit Ambrosius (*de instit. virg.*, 7). Et, ut asserit Tertullianus, virgines ob vitæ candorem et puritatem, familiæ adscribuntur angelorum: *de familiâ angelica deputantur* (*libr. de uxor.*). Apostoli, prout apostoli, martyres et confessores, prout confessores, haud censentur de angelorum familia; hoc ad solas virgines attinet; hoc sin-

gulare earum est privilegium: ideo cum ex hoc mundo exirent, ab angelis tamquam angelii recipiuntur. Debent ergo insipi virgines sacre, tamquam angeli terrestres et qui verbis vel exemplis alios ad virginitatem servandam inducent, sunt quasi genitores angelorum, seu virginum, quæ puritate sua angelos annuntiantur. Sicut enim per Evangelii predicationem fideles Christo pariebat D. Paulus: *per Evangelium ego vos genui*; ita et qui filias ad virginitatem Deo ovendant aliciunt, angelos Deo pariunt, quæ virgines puritate sua terrestres angeli sunt. O sanctam et nobilam progeniem! O mirabilem solem! O quam felices, qui Deo dicere possunt: Domine, verbis et exemplis meis hanc et illam virginem, seu hunc et illum terrestrem angelum tibi genui. O quam felicior beata Clara, quæ non unam dumtaxat, aut alteram, verum innumeræ virgines Deo peperit! O quam felicior hæc virgo fecundissima, quæ tot angelos Deo genuit, quot filias verbis et exemplis suis ad virginitatem servandam adduxit. Igitur Clara virgo fecundissima, utpote quæ angelos Deo peperit, fuit etiam virgo fecundissima, quia *virgines multas paradiso genuit*.

3. Post diluvium dixit Deus ad Noë et filios ejus: *crescite et multiplicamini et replete terram* (Gen. 7). Hæc verba, *replete terram*, non sine mysteriis dicta esse advertit D. Hieronymus, quia, inquit, sicut matrimonium terram hominibus, ita virginitas paradisum animabus puris et sanctis replet. *Nuptie terram replent, virginitas paradisum* (*ado. Jo. 1*). Unde qui alios ad virginitatem servandam aliciunt, efficiuntur quasi pīs et secundæ matres, quæ virgines colo pariunt et cœlum virginibus replent. O sanctissima virgo Clara, ausus dicere, quod multum tibi debeat paradiſus, quoniam innumeræ illi virgines peperisti, illumque sacris virginibus replesti. Antequam virginum collegia institueris, paucas cœlum possidebat virgines, paucæ ibi erant, quæ virginitatem ex voto servassent; ex quo autem tot virginitatem sacraria instituti, paradisum virginibus replesti. Hen si paradiſi intima mentibus nostris lustrare possemus, quot ibi ex illustrissimo sanctæ Clari Ordine virgines miraremur! Ibi sane Agnetem, ibi Coletam, ibi Elisabetham,

ibi Ludovicam, ibi Catharinam Bononiensem et innumerias alias hujus instituti virgines videremus, ac diceremus: *o quam pulchra est casta generalis cum claritate!* (Sap. 4). O quam pulchra! et præclaræ virgines ille, quas Clara mirabilibus suis exemplis et ignitis suis sermonibus paradiso peperit! Videtis ergo, quæ fuerit sanctissima virgo Clara: *quæ est ista?* fuit enim filia generosissima, quæ de consanguineis, de infidelibus et de dæmonie triumphavit; fuit pauper ditissima, quæ habuit omnia terre bona sub pedibus, omnes virtutis divitias in anima et omnes coeli thesauros in corde. Fuit tandem virgo fecundissima, quæ gennit filias religioni, angelos Deo, virgines paradiso. Ecce quæ fuerit sancta virgo Clara. Modo jam inquirere vellem, qui sint hi qui me audierunt explicantem, quæ fuerit beata haec virgo? Dicte, quasso, quæ estis vos? Non quero, an sitis religiosi, clerici, causidici, vel mercatores; quero, qui estis vos in vita christiana et spirituali? Quero, an sitis justi, vel peccatores? Crediderim multos ibi adstans viros justos et piros; verumtamen heu! quot ibi peccatores! Quot Dei inimici! Quot reprobi! Heu! si omnium ibi adstantium corda seruiti fieret, quot inuidiae motus, quot vindictæ desideria, quot luxuriae incendia, quoque omnis generis abominationis ibi videbemus! In templo mihi videbat Ezechiel (8), nisi abominationes magnas, maiores et pessimas; quoconque se vertebat abominationes in templo cernebat. O fratres dilectissimi, a Deo facti vitam accepistis, ut ejus templum essetis; *Temptum Dei estis vos* (2 Cor.). Heu! si templi huius altare intueri fas esset, si cordium vestrorum intima penetrare licet: quid ibi videremus, nisi peccata magna et abominationes pessimas? Jamvero, quod jam videre non licet, in tremendo Dei iudicio videre licet: tunc Deus revelabit peccata in intimis cordium vestrorum penetralibus abscondita; tunc enormia et horrenda illa peccata in cordibus vestris latenta omnibus pateteficit: *tunc illuminabit abscondita tenebrarum et manifestabit consilia cordium* (1 Cor. 4). O qualis tunc peccatoribus erit confusio, cum secretiora eorum peccata omnibus nota fient! o quam melius foret in hac vita peccata per penitentiam delere, quam tales

confusionem coram Christi judicantis tribunali perpeti! O peccator, has de corde tuo abominationes tolle: lava animam tuam ab omni inquinamento peccati. Et si in omnibus beatam Claram imitari nequeas, esto saltem generosus in suscipiendo his que salutis tue sunt: fias dives virtutibus illis, quæ ad animæ salutem requiruntur et te secundum exhibe in edendis bonorum operum fructibus, quibus æternam beatitudinem assequi possis. Amen.

## CONCIO SECUNDA.

*Palme in manibus eorum* (Apoc. 7, 9).

Cum ipsa constet experientia, oculorum aciem a nimio luminis fulgore obtundi, illosque excitare feriri, qui objectum preludium fixa palpebra contemplantur, quomodo mihi fas erit intueri et contemplari sanctissimam virginem Claram, quæ in hoc mundo tamquam novum sidus emicuit et quæ humilitate, abstinentia, charitate, innumerisque alijs virtutibus, velut tot micantibus radiis, universum orbem Ecclesiasticum mirabiliter illustravit? Meam quidem hanc in parte fateor infirmitatem et sincere confiteor, quod cum ad illam Christi sponsam mentis mea oculos converto, ut ejus intueri virtutes, merita contempler et demirer miracula, quædam mihi subito adventi cæcitas similis cæcitatibus Doctoris gentium, qui, licet lumine circundaret apertis oculis nihil videbat: *circumfultis eum lux et calo, apertisque oculis nihil videbat* (Act. 9). Clara mater, partu proxima, coram Christi crucifixi imagine pro felici parturitione orans, a summo celo venientem audivit vocem, dicentem: *ne paveas mulier, quia quoddam lumen salvo parturies, quod totum mundum illustrabit*. Tantum sane lumen extitit beata Clara, illiusque virtutes et perfections ita eminenter

luxere, ut illam fixa palpebra contemplari et de illis meritis debite disserere nequeat infirmus orator. Propterea, missis immensis prodigiis, que in sacra hac virginie quisque adnotare et admirari potest, illam solum proponam ut triumphantem et palmas manu gestantem; *palmæ in manibus eorum. Ave.*

Non caret mysterio, quod beatæ Clara ipsa die palmarum sumpta prius palma e manu summi Pontificis, novum et perfectius vivandi genus suscepit. Sicut enim dies palmarum fuit triumphalis Christi dies, ita et hæc ipsa die beatæ Clara, in signum futuri sui triumphi palman accipere voluit: *Clara palmam in manibus ponit*, inquit sanctus Antonius, *quasi quodam presagio future victoriae* (3 p. ut. 4, c. 6). Videamus sanctam Claram, palman manu gestantem: consideremus gloriosos, quos retulit triumphos; perpendamus, quomodo triumphaverit de mundo, de seipsa et de natura. Clara 1. triumphavit de mundo, omnem ejus gloriam contemnendo; 2. triumphavit de seipsa, corpus suum domando; 3. triumphavit de natura, miracula multa operando. Ecce tres beatæ Clares virginis triumphos et tres hujus concionis partes.

## I PARS.

*Beata Clara triumphavit de mundo.*

Clara toto vita sua tempore de mundo triumphavit, quia ejus divitias, delicias et gloriam semper contempnit et pro nihil habuit. Hodie vero ipsius de mundo triumphos inquiro et perpendo in hac solim supra modum landabili, necnon illis temporibus nova et portentosa actione, qua, relictis domo, parentibus et omnibus bonis suis, sumpto vili sacco, abrasis crinibus, in arctum monasterium secedit. In qua quidem actione de mundo triumphat 1. relinquendo domum et parentes; 2. mutando vestimenta; 3. radendo crines.

1. Sanctus Franciscus, qui de mundo gloriose triumphaverat, sanctam virginem Claram de eo triumphare docuit. Sicut Abras-

ham dixit Deus: *egredere de cognitione tua et de domo patris tui, faciamque te in gentem magnam* (Gen. 12), ita Franciscus spiritu propheticō agnoscens, quod beatam Claram genti magna praeficeret et multarum virginum matrem efficere Deus statuisset, ut eam ad tale Dei propositum dignæ adimplendum disponeret, voluit, ut hæc virgo sacra prius de mundo triumpharet per omnitudinem domus, parentum et omnium temporalium abdicationem. Ecce primam preceptionem, en primum documentum, quod virginis Clara Franciscus tradidit. Mihi audi video Patrem Seraphicum clienti et discipulis sue Clares sic ex parte Dei loquentem: o Clara, Deo simul et mundo placere non potes; si enim mundo placere satagit, Deo placere noquis. Igitur, ut Deo placeas, utique te totam ejus obsequio mancipes, mundo et parentibus valdecas necessus es: *audi, ergo, filia, et vide et inclina aurem tuam, et obliuiscere populum tuum, et domum patris tui, et concupisces rex deorem tuum* (Psal. 44). Sic Claram affatus Pater Seraphicus, nisi ejus consilii obtemperans, mundum relinquere protinus statuit; et ut gloriatus de mundo triumpharet, ipsa Dominica palmarum, in qua coram summo Pontifice, tota Curia Romana, omnibusque urbis Assistii incolis ornata ut similitudo templi apparuerat, domum, consanguineos, totumque mundum dereliquit, ut Christo se totaliter consecraret. O quam gloriosus est ille Clara de mundo triumphus! quam gloriose etiam de mundo triumphavit sacra hæc Virgo, cum vestimenta mutavit, seu *cum depositis pretiosis indumentis, vili sacco corpus suum operauit*.

2. Praeclaras et pretiosas indui vestibus naturaliter ambiant mulieres; ut enim loquitur sanctus Chrysostomus, *est genus mulierum se ornandi studiosum* (ho. 1 in ep. ad Ephes.). Multæ de corporis ornatum plurimum sollicite, de ornatu vero et munditia animæ parum curant; plurimas reperiunt est, que novo semper et vano quodam corporis ornamento superbiam suam excolare, hominumque amorem sibi conciliare conantur. Deo autem placere nullo modo student. Non advertunt, exquisitum et superfluum hunc ornatum, multorum fieri causam

peccatorum: non prævident, quod in formidando extremi iudicii die Deus acriter arguet superbas has mulieres, que non alendis pauperibus, at emendis pretiosis et superfluis corporum suorum ornamenti divitias consumperunt. Beata Clara his sapientior et sanctior multieribus pretiosa queque abjectis vestimentis, splendidum omnem mundi ornatum pro Christi amore contempsit; Atque ut gloriösus de mundo et pomps ejus triumpharet, vili se saccō induit et rudi chorda corpus suum accinxit. Iob, vir sanctissimus, vestimento ita vili et daro indui conseruerat; ut non tam vestis, quam saceus carni ejus assutus videretur: *saccum consu super cutem meam et operū cinere carnem meam* (Job. 16). Jobum, virum utique sanctissimum, hac in parte imitatur sancta Clara; abjectis equin vestibus illis, quibus anteas utebatur; ut hodie perfectum de mundo triumphum ageret, vili et subcinericio se induit sacco, quo solo vestimenti genere per totum vitę curriculum induita est, ita ut hunc saccum cum carne sua consuisse videretur. O quam gloriösus ille beate virginis Clari de mundo triumphus! Postremo de mundo etiam triumphat proprios radendo crines.

3. Vult quidem apostolus, quod mulieres comam nutrient, ut scilicet ex caput contingant: non autem ut ei excolenda et elaboranda nimio studio incumbant. Cum enim mulieres nimia sollicitudine crines componere satagunt, magnum temporis jaeturam faciunt, laqueos ad capiendo juvenes contextunt, daemoni tentatori arma adversus scipias offerunt et, ut ait sanctus Cyprianus, capilos in inferno flammœs sibi fore pressagiant. *Sacrilego contemptu crines tuos inficias, male presagio futurorum, capilos jam tibi flammœs auspicaris (de discip. et hab. mulier.).* Haec omnia probe noverat beata Clara; ideo a vana et nimia hac crines excolendi cura semper alienam se servavit, atque ut gloriösus de mundo triumpharet, novo ac insolito pietatis affectu, crines suis licet pulcherrimos penitus derasit, capiens ex his quasi funes aereos componere, quibus mundum devinciret et sub suo imperio quasi ligatum detineret. Cum olim Lucilius e magna maris tempestate salvus evassisset, nil aliud habens diis suis offerendum, quam proprios capillos,

illos protinus rasit, illosque in sacrificium et gratiarum actionem iis obtulit. Sic cum beata Clara e naufrago hujus mundi pelago salva evasit, parentes, amicos et omnia temporalia reliquit; deinde cum soli ei superessent crines, eos generose derasit, *tum ut eos Deo offerret, tum ut inde manifestaret, se mundum, omnemque ejus pompam pro nihilo habere.* Unde coram consanguineis a sancto proposito eam avertire conantibus, illamque ad propria reducere molientibus, ipsa attusum denudavit caput, criniumque incisuram detexit, quasi eis diceret: totum mundum et omnem ejus ornatum ita contemno, ut nihil ejus, ne quidem crines meos servare et retinere voluerim. Ecce virginem de mundo vero triumphantem; ecce virginem quæ meretur palmarum. *Ipsi autem etiam tribuenda palma, quia de seipsa triumphavit.*

## II PARS.

*Beata Clara triumphavit de seipsa.*

De corporibus nostris tunc vere triumphamus cum sanctis mortificationibus illa spiritu et Deo subjecimus, cumque inordinatos eorum motus per actioris penitentia opera comprimimus et ad divinae legis prescriptum regulamus. Et hic fuit modus, quo beata virgo Clara de carne sua triumphavit; variis enim mortificationum operibus corpus suum attrivit, affixit et legi spiritus subjicit. Ex quibus solum recensebo ejus jejunia, lectum, cilicium: 1. *jejunia*, quæ cerebra erant et austera; 2. *lectum*, qui durus erat et dirus; 3. *cilicium*, quod vile erat et hispidum.

1. Norunt omnes, corpus esse infensissimum animæ nostra hostem, qui adversus illam continue insurgit, quique eam ad illicita et Deo displicentia semper inclinare conatur. Hic est hostis domesticus, qui indesinenter saluti nostre insidiatur et de quo triumphare debemus, si salvari cupiamus: *caro est nobis hostis domesticus, inimicus gravis est nostri* (Ambr. in Psal.

118, serm. 11). Jejunia autem sunt arma aptiora ad triumphandum de hoc hoste; nam jejunia carnem affligimus, inordinatos ejus impetus comprimimus, ejusque rebellionem edomamus. *Jejunium omnem carnis rebellionem edomat* (Cypr. de *jejun. et tent. Chr.*, 2). His itaque armis de carne sua triumphavit beata Clara, cajus jejunis adeo crebra et austera extitere, ut longissimo tempore solo pane et aqua victitans, jejunaverit. Jejunia ejus erant ex iis, quae sanctus Hieronymus fortissima et durissima vocat: *fortissimum jejunium est panis et aqua* (ep. 2 ad *Nepot.*). Clara enim plurimis vite sue annis solis pane et aqua vesciebat; imo temporibus Adventus et Quadragesima diebus Luna, Mercurii et Veneris ab omni penitus abstinebat cibo, tamque extialia jejunia diutissime protraxisset, si episcopus Assisiensis et sanctus Franciscus non prohibuissent, præcipientes, ut singulis diebus, unam saltētum cum diuidam panis unciam in pastum sumeret. Sciebat Virgo sacra, quod *luxuriat raro non bene pasta caro*; ut ergo omnes corruptio carnis motus in se extingueret, utque de carne penitus triumpharet, arctissimis et portentosis eam jejunis cruciavit. Non solum jejunavit Clara sicut sanctissimus propheta Daniel, qui ut Deum adversus peccatores iratum placebat, toto trium hebdomadarum tempore ab omni carne et vino abstinuit, nec panem ad satietatem sumpsit: *panem desiderabilem non comedí, et caro et vinum non introijerunt in os meum* (10, 3); adhuc durioribus, arcuoribus, et pluribus jejunis sancta haec virgo carnem suam afflixit et spiritui subiecti. Non enim aliquibus solum hebdomadibus, verum diurno tempore solis pane et aqua vicitavit; insuper aliquibus hebdomada diebus, nec panem, nec aquam sumpsit, et erat neque manducans, neque bibens quousque a superioribus ei precepitum est, ut qualibet die unam saltētum et diuidiam panis unciam in cibum sumeret. Ecce virginem, quae de carne sua vere triumphat crebra et extialibus suis jejunis: et *etiam triumphat duritiae leeti, cui decumbit*.

2. Homo christianus corpori suo bellum indicere, illudque variis modis torquere, frenare et quasi interimerē debet. *Hoc*

*est opus vestrum in hac vita, actiones carnis spiritu mortificare, quotidie affligere, minuere, frenare, interimerē* (D. Aug.). Ecce magnum et continuum beatæ Clari opus, quo in hoc mundo solum vivere videbatur, ut corpus suum affligeret et cruciaret; illud enim arctissimum jejunis, fame, inedia, aliisque diris mortificationibus torquebat. Et si quandoqua aliquam ei requiem denegare non poterat, illud, pre lassitudine et debilitate cadens, non mollis lectus, sed nuda humus, vel aliqui sarmentorum fasciculi recipiebant. *Nudum solum et interdum sacramenta pro lecto habebat* (Alexand. in *Bulla canoniz.*). Ita dirum corpori suo indexerat bellum sacra haec virgo, ut non solum illud cruciaverit dum vigilaret, verum etiam cum dormiret: etenim cum somno aliquantulum indulgere cogebatur, supra nudum humum vel supra aliquos sarmentorum fasciculos decumbet, ubi corpus ejus non tam requiescere, quam torqueri poterat. A Gentilibus olim christiani vocabantur *homines sarmentiti*, quia cum ab his infidelibus morti adjudicabantur, sepe stipiti alligabantur, ibique sarmentorum fasciculis circumdata corpora comburebantur: *nos sarmentitos appellatis*, inquit Tertullianus, *quod ad stipites devincti, sarmentorum ambitu comburimur*. Sarmentitia quidem hoc modo esse voluisse beata Clara, quoniam pro Christo mori et comburi optassit. At tamen alter titulus vero sarmentitia fuit, quia scilicet lassum, debile et infirmum corpus in lecto sarmentito reclinabat, ubi non tam reficiebatur, quam torquebatur. O mirabile virginem! quae licet juvenis, nobilis, delicate et infirma, de suo tamen triumphavit corpora, non solum arctis jejunis, quibus illud affectit, etiam lecto durissimo, quo illud cruciavit. *Et de illo tandem triumphavit cili et hispido cilicio, quo usa est.*

3. Depositis pretiosis seculi vestibus et alegato mundo mulierib; sacco quodam vili et cilicio se induit beata Clara; ac sicut alter Achab, *operiuit cilicio carnem suam* (III Reg. 12). Non solum cilicium aliquod sub ueste gerebat, verum tota uestis ejus aspera erat et verum cilicum, adeo ut cum regio Vate dicere posset: *posui umentum meum cilicum*. Nec hoc tantum Clara utebatur cilicio: alius enim duobus interdum

carnem suam cruciabat, quorum unum ex equorum pilis nodose erat contextum: aliud vero ex corio porci, quod secreto sub tunica deferebat et ejus pilos, aliquantulum abrasos, ad carnem vertebat. Novum quidem illud cilicii genus, quod quidem durum simili erat et mysticum; *durum*, quia versa ad carnem hispida illa pilorum tonsura, carnem lacinabat et maxime cruciabat; *mysticum*, quia obsceni illius animalis cornuum indicabat, sacram hanc virginem de obscenis carnis voluptibus triumphasse. Sicut silvestrum ferarum, quas occident, pellibus indu solebant Persarum reges in sui signum triumphi, nec pretiosioribus et gloriisioribus indu posse vestibus arbitrabantur, dicentes, quod *eximus decor est, tergis horrere ferarum*; sic de cilicio ex sua pelle contexto dicendum, quod *asperum et decorum* Clara fuerit: *asperum* quidem, quia ab illo virginis ejus caro cruentabatur: *decorum*, quia erat in signum triumphi, quem sacra hec virgo de carne sua tuli. Demus ergo palmarum beate virginis Clari, quam quidem meruit, quia de mundo et de seipsa triumphavit. Illi assignemus etiam palmarum, quia triumphavit de natura. *Ecce tertium beatae Claræ triumphum et tertiam hujus concionis partem.*

## III PARS.

*Beata Clara triumphabit de natura.*

Tunc de natura quis triumphat, cum extraordinaria a Deo accepta potestate, id facit, quod naturaliter et solis naturæ viribus effici nequit, seu cum quis potestate divina miracula operatur. Et hoc sensu de natura triumpharunt plures sancti et præcipue beata Clara, que Dei virtute miracula ei prodigia multa opera est: ex quibus tria solummodo recensibile, que sancte illius Virginis merita et Dei gloriam non parum manifestant. *Primum* fuit in Agnetis sororis sue favorem: *secundum*, in favorem filiarum suarum spiritualium: *tertium*,

in favorem sui monasterii. *Primo* miraculo liberavit sororem suam a persecutione parentum. *Secundo* liberavit filias suas ab inedia. *Tertio* liberavit monasterium suum a furore infidelium.

1. Elapsis sexdecim diebus a conversione sancte Clariæ, Agnes divino afflata Spiritu ad eam proparat, eique declarat, sibi jam mundum amarescere et Deum diligescere: seque ad hoc venisse, ut totam et totaliter Dei obsequio se manciparet. Gaudet beata Clara: sororem amplectitur; eam in novitiam recipit, ac primayum ejus in religione fervorem demiratur, cum subito duodecim ex consanguineis furore correpti in monasterium irruant, ut Agnetem inde eripiant, eamque ad seculum redire cogant. Quia renente, ipsam vi extra monasterium ejicunt, per devexum montis trahunt, vestes lacerant, viam evulsi replent crinibus, ac innocentem hanc adolescentulam interdum pugnias, calcibusque crudeliter persecutint. Clamat ad Dominum fervens illa novitia, sororisque Clara auxilium implorans, exclamat, dicens: *adjuva me, soror mea Clara, nec me Domino tolli permittas*. Clara autem mox Dei imploravit auxilium, ac ab eo flens humiliiter petiit, hanc ut famulam sibi eripi non patetur, tantaque orationis ejus fuit efficacia, ut subito Agnes maximu[m] ponderis et gravitatis sit effecta, ita ut duodecim illi consanguinei, et alii multi, qui ad hoc spectaculum videndum advolarent, adhibitis omnibus conatibus, e loco in quo jacebat, eam nequaque amovere potuerint. Quo miraculo confusi, attonti et perterriti, a proposito desisterunt, ac orationum beatae Clariæ vim et efficaciam admirantes et predicantes, ad propria reversi sunt. *Oratio justi clavis est coeli* (August. ser. 226 de Temp.); orationibus enim suis sancti, velut aurea clavis, sibi colum aperire solent; et præsertim beata Clara, que hac clave sibi colum aperuit, *tum* ut Dei misericordiam impetraret, *tum* ut infirmos sanaret, *tum* ut a diabolo possessos liberaret. Fervida oratione colum specialius pulsavit et aperuit in sororis sue Agnetis gratiam non solum ut ejus obtineret conversionem, verum et ut illam a leonibus preparatis ad escam, seu a consanguineis eam vi e claustro

eripore conantibus liberaret. Ejusque tunc oratio tanto apud Deum virtutis extitit et efficacitatis, ut magno et evidenti miraculo factum sit, quod tanti ponderis subito hujus adolescentiae corpus evaserit, ut a multis et validioribus viris e loco nequam moveri potuerit: ecce miraculum, quod beata Clara in sororis sue favorem fecit. Illud earremus *quod Clara in gratiam filiarum suarum spiritualium operata est.*

2. De mendicatis panum fragminibus Clara, ejusque filie vesci conseverant. Si vero quandoque oleum, vel alia necessaria deficiebat, beata Clara validissimis suis orationibus a Deo haec impetrabat. Quod sepe evenisse fertur, ac praeципue quadam die, in qua, urgente fame et instanti hora comedendi, unicuius in monasterio supererat panis. Tunc enim nullatenus turbata pia virgo humili et ferventi oratione divinum implorans auxilium, ita multiplicatus, vel ampliatus est ille panis, ut ex media eius parte quinquaginta sorores, quae in illo habitabant monasterio, necessitati sua occurrerent et sufficienti refectio recreatae fuerint. Cum Christus Dominus copiosam turham in deserto ex quinque solum panibus et duobus pisibus pascre cogitabat, Andreas dixit: *hunc quid sunt inter tantos?* (Joan. 6, 9). Jamvero Christus cuius potestas infinita, hos panes ita multiplicavit, ut tota haec turba *ex iis usque ad satietatem manducaverit*, ac fragmentorum panis duodecim cophini superfuerint. Ecce magnum miraculum in favorem copiosae hujus multitudinis a Christo paractum. Quid autem simile in beata Clara video; unicuius enim in ejus monasterio habebatur panis; unde merito dici poterat, *quid hoc inter tantos?* seu quid proderit unicuius ille panis, si inter tot filias dividatur? Ille tamen panis virtute et meritis sancte Clarae a Deo ita fuit multiplicatus, ut data cuicunque ex quinquaginta sororibus congrua portione, media ejus pars intacta remanserit. Cum itaque de Christo, qui miraculose panes multiplicavit, dicat Augustinus, quod *fontes panis erant in manibus ejus* (in Psal. 9), de beata Clara similiter dici potest, quod in manibus ejus fontes panis fuerint, quia in sororum suarum utilitatem panes miraculose multiplicare meruit. Videamus jam illud miraculum, quod Clara in monasterio sui gratiam operata est, *cum ab eo Saracenos expulit.*

3. Cum infideles illi et barbari homines ad civitatem Assisium obsidionis causa properarent, occurrit eis sancte virginis Clara monasterium, quod extra civitatem muros erat constructum. Inter claustrum iruunt hi Dei et paritatis inimici, illudque pietatis sacrarium in lunapar mutare appetunt. Igitur Clara impavido corde ad locum in quem jam irrepserant illi infideles, praecedente capsula, in qua sacratissimum Christi corpus servabatur, se infirmum duci jubet, ubi coram illis sic Deum deprecata est: o Domine, ne permittas inermes ancillas tuas horum barbarorum manibus tradi, ne sinas, purissimas tuas virgines in potestatem impudicorum illorum hominum venire. *Nè tradas bestiis animas confitentes tibi;* moxque audita est vox de celo, dicens: *ego vos semper custodian.* Et revera orationis beatae Clares virtute statim canum illorum repressa est audacia, ac miraculose factum, ut per muros quos ascenderant, celeriter descenderent et extra monasterium, imo longe a monasterio et ab urbe Assisio fugerent. Magnum olim factum est prelum in celo, cum lucifer super astra solium suum ponere. Altissimo similis esse, Deique thronum invadere pertenabat; verumtamen nondum coelestia illius civitatis muros consideraverunt superbus ille spiritus, cum Michaelis pro Deo pugnantis virtute a celo expulso et ad infernum cum angelis suis apostatis precipitatus est. Heu! quid aliud Saraceni, quam angeli tenebrarum? Quid aliud sancte Clarae Monasterium, quam terrestris quidam paradisus sanctissimus et angelicis puritate rutilantibus refertos virginibus? Terrestrem autem hanc Jerosolymam invadere statuunt Saraceni rebelleri luciferi veri filii. Illos ergo beata Clara sola sua orationis virtute mirabiliter debellat, ejicit et longe expellit. Hoc certe maximum miraculum censendum. Docet sanctus Hieronymus, quod *inter miracula, que fecit Jesus, hoc videtur mirabilius esse, quod potuerit ad unius flagelli verbena tantam e templo effigere mercatorum multitudinem, mensaque subvertere, cathedras confringere et alias facere, que vix magnus faceret exercitus* (comment. in 21 Matt.); videtur pariter, quod inter miracula, que virtute divina fecit sancta Clara, hoc majus re-

putandum, quod ipsa sola precibus tantum, non flagellis armata, formidandum Saracenorium exercitum et claustrum suo ejiciat, penitus deturbet et in fugam convertat. Maximum sane illud miraculum; ideo pra beatae Clari manibus jam palma ponenda; imo plures ei dandas sunt palmæ, quia plures ejus fuere triumphi, cum de mundo, de seipsa et de natura gloriose triumphaverint. Ad cœlos nunc extollamus oculos, extollamus et mentem; ibique contemplemur sanctissimam virginem Claram, palmas simul cum aliis sanctis manu gestantem, nobisque clamantem, quod non detur in cœlo palma, nisi victoribus, qui de mundi vanitatibus, de carnis illecasibus et de daemonis temptationibus gloriose triumpharunt. Post mortem aut palmae, aut flammæ hominibus tribuentur: *palmæ*, si victores et ab omni peccato mortali liberi ex hoc mundo exierint; *flammæ*, si a peccato victi et in statu mortalis peccati hinc migraverint. Fortiter ergo pugnate; de mundo, de carne, de domine et de letalibus quovis peccato triumphate, ut eternas inferni penas devitare et gloriose in cœlo palmas assequi valeatis. Amen.

## DE ASSUMPTIONE B. V. MARIE

## CONCIO PRIMA.

Erit sepulchrum ejus gloriosum (Isa. 11).

Si mortuorum cadavera rodentibus scaturientia vermis, ac intolerabilis foetorem exhalantia in sepulchris contemplemur, paucissima quidem inveniemus sepulchra, que speciosa et gloria conseantur. Velim, quod opere corinthiaeo, vel mosaico exteriori summa cum industria elaborentur; velim, quod auro et gemmis rutilent, ac epiphaphis heroum hic jacentium facinora narrantibus exornentur, haec omnia intus latentem spurcitiam

## Concio I — De Assumptione B. Virginis Marie 211

aufferre nequeunt, et dum eis seipsis perirent, etiam in hominum opinione delectur, e quorum memoria superba quaque hominum sepulchra, ac famosa ibi sepulchorum facinora facile excidunt. Ubi nunc sepulchrum Abraham? Ubi sepulchrum Moysis? Ubi nunc Mauzoli, Alexandri et aliorum multorum illustrium virorum olim affabre elaborata sepulchra? Certe haec omnia funditus eversa scimus, et vix eorum quis recordatur. Igitor Mariani sepulchri gloria aliunde, quam ex materia et arte humana auspicanda venit; aliquie gloria tituli exquirendi, quibus Marie sepulchrum vere gloriosum demonstremus, ejusdem prius implorato auxilio. Ace.

Tria respectu Mariani sepulchri inveniunt certamina; unum antequam Marie corpus in sepulchrum mittatur; aliud cum in sepulchro jacet; et aliud cum e sepulchro egreditur: *primum certamen* initur inter amorem et dolorem; *secundum* inter sanitatem et corruptionem; *tertium* inter cœlum et terram: *pugnant amor et dolor*, ac inter se disputant, qui Marie necem inferat, eamque sepulchro adjudicent. *Deceperant sanctitas et corruptio*, ac acriter contendunt de modo, quo in sepulchro aliquibus diebus jacbit sacrum Marie corpus, an scilicet futurum sit corruptione obnoxium, vel ab ea liberum: *disputant tandem cœlum et terra*, ac litigant de Marie corpore, a quo scilicet sacrum illud pignus possideri oporteat; an a terra, de qua coagimentatum: vel a cœlo cuius puritatem nactum est? En tria que hodie ponuntur prelia, in quibus triumphat amor de dolore, sanctitas de corruptione et cœlum de terra: *triumphat amor de dolore*, quia non ex dolore, sed ex amore moritur Maria: *triumphat sanctitas de corruptione*, quia Marie sanctitas corpus ejus a corruptione liberum servat: *triumphat cœlum de terra*, quoniam Marie corpus a terra tollitur, ut ad celestia regna elevatur. Gloriosissimum ergo patet Marie sepulchrum, quia, ut jam videbimus, in eo triumphat 1. amor de doloribus; 2. sanctitas de corruptione; 3. cœlum de terra. En tres triumphi, quibus Marie sepulchrum gloriosum patet: *erit sepulchrum ejus gloriosum*.

putandum, quod ipsa sola precibus tantum, non flagellis armata, formidandum Saracenorium exercitum et claustrum suo ejiciat, penitus deturbet et in fugam convertat. Maximum sane illud miraculum; ideo pra beatae Clari manibus jam palma ponenda; imo plures ei dandas sunt palmæ, quia plures ejus fuere triumphi, cum de mundo, de seipsa et de natura gloriose triumphaverint. Ad cœlos nunc extollamus oculos, extollamus et mentem; ibique contemplemur sanctissimam virginem Claram, palmas simul cum aliis sanctis manu gestantem, nobisque clamantem, quod non detur in cœlo palma, nisi victoribus, qui de mundi vanitatibus, de carnis illecasibus et de daemonis temptationibus gloriose triumpharunt. Post mortem aut palmae, aut flammæ hominibus tribuentur: *palmæ*, si victores et ab omni peccato mortali liberi ex hoc mundo exierint; *flammæ*, si a peccato victi et in statu mortalis peccati hinc migraverint. Fortiter ergo pugnate; de mundo, de carne, de domine et de letalibus quovis peccato triumphate, ut eternas inferni penas devitare et gloriose in cœlo palmas assequi valeatis. Amen.

### DE ASSUMPTIONE B. V. MARIE

#### CONCIO PRIMA.

*Erit sepulchrum ejus gloriosum* (Isa. 11).

Si mortuorum cadavera rodentibus scaturientia vermis, ac intolerabilis foetorem exhalantia in sepulchris contemplatur, paucissima quidem inveniemus sepulchra, que speciosa et gloria conseantur. Velim, quod opere corinthiaeo, vel mosaico exteriori summa cum industria elaborentur; velim, quod auro et gemmis rutilent, ac epitaphis heroum hic jacentium facinora narrantibus exornentur, haec omnia intus latentem spurcitiam

#### Concio I — De Assumptione B. Virginis Marie 211

auferre nequeunt, et dum eis seipsis perirent, etiam in hominum opinione delectur, e quorum memoria superba quaque hominum sepulchra, ac famosa ibi sepulchorum facinora facile excidunt. Ubi nunc sepulchrum Abraham? Ubi sepulchrum Moysis? Ubi nunc Mauzoli, Alexandri et aliorum multorum illustrium virorum olim affabre elaborata sepulchra? Certe haec omnia funditus eversa scimus, et vix eorum quis recordatur. Igitor Mariani sepulchri gloria aliunde, quam ex materia et arte humana auspicanda venit; aliquie gloria tituli exquirendi, quibus Marie sepulchrum vere gloriosum demonstremus, ejusdem prius implorato auxilio. Ace.

Tria respectu Mariani sepulchri inventur certamina; unum antequam Marie corpus in sepulchrum mittatur; aliud cum in sepulchro jacet; et aliud cum e sepulchro egreditur: *primum certamen* initur inter amorem et dolorem; *secundum* inter sanitatem et corruptionem; *tertium* inter cœlum et terram: *pugnant amor et dolor*, ac inter se disputant, qui Marie necem inferat, eamque sepulchro adjudicent. *Deceperant sanctitas et corruptio*, ac acriter contendunt de modo, quo in sepulchro aliquibus diebus jacbit sacrum Marie corpus, an scilicet futurum sit corruptione obnoxium, vel ab ea liberum: *disputant tandem cœlum et terra*, ac litigant de Marie corpore, a quo scilicet sacrum illud pignus possideri oporteat; an a terra, de qua coagimentatum: vel a cœlo cuius puritatem nactum est? En tria que hodie ponuntur prelia, in quibus triumphat amor de dolore, sanctitas de corruptione et cœlum de terra: *triumphat amor de dolore*, quia non ex dolore, sed ex amore moritur Maria: *triumphat sanctitas de corruptione*, quia Marie sanctitas corpus ejus a corruptione liberum servat: *triumphat cœlum de terra*, quoniam Marie corpus a terra tollitur, ut ad celestia regna elevatur. Gloriosissimum ergo patet Marie sepulchrum, quia, ut jam videbimus, in eo triumphat 1. amor de doloribus; 2. sanctitas de corruptione; 3. cœlum de terra. En tres triumphi, quibus Marie sepulchrum gloriosum patet: *erit sepulchrum ejus gloriosum*.

## I PARS.

*In Mariae sepulchro amor triumphat de doloribus.*

In sepulchris nostris non amor, potius dolores triumphant, quia dolores quibus obruiuntur, mortem nobis inferunt et ad sepulchrum nos perducunt. In Mariae sepulchro triumphat amor de doloribus, quia non dolorum vi mortua et ad sepulchrum deducitur Virgo, verum 1. amoris morbo; 2. amoris somno; 3. amoris extasi.

1. Febricitant et languent multi, quorum si vena tentetur, ac intus latens morbus sedulo inquiratur, iis vere dici poterit: *febris tua avaritia est, febris tua superbia est, febris tua iracundia est, febris tua libido est* (S. Ambr. in *Luc.* 4, 4). His autem febribus et morbis nunquam laboravit Maria, quia nulla unquam peccati fulgine desperata, perfectissimum quoque passionum suarum dominum habuit. Si tamen, ut ait medicorum princeps, *febris a fervendo dicitur, ardentissima amoris divini febre astutivit Virgo;* et hoc sane morbo laboravit et mortua est: *Beata Virgo languit dolorum passione et amore in morte sua* (Guerr. serm. 1 in *Assumpt.*). Sponsa sacra, amore divino astutans, filias Jerusalem enixa rogabat, ut dilecto annunciassem, ipsam amore illius indestinetur languere: *adjuvo vos, filie Jerusalem, si inveneritis dilectum meum, ut nuncietis ei, quia amore langueo* (*Cant.* 5). Sacra hæc sponsa, inquit Rupertus Abbas (*in Cant.*), est ipsa Virgo Maria, quæ Christi sponsa et filii sui amore ardens, sepe dicebat: *adjuvo vos, filie Jerusalem, si inveneritis dilectum meum; sed, si ante me exirent de corpore, veneritis ante dilecti mei conspectum, ut annuncietis ei, quia amore ejus langueo.* Sciebat Christus amorem languentis matris: ipsa etiam Virgo Maria, quæ sepe a Filio suo visitabatur, amoris languorem quo laborabat, ei crebro narrabat; tanto autem defi-

Concio I — De Assumptione B. Virginis Marie 213

ciebat languore, ut angelorum etiam et hominum ora ad illum dilectio annunciadum assumeret. Postremo tantopere Maria amore defecit, ut præ desiderio dilecti filii amplexandi languens expiraverit: *Beata Virgo præ amore et sine dolore mortua est* (B. Alb. M. in *Mariæ*). Maria ergo amoris morbo mortua perhibetur; et mortua est etiam amoris somno.

2. Maria tota vita sue tempore amore supernaturali erga filium exarsit, verum ardentius illum amavit circa vite sua finem, vehemens hic amor cor illius tunc ardentissime inflammavit: Igitur, imminentis morte, maxime languit Virgo, ac tandem ex amore consumptis spiritibus vitalibus quibus corpus ejus subsistebat, ipsa non alio quam amoris morbo animam exhalavit et quia hic amoris morbus absque ullo dolore extitit, mors ejus somnus potius, quam mors acerba censemur. Si enim de S. Joanne Evangelista Gregorius Turonensis, Simeon Metaphrastes et alii asserant, quod imminentis mortis hora, se tumulo inclusaret et absque ullo prævio morbo, quasi dormiens animam efflaverit: si Moyses etiam et Aaron, ut docent multi, absque praevente morbo a vivis discesserint et in osculo Domini quasi dormientes mortui sint; cur Marianum Virginem eodem privilegio donata negabimus? Censem Bernardus, omnia privilegia aliis sanctis a Deo concessa beata Virgini non fuisse denegata: *quod aliis servis Dei, licet paucissimis, fuit concessum, non creditur Matri denegatum* (ep. ad can. *Lugdun.*); propterea cum Joannis Evangelista, Moysi et aliorum quorundam servorum Dei mors fuerit quasi jucundus somnus, Mariam etiam ex amoris somno mortuam esse, certissimum videtur. Et hoc tamquam indubitatum assumunt S. Andreas Cretensis, sanctus Damascenus et alii nonnulli sancti Patres, qui varias de *dormitione Mariæ* conciones instituerunt: consentes, mortem illius *dormitionem* et gratissimum quemdam amoris somnum extitisse. Unde de Maria convenienter, quam de filia principi synagoge dicere possumus: *non est mortua puella, sed dormit* (*Matt.* 9, 24); profecto mors ejus dira non fuit et crudelis, immo pergratus ardentis amoris somnus, quo moriens *obdormivit in Domino*. O suavissimum et felicissimum Mariæ somnum! Deum mortua est etiam *ex amoris extasi*.

3. Deus, qui cor Marie sacro amoris igne semper accenderat, ignem tandem separantem in cor ejus misit, quo ab illius corpore solveretur anima: *misit ignem in ossibus meis et erudit me* (Thren. 1, 13); sed, ut habeat alia versio, *et separavit me*; hic quidem est sacer ignis, quo facta est separatio anime beatae Virginis a corpore ejus. Jamvero quomodo fieri potuit, ut anima illius a corpore sine illo dolore divideretur? Perbelli respondet Dionysius Carthusianus, exclusam fuisse dolorem, qui ex divisione anime a corpore solet evenire, per profundissimam contemplationem, cui tempore mortis Virgo Deipara vacabat; cuius dulcore in extasim rapta nullo modo dolorem sensit, quem in tali divisione anime a corpore quisque experitur: *dicinuarum rerum contemplationi erat profundissime tunc intenta*. Ergo *prou spirituali suavitati affluentissima experientia, ac ferventissima dilectione, anima separabantur sine pena a corpore* (*de laud. Virg.*, 4, 3). Docet nos sacer textus, quod dormiente Adamo, Deus unam ex costis ejus tuliterit. Hic Adami somnus ex multorum Doctorum sententia extasis fuit, in qua ita extra seipsum raptus est, ut nullum dolorem passus sit, cum ei costa avelleretur. Eodem fere modo beatissime Virginis mors non solum gratissimus fuit somnus, verum et admiranda amoris divini extasis; in qua, ut B. Birgittae revelavit Dei Genitrix, nullum est passa dolorem, sed exultans emisit spiritum: *cum quondam die, inquit, animus meus suspensus esset in admiratione divinae charitatis, tunc anima mea in ipsa contemplatione repleta fuit tanta exultatione, quod vix se capere poterat et in ipsa consideratione, anima mea a corpore fuit soluta* (*revel.*, 6, 26). O admirabilem extasim! O genus mortis exoptatissimum! o triumphum glorioissimum! in quo amor triumphant de doloribus, cum non ex dolore, immo vero ex amoris morbo, ex amoris sonno et ex amoris extasi Maria mortua sit. Ecce primum triumphum, qui contigit in Maria sepulchro, in quo de doloribus triumphat amor. Deinde in eo triumphant etiam sanctitas de corruptione.

## II PARS.

*In Marie sepulchro sanctitas triumphant de corruptione.*

Si Adam non peccasset, putredini et corruptioni obnoxia haud fuissent corpora nostra; post protoparentis peccatum a supremo Dei consilio manavit edictum, quo Adami posteros morituros, eorumque corpora in terram et putredinem resolvens fore statutum est: *pulvis es et in pulvrem revertaris* (Gen. 3, 19). Hinc jam de corporibus nostris triumphant corruptionis et fetoris, quoniam vix mortua et in sepulchro posita brevi corruptiunt et putrescent. E contra in Marie sepulchro triumphavit sanctitas de corruptione; nulli enim corruptioni subiactus ejus corpus, quod divinum sacrarium merito dicitur 1. quia verbum aeternum in eo incarnatum est; 2. quia sanctissime animae conjunctum; 3. quia in eo nulla rebellio adversus Deum suscitata.

1. Cum Verbum aeternum incarnari et humana natura hypothetica unire voluit, atissimum illud mysterium in corpore Marie, velut omnium sanctissimo, compleri statuit; hoc est corpus sacramissimum, in quo Verbum increatum carnem assumere, et in quo Christus novem mensibus habitare dignatus est; ideo cum ita purum ac sanctum extiterit Marie corpus, ut in eo ineffabile incarnationis mysterium sit consummatum, nemo facile credet, inquit D. Augustinus, sanctissimum illud corpus corruptioni fuisse obnoxium. *Illud sacramissimum corpus, de quo Christus carnem assunxit, et dicinam naturam humanae unitum, in escam veribus traditum consentire non valeo* (serm. 4 de Assumpt.). Non permisit Deus, quod sanctus suis corrumpatur et putresceret: *nec dabitis sanctum tuum videre corruptionem*. Quis est ille sanctus, nisi Christus? Hie est sanctus, cuius corpus ab omni prorsus corruptione et putredine fuit alienum. Sicut autem Deus minime permisit, quod sanctus suus putruerit, ita nec passus censemur, quod sancta sua

sepulchro deposita videret corruptionem: *sicut non dedit Dominus sanctum suum, id est, Christum, videre corruptionem: sic nec sanctam suam, de qua natus est Sanctus, sed corpore et anima in cœlum assumptus est* (Bernardini. Sen. 20, s. 32). Christi Domini corpus sanctum essentialiter propter hypostaticam ejusdem unionem cum Verbo, prorsus indecens fuisse, verum est et corruptionis pabulum fieri. Sicut autem hoc non decuisset *sanctum Domini*, ita pariter dede-  
cuisset *sanctam ejus*, seu Deiparam, que ita sancta erat, ut ex ea carnem assumere, et in ejus ventre Deus incarnari voluerit. In Maria ergo sepulchro triumphavit sanctitas de corruptione; cum ita sanctum fuerit Mariæ corpus, ut ex eo Verbum aeternum carnem sumperat: *ac etiam cum ejus corpori anima sanctissima unita fuerit.*

2. Tanta sanctitate decorabatur Mariæ anima, ut ab omni prorsus peccati, sive originalis, sive actualis labe libera et immanis extiterit: *fuit Maria sine triplo vœ*, inquit Doctor Angelicus: *sine vœ peccati originalis, sine vœ peccati mortalis et sine vœ peccati venialis* (*in expl. salut. Ang.*). Itaque cum Mariæ anima tam eximia sanctitate fornerit, ut ab omni prorsus vœ, et corruptione peccati aliena permanenserit, corpus etiam ejus sanctissimum huile animæ unitum vœ corruptionis et putredinis alienum esse oportuit: *cum Maria fuerit sine vœ peccati, fuit etiam sine vœ penitie in separatione animæ et corporis, que est incineratio et corporis dissolutio* (S. Bernardini, to. I, ser. 54). Duplicem corruptionem, eamque gravissimam, subire coguntur omnes mortales, ex primo pa-  
rente per naturalem generationem progeniti. *Prima* est in principio vite, cum a peccati originalis labe et corruptione inquinantur; *secunda* est in fine vite, cum corpora vitali aura destituta corrumperint et in pulvrem rediguntur. Hic autem servatur ordo inter duplicem illam corruptionem, quod qui in conceptione sua peccati corruptione liberantur, nec in morte etiam corporum corruptionem contrahant; cum igitur ad eam sanctitatem pertingerit Maria, ut in principio vite anima ejus peccati originalis insculpta contaminata non fuerit, in fine etiam

vite corpus ejus corruptioni nullo modo subiacet, et brevi post mortem gloriosum resurrexit: in sepulchro ergo Marie triumphavit sanctitas de corruptione, quia corpus ejus sanctissima anima inhabitavit. Ad hanc in sepulchro ejus triumphavit quoque sanctitas de corruptione, *quia corpus Marie ita sanctum fuit, ut in eo nulla unquam rebellio extiterit.*

3. Cum Cesar Augustus Alexandrinam urbem invasisset, eamque solo æquare posset, ei tamen benigne peperit; tum quia in se erat pulcherrima; tum quia ab Alexandre Magno fundata. Maria autem *civitas Dei* appellatur, cui Christus pro singulari sua pietate peperit, ne pulveris et corruptionis ruinam pateretur, tum propter ejus pulchritudinem, quam sol et luna mirantur; tum propter seipsum fundatorem ejus, juxta illud: *fundavit eam Altissimus* (Psal. 85). Verum huic civitati, seni Mariæ ob aliā etiam rationem peperit, quia scilicet ita sancta fuit et fidelis, ut nulla in corpore ejus adversus Deum rebellio regnaverit. Quantumvis sancti simus, in nobis tamen semper inhabitare solet peccatum, seu fomes quidam, vel rebellio interna alliciens ad peccatum, quam in semetipso D. Paulus, licet sanctissimus, experiebatur, dicens: *video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, eamque legem internam inhabitanç peccatum vocat Apostolus: quod habitat in me peccatum.* Maria autem singularis sanctitas illud inhabitanç peccatum omnino exclusit, nec ullam rebellionem internam est passa: *soli Virgini*, inquit Richardus Victorinus, *singulariter datur, ut mortale corpus ejus peccatum non inhabitet* (*de Ennan. 2*). Quapropter cum ita sancta extiterit Maria, ut in corpore ejus nulla rebellio, nullusque peccati fomes haberetur, incorruptum et uncontaminatum in sepulchro debuit conservari corpus ejus. *Quemadmodum enim pars est rebellis urbis vastari, solo æquare, ac in cinereum et favillam redigi, ita et oportet civitates fidelitate sua insignes, in perpetuum conservari;* fuit autem Maria civitas Dei sanctissima, in qua omnia ordinata servatur ac summa pace et fidelitas locum invenit; ergo corpus ejus ab omni putredine et corruptione illatum servari oportuit. In sepulchro ergo Ma-

viae, sanctitas triumphavit de corruptione; et in eo etiam cœlum de terra triumphavit.

## III PARS.

*In Mariæ sepulchro cœlum triumphat de terra.*

Nostra licet corpora a Deo creantur, ut animabus suis unita eternum in celo glorificantur, de his tamen triumphat terra, dum ea ad ultimum usque iudicii diem in sinu suo quasi captiva detinet, nec illa ad cœlum simul cum animabus surgere sinit. At in Mariæ sepulchro triumphat cœlum de terra, quia Maria corpus simul cum ejus anima 1. ad cœlum gloriose translatum est; 2. in celo gloriose receptum; 3. in celo gloriose collocatum.

1. Jacobit in sepulchro sanctissimum Mariæ corpus, ubi sensu quidem et vita privatum, incorruptum tamen quiescebat, cum terrena illicescente die angelis stipatis veniens Christus, jacenti corpori non vitam solum, verum et immortalitatem, necon splendorem admirabilem, agilitatem, subtilitatem, ac inauditam pulchritudinem contulit. Tunc Mariæ unica in sanctissimum corpus ejus iterum ingressa est, tunc facies illius mira venustate eniuit, tunc omnia redivive carnis ejus membra ineffabiliter prætulerunt pulchritudinem et mox surgens Maria de sepulchro, terram reliquit et versus cœlum properavit, virtutum suarum splendore emicans, innixa supra dilectum filium, angelorum copias comitata, ac tot delicias et divitias affluens, ut ipsi coelestes spiritus admirantes exclamarint: *que ascendit de deserto, deliciae affluens?* (Cant. 8). Prefecto non in terra usque ad extremi iudicii diem remanere, imo brevi post mortem ad cœlum transferri oportebat sanctissimum Mariæ corpus; *tum* quia hoc deebat Christum, cuius honor est omnimoda gloria matris; *tum* quia, cum Christi et Mariæ una sit caro, indecens videretur eam carnem manere divisam, unamque ejus partem regnare in celo et aliam sub terra latere: *Maria*

*et Christus sunt una caro;* quare indecens videri debet, si altera pars carnis virginæ sit in celo et pars altera redatur solo (Pet. Bless. ser. de Assumpt.). Propter has, aliasque multas rationes non in terra remanere, verum ad cœlum corpore simul et anima hodie sublevari debebat Dei Genitrix; igitur hac die de terra triumphans, angelis stipata, virtutum varietate circumdata, et dilecto innixa filio ad cœlum ascendet. In Mariæ ergo sepulchro triumphat cœlum de terra, dum corpus Virginis non terra retinet, sed ad cœlum gloriose transfertur, *ac etiam quia ejus corpus in celo gloriose recipitur.*

2. Christus, qui ad Mariæ sepulchrum eam suscitatus advenierat, illi etiam maiore cum apparatu obviam venit, ut eam in celo recipiat. Si enim in occursum venientis Bethsabee surrexit rex Salomon, quanto magis in occursum matris ad celos properaverat venisse creditur rex glorie Christus? certe occurrit ei cum innumera pallentium angelorum multitudo, eamque sereno vultu, benigna facie, ac summo affectu suscepit; non solum tota colestium legionum multitudo in Mariæ occursum prodit, sed et filius placido volta, serena facie, divinis amplexis, eandem suscepit (D. Bern. ser. I de Assumpt.). Narrat D. Augustinus (*de Civ. D.* 2, 4), quod olim Romanum ingressura *Berecinthia*, que a Gentilibus mater deorum vocabatur, ingenti plausu et jubilo fuerit suscepta, ac ex romani senatus decreto, omnium civium clarissimum ei in occursum egressus sit. Cum similiter Maria non falsorum deorum, at veri Dei Mater in celum ascendit, simul angelorum et sanctorum jubilantium multitudo ei obviam ivit, et ipse Christus rex gloria ac colestium civium nobilissimus ex Dei Patris decreto ei in occursum venit. Unde cardinalis Petrus Damiani, ascensionem Christi cum Mariæ assumptione conferens, quid gloriiosius in Virginis assumptione, quam in Christi ascensione adnotat; comitatus scilicet, quia advenienti Christo soli dumtaxat angeli occurrerunt; Mariæ vero non soli angeli, verum et multi ali sancti, ac ipse etiam Christus obviam venit: *soli quippe angeli Redemptori occurrere potuerunt: matri vero celorum palatia penetranti filius ipse cum tota curia*

*tam angelorum, quam justorum solemniter occurrent, exevit ad beatoe consistoriorum sessionis (de Assumpt.). In sepulchro ergo Mariae colum de terra triumphat, cum corpus ejus non terra permanenter suscepitur, et in celo gloriose recipiatur; ac etiam in celo gloriose collocetur.*

3. Non in aliquo ex infirmis coeli thronis assidet Maria, sed *exaltata est sancta Dei Genitrix super choros angelorum ad celestia regna*. Postquam enim penetravit coelos, primam colestum spiritum percurrit hierachiam, quae ex angelis, archangelis et principatibus constituitur; secundam deinde pertransiit, quae potestatis, dominationibus et virtutibus constat; tertiam quoque prætergressa est, quae ex thronis, cherubim ac seraphim coalescit; ac tandem quae degens in terris se infra angelos et homines abjecerat, in celo supra omnes angelos in solio sublimissimo immediate post Christum exaltatur: *in regni solio sublimis post Christum gloria resedit* (S. Hier. serm. de Assump.). Christum Maria recipit in incarnatione et in nobilissimo totius terra loco, utero scilicet suo, illum exceptit. Sicut ergo Christum Maria in nobilissimo terra loco exceptit, ita et Mariam Christum in nobilissimo coeli loco, in solio scilicet super omnes angelorum choros sublimato recepit et collocavit: *nec in terris locus dignior uteri virginalis templo, in quo Filium Dei Maria suscepit: nec in celis regali solio, in quo Mariam hodie Maris Filius sublimari* (S. Bern. ser. I de Assumpt.). O quam sublime illud Mariæ solium! O quam gloriose in sepulchro ejus colum de terra triumphat! Miramini hinc Mariae triumphantem et timete, ne in sepulchris vestris non colum de terra, potius infernum de celo triumphent. Paradisus et infernus de animabus nostris acriter contendunt; eas enim paradisus ad se vocare conatur, et contra eas deglutiendas ova sua apertit infernus. Si autem in statu gratiae moriamur, tunc de inferno triumphat paradisus, qui animas nostras sui juris facit; si vero in statu peccati mortalis ex hoc mundo exeamus, tunc de paradiso triumphat infernus, qui animas nostras suo imperio subdit. Heu! quis in morte nostra triumphabit? an paradisus? an infernus? quid tunc de

animabus nostris fiet? Tradenturne inferni tortoribus aeternum crucianda, vel Dei ministris, ut ad colum semper beatae deducantur? Certo nescit homo finem suum (Eccles. 9, 12): ne scimus, quid de nobis futurum sit; ignoramus an portio nostra futura sit in terra viventium, vel in terra miseria et tenebrarum? Attamen penes nos est aut beatitudinem assequi, aut inferno addici; penes nos est, ut de inferno triumphet paradisus, quia ad nos spectat caute ambulare, Dei mandata servare et quaecumque ad vitam aeternam obtainendam necessaria adimplere, itaque caute ambulemus vocatione, qua vocati sumus, Dei iussis obtemperemus, quaecumque vult perficiamus et in morte nostra de inferno triumphabit paradisus, animeque nostræ ad celum migrabunt, ut in perpetuas aeternitates Deo fruuntur. Amen.

#### CONCIO SECUNDA.

*Veni de Libano sponsa mea, veni de Libano, veni:  
coronaberis (Cant. 4, 8).*

Sicut olim veteris testamenti patres summo affectu Christi adventum exoptarunt, ita et Marie sacrorum prophetarum oracula preannuntiata, manifestis typis et figuris presignata, atque illustribus in matronis admiratae, nativitatem summopere concupierunt. Illum venire desiderabant, ut salvaret populum suum, et istam, ut salvatorem sanctorum, ipsum regem angelorum in lucem ederet. Certabant omnia pro adventu Christi, qui omnium est Deus; itemque, ut ait D. Damascenus, secula, anni, menses et dies de Mariæ adventu contendebant: *certabant secula, quondam ortu Virginis gloriaretur (orat. de nat. Virg.).* Si autem Mariam in hunc mundum venire ardenter desiderarunt homines, qui ante ejus ortum terram habitabant; eam fatu functam ad celum ascendere non minori

cum affectu exoptarunt cives coelici. Illam enim expectabant Christus ut matrem, angeli ut reginam, et virgines ut eorum decus et primiceriam, omnesque coeli incolas mihi audire videor exclamantes; o Maria, coelestis regis sponsa et mater, *veni de Libano, veni: coronaberis.* Venit Maria, ad colum ascendit, et quae in hoc mundo humillima exiterat, triumphali apparatu hodie ad colum properat, in celo recipitur et in colo coronatur. Admiremur hodiernum Mariae triumphum. *Ave.*

Dies Assumptionis triumphalis habendus beatissimae Virginis dies, in quo triumphalis apparatu ad colum ascendit, in celo recipitur, in celo sublimatur: *ad colum ascendit Virgo, mirabil virtutum varietate, quasi curru aureo vecta: in celo recipitur a Christo et angelis ei obviam venientibus, eique honorem inefabilem impendentibus: in celo sublimatur, ac ad magnificum et eminentissimum coeli thronum super omnes angelos et super omnes puras creaturas exaltatur.* Itaque ut hodiernum Mariae triumphum non segniter et perfunctorie, at serio et sedulo perscrutemur; videamus 1. currum triumphalem Mariæ ad celum assumpta, quo nullus clarior; 2. pompa, qua in celo recipitur, qua nulla magnificenter; 3. thronum ad quem in celo sublimatur, quo, post divinum, nullus eminentior: *currus triumphalis, quo Maria ad celum elevitur: pompa magnifica, qua in celo recipitur: thronus sublimis, ad quem in celo sublimatur; en tres Mariani triumphi et concionis hujus partes.*

## UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE MÉXICO

### I PARS.

*Curris triumphalis, quo Maria ad celum vehitur.*

## DIRECCIÓN GENERAL DE

Virtutes et merita sunt currus aureus, quo quisque ad colum vehitur; eoque altius in celo quisque collocatur, quo pluribus virtutibus et majoribus meritis ornatus ex hoc mundo exivit. Auro hoc curru ad superos evencta fuit Maria, que omni virtutum genere floruit, et que praelaris suis meritis omnes alias creatureas longe antecessit. Jamvero eam ad colum

potissimum evexerunt puritas, humilitas et charitas: 1. puritas intermerata, qua floruit; 2. humilitas profunda, qua praestitit; 3. charitas ardentissima, qua sucoensa fuit.

1. Tanta Marie extitit puritas, ut omnibus puris creaturis potior extiterit, nec ejus puritate major aliqua sub Deo intelligi potest: *decepit Virginem ea puritate nitore, qua major sub Deo nequit intelligi* (S. Ansel. de Concept. Virg.). Pereximia autem haec puritas est prima pars currus triumphalis, quo Maria ad celestia regna hodie vehitur. Sane, ut ait sanctus Anselmus, Maria puritate sua non solum ad infima, verum et ad sublimiora celi tabernacula et solis perducitur et exaltatur. Cum enim puritate omnes creatureas antecesserit, ita et per puritatem supra omnes creatureas ad solum eminentissimum sublimari meruit: *sicut nulla potest sub Deo major puritas Virginis puritate intelligi, sic sub Deo locus ipsi propinquior intelligi non potest illo, ad quem Virgo est assumpta* (serm. de B. Virg.). Providentia divina, ut perpendit B. Albertus Magnus, eo ordine creatureas dispositivit, ut qui puriores, eo eminentiores sint et sita suo elevationes. Terra enim, quia crassior et impurior, in mundi centro ponitur; aqua, quae terra prior est, supra eam locatur; supra aquam aer; supra aerenum ignis; supra ignis sphaeram statuuntur coeli; et inter coelos hi semper excelsiores, qui sunt puriores. Idem autem ordo in omnibus servatorum; ideo Mariam non in terra remansisse, at supra omnes coelos ac supra omnem creaturam exaltatam nullus inflabitur; que enim omnibus creaturis purior extitit, puritate sua super omnes creatureas sine dubio exaltari decuit. *Locus, ut ait philosophorum princeps, debet esse proportionatus locato;* propterea Maria Virgo omnibus puris creaturis purior non in terra luto impuro jacere, sed in celo, ejusdemque coeli eminentiore loco et Dei throno propinquiore exaltari oportuit. Maria ergo ad colum elevata est puritate sua; ad colum etiam elevata est *humilitate sua.*

2. Quanto major, tanto et humilior extitit Maria, et qua dignitate alias omnes creatureas antecessit, eas omnes humiliata prexit: *cum prima esset omnium, se novissimam fa-*

*ciebat* (S. Bern. *sup. Sign. magn.*). Supereminens autem haec ejus humilitas habet ut altera pars currus triumphalis, quo Maria a terra sublevatur, et ad celos velitur; quæ enim infra homines in hoc mundo se humiliavit, supra omnes angelos in celo exaltari meruit: *nunquam supra chorus angelorum fuisse exaltata, nisi infra homines fuisse humiliata* (S. Bern.). Primum in schola Christi principium hoc nescitur, quod antequam qui ascendat, descendere curet: vera enim ad exaltationem via humiliatio est, *quia qui se humiliat exaltabitur* (Matt. 23). Quod verissimum asserunt Christus: nam rogantibus apostolis, quis eorum major futurus esset in regno cœlorum? adstantem indicans parvulum, respondit: *quicumque humiliaverit se sicut parvulus iste, hic est major in regno cœlorum* (Matth. 18, 4). Non magnus futurus est in regno cœlorum, qui in hoc mundo superbierit, verum qui humiliatem sectatus erit: et quo quis in hoc mundo profundius per humiliatem descedenter, eo post mortem ad altiores cœli thronos condescendet. Quare cum Maria in hoc mundo per humiliatem profundissime descederit, altissime per humiliatem in cœlum ascendit; ac super omnes angelos in cœlo est exaltata, quia perfectius quam omnes homines in hoc mundo humiliatem coluit. Maria ergo ad cœlum elevatur humiliata sua, et ad cœlum etiam exaltatur *charitate sua*.

3. Tantus Virginis in Deum extitit amor, inquit sanctus Anselmus, ut si omnium mortaliū, addē Seraphim et coelestium omnium spirituum amorem in unius pectus, velet in fornacem ardentissimum collectum contemplari, frigus videbitur et glacies respectu amoris qui in corde Marie deflagravit: *superat omnes omnium rerum creatarum amores et dulcedimes magnitudo amoris illius Virginis in Filium suum; et dulcedimes immensitas, qua exultabat et liquefiebat anima ejus in eundem Dominum* (*de excell. Virg.* 4). Hæc autem Maria charitas dicenda altera pars currus, quod ad regna celestia sublimatur: ascensus ejus fuit purpureus media charitate constratus; et tanto altius in celo exaltatur, quanto ardentius amore Dei in hoc mundo exarsit. Charitas enim

## Concio II — De Assumptione B. Virginis Mariae 225

qua ardorem in via, est mensura gloria: qua fruenter in patria; certumque est, quod tanto elevatores erimus in regno Dei, quanto charitate ardentes in hoc mundo fuerimus: cum ergo charitas qua exarsit Maria in hoc mundo, omnium creaturarum charitatem superaverit, merito et in celo per charitatem supra omnes creaturas exaltatur. Mariam phenicem vocat B. Amadeus: *o phenix aromatizans (hom. de laud. Virg.)*. Recte quidem ea vocatur *phenix*; sicut enim imminentia phenicis interit, alias volucres undique convolant, et hanc avem propter ejus singularem pulchritudinem quasi admirabundæ spectant (1), ita et ad Delparæ, quasi ad phenicis obitum, ex variis mundi partibus omnes apostoli, veluti aquilæ, convolarent: vel dicendum Mariam vocari *phenicem*, quia sieut phenix in igne moriens, in fumum resolvitur, qui versus cœlum ascendit, ita et Maria in igne charitatis moriens ad cœlum ascendit sicut virgula fumi: *qua est ista, qua ascendit per desertum, sicut virgula fumi?* (*Cant. 3*), atque transcendens infinitas, ad supremas cœli sedes ascendit: ardentissimus enim fuit ignis charitas, quo in mortalî vita exarsit, et ideo ad eminentissimum cœli thronum ascendit: ut enim ait D. Augustinus, *Maria angelicam transiens dignitatem, usque ad summi Regis thronum sublimata est*. Ecce currum triumphalem, quo Maria ad cœlum exaltatur: *admiremur nunc pompam qua in celo recipitur*.

## II PARS.

*Pompa, qua Maria in celo recipitur.*

*Cœtus, lætitia publica et munera in reginæ aliquujus receptione considerantur; ac tunc reginam aliquam magna pompa,*

(1) Norunt omnes inter fabellas recenseri quacumque feruntur sive de existentia, sive de obitu, sive reditu ad vitam hujus via. Igitur si quis eam ad quid probandum adducere capiat, ea utatur aportes, prout uti hocce fabellæ suntius ex mythologia, in glibus sane non ipsius rei veritatem, sed ideam aliquam in eam latenter inquirere oportet.

N. E.

magnoque apparatu in quadam regni sui civitate recepiam dicimus, cum cœtus ei obviam egressus, nobilis exitit et numerosus; cum magna et extraordinaria exhibuerunt latitiae signa; et cum ei pretiosa et opulenta obtulere munera. Maria autem in civitate et in regno colesti maxima pompa, maximeque apparatu recepta censetur, si consideremus 1. qualis fuerit cœtus, qui ei obviam ivit; 2. quantum extiterit gaudium illorum qui ei venient occurrerunt; 3. quæ et qualia fuerint munera, quæ illi oblata sunt.

1. Comitatus, qui Marie ad celos properanti occurrit, non ex loricatis militibus, ex terrenis civibus, ex magistratibus et aliis mundi magnatibus; ex sanctis confessoribus, ex puris virginibus, ex invictis martyribus et triumphantibus apostolis, ex patriarchis, prophetis, angelis, archangelis et omnibus prouerso cœli civibus constituti. Ne soli angelii et sancti tunc in cœlo presentes in Dei Genitricis occursum prodierunt; ipse etiam Christus ingenti maiestate et gloria circumdatum obviam venit matri sue: non solum tota coelestium legionum multitudine in Marie occursum prodidit, illanque ad thronum glorie magno devotionis affectu deduxit; sed et filius placido cultu, serena facie, dicens amplexibus eandem suscepit (S. Bern. ser. I de Assumpt.). Comitatus, qui Maria ad celos venienti occurrit, aliqualiter similis fuit comitatu, qui Christo ad celos ascendentis obviam venit; similis quidem in hoc, quod sicut Christo ad celos ascendentem, omnes coelestes cives extra columnam exierunt, ut ei venirent obviam, ita in Marie assumptione toto cœlo civibus quasi evanescere, comprehensores omnes ei obviam properarunt; dissimilis etiam, quia, ut praedictæ adnotavit Petrus Damiani, comitatus qui Marie occurrit, dignior fuit et nobilior: soli enim angeli Christo occurserunt; Marie vero cum angelis et sanctis pluribus occurrit ipse Christus: atolle oculos ad assumptionem Virginis, et salva filii maiestate, invenies occursum hujus pompe non mediocriter digniorem. Soli quippe angeli Redemptori occurtere potuerunt; matre vero, cœlorum palatia penetranti Filius ipse cum tota curia tam angelorum, quam justorum solemniter

occurrens, exexit ad beatæ consistorium sessionis (ser. de Assumpt.). Ecce qualis in receptione Mariæ fuerit cœtus eorum, qui ei obviam venerunt. Ad hæc, quanta gaudii et latitiae signa ediderunt!

2. Cum regina aliqua in præcipuum regni sui civitatem solemnii pompa ingreditur, divites et pauperes, senes cum junioribus ovantes jubilant, et undique tubarum clangor, ac variorum instrumentorum musicorum gratissimus auditus concensus in signum insolite latitiae, qua cuiusque cor afficitur; jamvero o quam majora cives cœlici edunt latitiae testimonia in adventu regine cœlorum, que hodie triumphali pompe cœlum ingreditur: quo gaudio, qua festivitate, quibus concentibus jubilabant omnes beatorum spirituum ordines, quando et uniam Domini sui matrem adventure et ipsum Dominum suum ei videbant omni sue gloria decoratum velle occurrere (S. Ansel. de excell. Virg., 5). Cum David et omnes filii Israel Arcam testamenti Domini, que Marie proculdubio typus erat, traduxerunt (II Paral. 5), præ summo gaudio exultarunt, jubilarunt, magnoque instrumentorum musicorum concentu conceptum animo gaudium manifestarunt. Longe majora insoliti gaudi signa ediderunt colles, cum in coelesti Jerusalem recepta est arca mystica Dei Genitrix Maria; ut enim asserit sanctus Ildephonsus, eam omnes cum hymnis et canticis, ac cum sonora instrumentorum musicorum modulatione festive recuperunt: cum illa in coelestem Jerusalem evehitur, quantus exercitus sanctorum procurrit cum hymnis et canticis. Nec dubium, quin illa centum quadrangula quatuor millia, qui in conspectu seniorum sunt, tenentes citharas suas, cecinerint cum omni fragore cœli canticum novum, quod nemo potest dicere, nisi ipsi, qui hodie festio venient obviam cum citharis suis. Qualis et quanta hec coelestium civium fuerit harmonia quantum, et eorum gaudium extiterit, vix humana mens capere valet; ideo haec magna reputantur, quia quanta sint comprehendere nequimus. Magnum ergo in receptione Mariæ coelestium spirituum fuit gaudium; sed et magna ac magnifica extitere munera, quæ ei oblata sunt.

3. Mariam in hoc mundo viventem tantis Deus gratiae donis replevit, ut nulli pure creature majora unquam collata sint; et, ut ait sanctus Bernardinus, *tanta gratia Virgini a Deo data est, quantum uni pure creaturae dari possibile esset* (tom. I, s. 61, ar. 2). Sicut autem eam Deus in hoc mundo gratiarum donis ditavit, ita et ei cœlum intranti, celestia dona abundantissime contulit. Beatificas enim tum animæ, tum corporis doles, aureolas virginitatis, doctoratus, et martyrii, ipsamque gloriæ essentialiem, nobiliiori hand dubie et perfectiori modo quam ulli pure creature ei Deus impertitus est; et insuper specialiora ei munera tres sanctissime Trinitatis personæ obtulerunt; eam siquidem Pater aeternus sua potentia, Filius sua sapientia, et Spiritus Sanctus sua bonitatis participem fecit. Suam Pater aeternus ei ita communicavit potentiam, ut de Maria beatus Gregorius Nicomediensis archiepiscopus ausus sit dicere: *nihil tue resistit potentie, nihil repugnat tuis viribus, omnia cedunt tuo jussu, omnia tuo obedirent imperio, omnia tue potestati serviant* (or. de edit. B. V. in templ.). Ei Filius tam eximia sapientia sua dona prebuit, ut dicit Dionysius Carthusianus, quod *splendidissima et exuberantissima sapientia ei fuit infusa* (in c. 5 Cant.). Eam Spiritus Sanctus bonitatis sue charactere ita signavit et insignivit, ut *quemadmodum sol super bonus et malos indifferenter oritur, sic Maria omnibus se exorabilem, omnibus se clementissimam præbet, omnium denique necessitates amplissimo quodam miseratur affectu* (S. Bern. ser. de verb. apos.). Egregiam quandam virginem describit Hesiodus, quam deorum omnium matrem effinxerunt poëtae, quamque dii tanto amore prosecuti sunt, ut singuli singula munera ei liberaliter dederint: Mars scilicet fortitudinem, Pallas sapientiam, Apollo musicen, Mercurius eloquentiam, Venus gratiam et Juno singularē venustatem. Unde haec virgo, *Pandora*, hoc est *donum omnium deorum* vocata est, quia ab omnibus diis specialia dona accepérat. Haec autem profana et fictitia in beata Virgine quoddammodo vera comprobantur; ipsa stenim unius Dei verissima Mater est; eam tres sanctissima Trinitatis Personæ

summopere dilexerunt, eamque in cœlum hodie ingredientem innumeris donis cumularunt. Ecce pompam, qua hodie in cœlis recipitur Maria. Miramini prænobilem hunc comitatum, qui ei obviam venit; audite coelestem hanc harmoniam, qua ab angelis ipsi occurrentibus efformatur; contemplamini pretiosam, qua ei offeruntur, munera; ac viso jam modo, quo Maria in cœlis suscipitur *contempletur thronum, ad quem exaltatur*.

## III PARS.

*Thronus, ad quem Maria in cœlo exaltata est.*

Throni omnes, ad quos sancti sublimantur, vocari possunt throni glorie, justitiae et misericordie. Dicuntur *throni glorie et honoris*, quia in iis maxime honorantur et glorificantur; appellantur *throni justitiae et meriti*, quia Deus illis largitur, quasi eorum meritis ex justitia debiti; dicuntur *throni gratiae et misericordiae*, quia in iis sedentes, gratiam et misericordiam a Deo nobis impetrant. Thronus autem ad quem hodie exaltatur sancta Dei Genitrix, longe specialior et nobilio rationale dicitur 1. thronus glorie et honoris; 2. thronus justitiae et meriti; 3. thronus gratiae et misericordiae.

1. Mariani throni gloriae et celitudinem omnes mirantur Doctores; ac Mariam non solum super omnes puras homines, verum et super angelorum choros sublimatam asserunt: *exaltata est sancta Dei Genitrix super choros angelorum ad coelestia regna* (Gerson. sup. Magnif. Tract. 4). Eam infra Deum et supra omnes angelos speciale aliquam hierarchiam constitutre censet Parisiensis Cancellarius, dicens: *Virgo sola constituit hierarchiam secundam sub Deo trino et uno, hierarcha primo*. Mariæ solum supra omnes angelorum ordinem adeo eminere docet Guerricus Abbas, ut nihil supra se contempletur mater, nisi Filium; nihil miretur super se regina, nisi regem; nihil veneretur super se mediatrix nostra, nisi

mediatore solum: Matrem dico exaltatam super choros angelorum, ut nihil contempletur super se mater nisi filium suum (ser. 4 de Assumpt.). Gloriosorem adhuc Marie thronum censem ali non pauci, qui non infra, et juxta filium eam in celo sedere arbitrantur. Sicut thronus matris regis Salomonis positus erat juxta thronum filii sui: *Salomon sedet super thronum suum, positusque thronus matris regis, quæ sedet ad dexteram ejus* (III Reg. 2): sic item thronus Matris Christi ponitur in celo juxta thronum filii sui. Ut enim ratocinatur Albertus Magnus, *sicut mater regis, ergo iuxta regem: eamque juxta Christum regem, ac a dextera ejus sedentem asservit S. Athanasius: hodie, inquit, collocatur Maria a dextris Dei, ut canitur in psalmo: asitit regina a dextris tuis.* Thronus ergo ad quem hodie Maria sublimatur, est thronus gloriae; est etiam thronus justitiae, quia ei justus debetur hic thronus.

2. Sicut sibi ex justitia deberi et reddi coronam gloriae ait D. Paulus: *deposita est mihi corona justitiae, quam reddit mihi Dominus justus judex, ita et Marie sublimissimum in celis thronus ex justitia debeatatur, quia virtutibus quibus floruerat, ad illum extollit meruit.* Thronus coelestis tum a gratia, tum a justitia fabricatur; a gratia quidem, quia sine Dei gratia et misericordia nulla sunt merita nostra; a justitia vero, quia supposita gratia et Dei promissione, operibus bonis ex justitia thronus et corona coelestis redditur. Igitur cum immensa propemodum fuerit gratia, quam a Deo percepit Maria, cum etiam incomprehensibilia sint opera meritoria, que hujusmodi gratiae auxilio elicuit, per haec sancta et perfectissima opera ad thronum gloriae sublimissimum ex justitia exaltari meruit: *sicut est ineffabile quod perceperit; sicut est incomparabile quod gerit;* ita et incomprehensibile premium gloriae quod meruit (S. Ildeph. ser. 1 de Assumpt.). Incomprehensibilia sunt gratiae dona, quæ ab instanti conceptionis Maria accepit; quæ gratia cum in ea nunquam permaneserit otiosa, procul dubio ab instanti conceptionis usque ad instans quo animam exhavit, indesinenter operibus meritoriori vacavit. Ad meriti

amplitudinem momenta condensabat Virgo (Ennod. *in vita Epip.*); singulis enim momentis meritorios actus eliciebat, qui cum essent intensissimi et perfectissimi, quolibet actu geminatum gratiae augmentum merebatur; unde si colligantur merita quæ in fine vite cumulavit, ei quodammodo immensa fuisse, ac omnium sanctorum merita superasse jure creditur; idcirco cum meritis angelos et homines antecesserit, ex justitia in throno nobilissimo supra omnes angelos et homines colloccari meruit: *sicut habuit meritum omnium et amplius, ita congruum fuit, ut supra omnes ponatur ordines celestium* (D. Tho. 1. de solemni. sanct.). Thronus ergo ad quem hodie Maria sublimatur, thronus justitiae appellatur, quia ejus meritis justa debetur; dicitur etiam *thronus gratiae et misericordiae, quia in eo sedens Maria, ergo nos se misericordem exhibet.*

3. Maria ad sublimissimum coli thronum exaltata nostri non obliuiscitur; est semper *mater misericordiae*, quæ misericordiarum nostrarum meminit: *o beata Virgo, inquit S. Petrus Damiani, numquid quia ita despecta, ideo nostras humanitatis oblitia es?* Nequaquam, Domina; *scis in quo discribime nos reliqueris: ubi jacant, quantum delinquent servi tui.* Non enim convente tantie misericordie, tantam miseriam oblinisci (ser. 1 de nat. Virg.). In throno coelesti sedens Maria, nostri quidem meminit, ac erga nos se misericordem praebet; et sicut Christus advocati nostri manus gerit apud Patrem, ita et Maria advocata nostra esse dignatur apud Deum, ut ab eo nolis gratiam et misericordiam obtineat, et nostra salutis negotia pertractet: *advocatam premissit peregrinatio nostra, quia tamquam judicis mater et mater misericors, simpliciter et efficaciter salutis nostre negotia pertractabit* (S. Bern. ser. 1 de Assumpt.). Magna semper extitit Maria erga miserios misericordia, nunc autem major, cum in throno coelesti sedet: *magna fuit erga miserios misericordia Mariæ adhuc exulantis in mundo, sed multo major erga miserios est misericordia ejus jam regnantis in celo* (D. Bon. in specul. Virg. 8). Tanta est misericordie ejus amplitudo, ut ad omnes penitus homines se extendat: *quis est, ut subdit Doctor Sera-*

phicus, super quem misericordia Marie non resplendeat? Certe Mariæ in colesti throno sedentis misericordia justos et peccatores, ac omnes penitus homines respicit; atque, ut ait S. Bernardus, *misericordia Mariae plena est terra* (ser. 4 de Assumpt.). Thronus ergo Marie in celo regnantis est thronus gratiae et misericordie. Ergo adeamus cum fiducia ad thronum gratiae: Maria humiliter imploremus auxilium, ac solicite rogemus eam, ut gratiam salutis a Deo nobis impetraret, nosque oculos misericordies ad nos convertat. Cum Mariam Christus ad thronum colestem exaltavit, eam coli thesanariam ac colestium honorum dispensatrixem constituit; ideo quidquid bonorum spiritualium accipimus, per eam obtainemus; quidquid gratiarum, quidquid virtutum, quidquid operationum colestium mundus accepit, emissiones tue sunt, o Maria (Rupert. in c. 4 Cant.). Si enim Constantinus imperator tanti fecit Helenam matrem suam, ut potestatem ei dederit regis thesauros utendi pro suo arbitratu, quis sanæ mentis existimabit, Christum Dominum, utpote Constantino longe magnificentiore, matri sue Maria amplius non dedisse facultatem ad arbitrium suum de locupletissime divina misericordie arario disponendi? Certe haec si a filio potestas collata merito creditur; unde Maria vocatur *Ecclesie collum*, quia sicut in corpore humano omnes spiritus sensitivi a capite ad inferiores corporis partes per collum descendunt, ita et Maria est quasi collum, per quod ab Ecclesie capite Christo ad nos omnes gratis celestes descendunt et mituntur. In haec ergo amantissima misericordia matre spem nostram collocemus; ejus auxilium invokeamus, quo mediante, gratiam in hoc mundo et æternam in celo beatitudinem obtinebimus. Amen.

DIRECCIÓN GENERAL DE

## DE SANCTO ROCHO

## CONCIO UNICA.

*Non est inventus similis illi* (Eccli. 44).

Non plebeji cajusdam, aut viri humili loco nati, sed hominis prædictivis, ex illustri prosapia orti et avita nobilitate fulgentis elegium confidere mihi nunc onus incumbit. Jam intelligit unusquisque vestrum, quod de sancto Rocho loquar, de viro, inquam, illo admirabili, qui a perillustri Montis Pessulanæ civitatis comitum progenie oriundus, legitimus ei verus eorum heres magnis in seculo divitiis frui poterat; qui tamen, inspirante Patre lumine, abdicatis terrenis omnibus, a patria et parentibus pietatis causa discessit, ac plurima loca ignotus peragravit, ubique in omnes effundens peregrinatio sanctitatis odorem et præcipue in eos qui contagioso pestis morbo affligebantur; quorum obsequio se mancipavit et tum eis inserviens, tum pestis dolores sequanimator periferens, mirificis omnium virtutum exempla edidit, omnibusque imitanda reliquit. Virum illum sanctissimum non laudabo parentibus, divitiis, a nobilitate et ab aliis multis, ex quibus hominum elogia contexere solent oratores profani; illum collaudabo a fervente charitate, qua infirmis peste correptis inservivit, a generosa illa patientia, qua pestilentie cruciamenta sustinuit et a miranda potestate, qua infirmos peste laborantes sanavit et hodiecum sanare non desinit. Hec sunt, in quibus alios sanctos ille preesse videtur; haec sunt illi specialia et in his nullus alius sanctus ei par fuisse creditur: *non est inventus similis illi*. De his ergo hodie disseveremus. Aye.

Pestis est morbus contagiosus, gravis et difficile sanabilis: *est morbus contagiosus*, et ideo paucissimos reperire est, qui peste laborantibus ex charitate servire velint: *est morbus gracis*, et ideo pauci illum aquo, patientique animo perferunt:

*est morbus difficile sanabilis, et ideo paucis datur virtus ad illum sanandum. Exinde ostenditur sanctus Rochus vir admirabilis; et non est inventus similis illi in charitate, in patientia, in potestate: in charitate, qua infirmis peste laborantibus inservivit: in patientia, qua pestis dolores pertulit: in potestate, qua homines pesta correptos in vita sanavit, et post mortem sanare non desinit. Videamus sancti Rochi charitatem, patientiam et potestatem: 1. charitatem, qua infirmis peste laborantibus servit; 2. patientiam, qua pestis dolores sustinet; 3. virtutem et potestatem, qua infirmos pesta correptos sanat.*

## I PARS.

*Charitas, qua sanctus Rochus infirmis peste laborantibus servit.*

Deum, in seipo spectatum, amare non est difficile animæ, qua colesti superflua lumine, illum perfecte cognoscit. Suprema etenim ejus majestas, infinita bonitas, sapientia inefabilis, pulchritudo semper antiqua et semper nova, neconon innumeræ aliae perfectiones in tanto objecto adunatae, tot modis, tamque fortior animam divinitus irradiatam ad Dei amorem alicant, ut eam divino amore non ardore quasi impossibile videatur, et ut ait sanctus Bernardus, non homo, sed monstrum dicendum, qui Deum sic cognitus non amaret. Alter loquendum de Deo in creaturis suis considerato. In his etenim perfectiones paucissimas reperiuntur; et has perfectiones ita exiles, totque circumdatae et permixte imperfectionibus, ut contemptum et odium possit, quam amorem inspirent. Unde Deum in quibusvis creaturis amare difficultissimum est, ac principis in pauperibus et infirmis, ubi oculi nostri objecta dumtaxat vident miseratione digna, ubi aures non nisi clamores, planctus et gemitus audiunt; ubi narcs nil nisi foetores et contagiosas exhalationes odorantur. Quid vero de his pauperibus et

infirmis, qui pestis lue feruntur? Quid de his, qui cum pestilenta laborent, tantum omnibus horrorem et timorem incautum, ut a cunctis plerisque fugiantur et deserantur? Deum quidem in illis amare, sen illos amare, illisque propter Deum servire, arduum, naturæ propensionibus repugnans et supra modum difficile videtur. Sanctus autem Rochus, qui Deum in se consideratum semper amavit ut bonum, ut sanctum, ut misericordem et ut omni perfectionum genere prædictum, tanta aliae in Deum exarsit charitate, ut in infirmis pesta correptis illum amaverit. Relictis namque parentibus, amicis et terrenis omnibus bonis ad loca dissita perrexit, ubi in xenodochiis maximo charitatis affectu infirmis pestilentia laborantibus propter Deum studiosus inservivit. Sciebat vir sanctissimus, Deum, qui non videtur, non posse perfecte diligi, nisi ametur in fratribus nostris quos videmus: *qui non diligit fratrem, quem videt; Deum quem non videt, quomodo potest diligere?* (1 Joan. 4). Itaque ut quam perfectissime Deum diligaret, amavit eum, etiam in fratribus illis, quos impes, afflicti, infirmos et pestilentia confectos vidit. In quolibet infirmo pestilentia correpto sum erga Deum manifestabat amorem, utpote quia quilibet amabat, et quilibet compatibatur, et quilibet, quantum fas erat, propter Deum studiosus inserviebat. Unde sicut, teste Augustino, tantus Christi in omnes homines extitit amor, ut calamitates eorum videare nequit, quin protinus ad iis succurrendum moveretur: *non potest miseras scire et non subvenire;* ita sancti Rochi in infirmos pesta laborantes tanta exarsit charitate, ut miseras eorum videare et scire non posset, quin statim ad iis subveniendum adduceretur. Cum enim pestilentiam in aliquo loco grassari discebat, charitatis igne successus huc properabat, infirmorum obsequio se offerebat, illisque summo affectu serviebat. Sancti illius viri charitas fortis erat ut mors; *fortis ut mors dilectio.* Imo ipsa morte fortior se prodebat, quia charitatis igne incensus non semel dumtaxat, verum pluries, ac toutes quoties mortis discrimini se exponebat, ut peste correptis auxiliaria manus præberet. Cum infirmum aliquem contagioso merito confectum et jam extrema agentem sciebat, ad eum prope-

rabit, sic animo reputans: *eamus et nos, et moriamur cum eo* (Joan. 11). Cum ad alium oculos convertebat, ad illum advolabat, intus dicens: *eamus et nos, et moriamur cum eo.* Alas ei dabat charitas, quibus ad illa loca ferebatur, ubi reperiebantur infirmi postea correpti; ibique eis solatia, auxilia et omnia charitatis officia impendebat. O magnam sancti Rochi charitatem! Praeclare dixit sanctus Bernardus, quod ut quis Deum perfecte amet, non hoc solum, sed illud, ast omnia perficere debet, que pro eius amore operari potest: *tunc cere Deum diligis, si pro amore illius, bona que pates, operaris* (de modo bene vir. serm. 51). O praeclararum divini amoris regulam, quam tenet, cui adhaeret, et quam perfectissime sectatur sanctus Rochus! Imitari eum puduit stultos illos mundi amatores, qui nil non agunt, nil non moluntur, ut divitiarum thessauros congregent, ut fodi sententur voluptatibus et ut ad altiores dignitatum gradus descendant; illi sancto charitatis igne successus hoc semper et ubique facit, quod pro Dei amore se facere posse cognoscit. Superno affluis lumine agnoscit, se pro Dei amore domum, patriam, parentes et divitias relinquere posse; hoc protinus adimpler. Eodem superflus lumine videt, se propter Deum plurima loca sacra peragrare posse, mox et illud admiratur. Eodem illustratus lumine agnoscit, ad obsequia sua hominibus peste correptis praebenda vocari, hinc statim se accingit operi, varisque lustrane xenodochia, ubique maximo charitatis affectu infirmos quoslibet, quamvis horrenda lue affectos, benigne affatur, consolatur, omnibusque modis sibi possibilibus iis auxiliatur. Probe novit vir sanctus magnos in hoc pietatis exercitio sibi extantulos labores; videt gravissima sibi imminentia mortis pericula, sed *omnia serva et innama, facilia et prope nulla facit amor* (S. Aug. de Verb. Dom. ser. 2); propterea charitate ardens omnia que potest, inconstanter perficit, ut peste correptis subveniat, eisque etiam in imminenti proprie vita discrimine omnibus modis sibi possibilibus inserviat. Et ideo sanctus Rochus charitatis martyr censendus, si non de facto, saltem voluntate et desiderio, quia in fraterne charitatis exercitio mori quosivit, nec per illum stetit, quin in sanctissimo

hoc exercitio vitam finiret et animam efflaret; ac prouide non martyrio voluntas, sed voluntati martyrium defuit. O portentosa hanc sancti Rochi charitatem! Fuit ergo magna charitas, qua sanctus Rochus peste laborantibus servivit: *magna etiam fuit patientia, qua pestis dolores sustinuit.*

## II PARS.

*Patientia, qua sanctus Rochus pestis dolores sustinuit.*

*Charitas patiens est,* inquit Apostolus, sociamque semper sibi habet patientiam; si etenim charitate in Deum ardeamus, pro eius amore gravia quaevis sequo animo patimur, nec autem mandum, quod quis vere Deum diligit, si pro illo pati renuat. Sanctus autem Rochus, qui charitate in Deum exarsit, patientia etiam floruit; ac sicut ardentissima fuit eius charitas, dum peste correptis inserviit, ita et maxima prefulsit patientia, cum peste percussus est: *Rochus, savissimo ulculo percussus et febre insuper ardentissima adustus, eos dolores ingenti patientia sustinuit* (Spondanus). Non habuit S. Rochus vanam, inutiliem et exitiosam illam patientiam, quam preferabant Gentiles, qui, ut ait Tertullianus, multe patiebant ostentationis causa; ut scilicet fortis, patientes et magnanimi estimarentur, ac inde magnam sibi apud homines gloriam conciliarent. Habuit vir sanctus patientiam illam quam Tertullianus vocat *patientiam Dei, patientiam Christi* (i. de pat.); habuit christianam illam patientiam, quae docet gravia quaevis pro Dei amore aquo et hilari animo pati; gravissimos enim pestis dolores sequanimitate et jucunde pro Dei amore perpassus est. Audiverit haud dubie sanctus Rochus Christum sibi intus dicentem: « ego fili descendit de celo pro tua salute; suscepisti tuas miseras non necessitate, sed charitate trahente, ut patientiam disceres et temporales miseras non indignanter ferres. Nam ab hora ortus mei, usque ad exitum in cruce non defuit mihi tolerantia doloris. Defectum rerum temporalium magnum habui;

multas querimonias de me frequenter audiri, confusiones et opprobria benigne sustinui; pro beneficiis ingratitudinem recepi, pro miraculis blasphemias, pro doctrina reprehensiones (de In. Chr. 3, 18)». Christum sic sibi intus loquentem audiverat vir sanctus; ideo ut Christi patientiam imitaretur, innumera a juventute pro Christi amore patientissime pertulit; atque tunc maxime, cum pestilenta correptus est; tunc enim tanta ejus fuit patientia ut non murmur resoneret, nec querimonia, immo Deum semper laudaverit, omnique tam acerbi morbi cruciata requissimo animo sustineret. In multis eluet infinita Dei patientia, sed in hoc maxime, quod innumera aequanimiter patiatur ab his quibus beneficet et quibus benefacere non desinit. Nonne Deus dat omnibus affluerunt? Nonne solem suum oriri facit super bonos et malos? Nonne pluit super justos et super peccatores? Nonne utrisque gratias suas et sacramenta impertit? Attamen Deus qui innumeris beneficiis omnes homines afficit, gravissima patitur ab us quibus benefacit. Quid non patitur ab idololatriis, qui opera manuum hominum adorant? Quid non ab hereticis, qui fieri mysteria negant et instituti ad saltem sacramenta profanant? quid non a perversis multis catholicis, qui gentiliter vivunt, et ad immania criminis declinant? Innumera sane et immania ab his quibus bene facit, tacens et patienter sustinet; siisque se habet, quasi non videat injurias a perversis illis hominibus sibi factas: *dissimulans peccata hominum* (Sap. 11, 24). O miram Dei patientiam! Quam quidem perfecte imitatur S. Rochus: qui sequo animo gravia patitur ab his etiam, quibus benefecerat. Multas enim Italie urbes vir Dei peragrarat, et ubique charitatis sua beneficia effuderat; ubique omnibus transundo beneficia contulerat, et his praecipue qui peste corripiebantur. Cum tamen ipse postea peste correptus est, malum pro bono recipit, utpote quia ab urbe in qua gravissime infirmabatur, expulsi est, ac coactus in silvam se recipere, ubi injuriam ab his, pro quibus se totum devoverat, sibi illatam et gravem qua laborabat infirmitatem aquo et hilari animo pro Dei amore perpessus est. Poterat vir sanctus ab hac civitate non expelli et in infirmitate sua subveniri: si namque nomen, patriam et

parentes manifestasset, mox debitus ei exhibitus fuisset honos, moxque auxilium hac urgente necessitate ipsi præstitum esset; atvero tacuit vir Dei, nec loqui voluit, ne patienti sibi præscinderetur occasio, utque imitaretur patientiam Dei, qui ab his etiam quibus benefacit, gravissima patitur. Undo de sancto Rocho, sicut de Deo dici potest, quod sua sibi patientia detraherit, sibique injuriam fecerit: *sua sibi patientia detrahit* (Tert. ibid.). Si ostenam patientia non floruisse et tam dira pro Christo pati noluisse, se colummodo manifestare, nomenque suum declarare sufficeret, et statim ab omnibus honorem et adjutorium recipisset, ideo patientia sua sibi detrahit et in causa est cur despiciatur, abijciatur, omnique humano auxilio careat. O mirandam hujus sancti patientiam! de quo, sicut de Christo, dici potest, *quod voluit saginari virtute patientiae*. Poterat vir sanctus in infirmitate sua ab hominibus adjuvari et ab his adjutus fuisset, si se manifestasset; poterat etiam, si voluisset, seipsum sanare et a peste liberare; pie enim credendum, quod sicut virtute divina alios sanaret, eadem virtute seipsum sanare potuisset. Attamen nec ab hominibus adjuvari, nec seipsum sanare voluit, ut pro Christi amore dira patereetur et ut patientiae virtute saginaretur. Sciebat vir sanctus, patientiam esse sacrificium Deo gratissimum et holocaustum ad placandam ejus iram apertissimum: *patientia est holocaustum ad altare suum* (Litan. in 1 Reg. 26). Igitur grammant videns undique pestem, ac prævidens, Deum diro hoc flagello homines usque ad mundi finem crebre percussorum, patientiae sacrificium ei obtulit, ut iram illius mitigaret, atque eum ad hominibus indulgendum inclinaret. Mihi videre video sanctum Rochum, quasi alterum Jobum gravi percussum ulcere, languidum et quasi examenem qui seipsum in sacrificium et in hostiam placabilem Deo consecrat. Eum humi decumbentem et contagioso infectum morbo audire video, Deo in patientia et charitatis spiritu dicentem: Domine, ab infirmitate, qua obruior, liberari non peto; non te rogo, ut a contagioso hac lue sanes me: opto potius ut malis mala adjicias, gravioribusque corpus meum affligas infirmitatis, modo alios ab immani hoc morbo serves incolumes: in

mare projici cupio, ut alii a tempestate liberentur: percute me, quantum placuerit, tantum da ut patientia meæ sacrificium apud te sit efficax, et ut virtute ejus a peste alii præserventur, Miramini portentosam hanc patientiam; miramini sanctum Rochum, qui maxima cum patientia pestis dolores sustinuit: et quia ad sanandos peste correptos magna virtute et potestate poterit.

## III PARS.

*Potestas, qua sanctus Rochus infirmos peste correptos sanat.*

Christus Dominus est magnus ille medicus, qui de celo venit, ut hominem infirmum ab omni infirmitate liberaret: *magnus de celo descendit medicus, qui magnus in terra jacebat aegrotus* (S. August.). Quandiu hic in terris moratus est Christus, veri medici munia perfectissime obivit, hominesque plurimos ab anime simul et corporis infirmitatibus liberavit; omnesque omnis generis infirmos per se solum usque ad mundi finem sanare potuisse; nihilominus tanta ejus in homines extitit bonitas, ut huius potestate participes facere voluerit apostolos, quibus congregatis, dedit eis potestatem morbos sanandi: *convocatis Jesus duodecim apostolis, dedit illis virtutem et potestatem super omnia diemania, et ut languores curarent* (Luc. 9, 2). Hanc eandem potestatem nonnullis aliis sanctis contulit Christus: deditque aliquibus potestatem ad sopiendos dentium dolores, aliis ad sedandam podagrae tyrannidem, aliis ad tollendos acerbores quoque ventri cruciatum, aliis ad hemiparlam et aliis ad paralysiam sanandum. Inter omnes sanctos beatum Rochum ad liberandos a peste homines Deus elegit, deditque ei potestatem curandi hunc morbum, quo nullus terribilior, periculosis nullus, nullusque exitiosior ab hominibus estimatur. Sicut de Christo dicit D. Paulus: *quod in eo in quo passus est ipse et tentatus, potens est et iis qui tentantur,*

*auxiliari* (Hebr. 2), ita et viris sanctitate illustribus specialiter Deus dare solet potestatem sanandi alios in his infirmitatibus et in his corporis partibus, in quibus ipsi passi sunt. Sic sanctis illis, quibus arulsi sunt dentes, dedit Deus potestatem leniendi et sopiendi tetros dentium dolores: si illis, quibus eruti sunt oculi, tribuit Deus virtutem sanandi advenientes varias in oculis infirmitates; et sic beato Rocho qui pestis cruciamenta passus erat, contulit Deus potestatem homines a contagioso pestis morbo preservandi, neconon a peste liberandi eos, qui horrendo et formidando hoc morbo jam correptos se sentiunt. Hanc ei a Deo datum esse potestatem constat ex Patribus in Concilio Constantiensi anno 1414 congregatis. Cum stenim in Constantiensi civitate et in infinitis locis tunc pestis grassaretur, ex ordinatione Patrum ibi congregatorum a cunctis invocatus est sanctus Rochus et facta est processio, in qua palam sancti Rochi effigies deferabatur; qua completa, mox morbi hujus malignitas in iis partibus imminuta, ac intra brevissimum tempus a Constantiensi solo pestis penitus fugata est. Nec solum in hoc casu, verum et in aliis pluribus Deum S. Rocho dedisse potestam sanandi infirmos peste correptos, mirabiliter eluxit. Dum in hoc mundo riceret vir sanctus, Roman, Placentiam, aliasque nonnullas Italicas urbes a peste liberavit: a tempore vero, quo fato functus ad celos migravit, totius orbis ecclesiastici regna, provincias et urbes illum invocant, illumque inspicunt, ut virum sanctitate eximia fulgentem et apud Deum ad sanandos pestilentie morbos potentissimum. Unde jam in hoc genere morbi sanctus Rochus est quasi communis propitiatorum, ad quod advolant omnes ab eo, tamquam a potestatem habente petituri, ut tetrum pestilentie morbum evadere, vel ab eo liberari valeant. Nec sine causa ab hominibus invocatur sanctus Rochus; nam certo certius constat, quod ei magnam adversus formidandam pestis morbum Deus potestatem contulerit. Et hoc non solum constat ex Concilio Constantiensi Patribus, ex Ecclesie Catholica testimonio, et ex auxilio quod illum invocantes recipiunt, insuper hoc constare voluit. Deus schedula in manu sancti Rochi fato functi inventa, in qua illum invocantibus

promittebatur, quod illum ad abigendam ab ipsis pestilentiā propitium et auxiliare experientur. Quare cum tanta S. Rocho adversus truculentum hunc morbum a Deo data sit potestas, eum crebro invocate et a Deo supplices petite, ut tam immane a vobis malum avertat. Non expectatis donec corpora vestra invadat et intra viscera vestra irrepat haec truculenta lues, sed jam, et nunc cum bene habetis, Deum supplices rogate, ut tantum a vobis flagellum, mediante sancti Rochi intercessionē abigere dignetur. Probe scio, quod si populum suum Deus pestilenta jam affligeret, mox sanctum Rochum studioſissime invocaret; si jam in urbibus et domibus vestris grasperetur pesta, mox ad S. Rochum preces et vota quisque dirigeret, et sacrificia ad eum honorem celebrari curaret. Non autem expectandum donec superveniant infirmitas; non dicendum: tunc advoco medicum, cum infirmus ero; tunc sanctum Rochum ad meum auxilium vocabo, cum pestis undique grasperbit; antequam adveniat contagiosus pestilentiā morbus, sanctum hunc invocate, illeque adversus tantum malum in patronum et protectorem assumite. Ast in primis ab illo supplices petite, ut gratiam vobis a Deo impetrat, qua ab anime peste liberari valeatis. Pestis ista nil aliud est quam mortale peccatum, a quo, tamquam a teterima peste, inficiuntur, corrumpunt et spiritualiter occiduntur animae: *anima que peccaverit, ipso morietur.* Haec est pesta teterima, que spiritualem et aeternam anime necem inferit; idcirco sanctum Rochum potissimum rogate, ut gratiam a Deo obtineat, qua mediante, istam anime pestem procul pallatis. Fugato enim a cordibus vestris lethali peccato, gratiam et gloriam dabit Dominus. Amen.

UNIVERSITATIS VATICANA ROMANA

DIRECCIÓN GENERAL DE

## DE SANCTO BERNARDO

## CONCIO PRIMA.

*Magna virtus ejus* (Psal. 145).

Viri sancti in orbe universo sunt coeli mystici, qui virtutibus suis, tamquam tot stellis, emicant. Sic et autem stella differt a stella in claritate, sic et sanctus unus ab alio in virtute differt, ita ut eorum aliqui minus et alii magis, virtutibus suis resplendent. Divum autem Bernardum inter sanctos inferioris nota nullus unquam annumeravit; eisque virtutes infiniti extitisse ordinis, nullus unquam excogitavit. Sic enim inter monachos, inter doctores et inter ecclesiasticos scriptores fuit eximius, ita et inter homines sanctos et praeclaris virtutibus ornatus, magnus et mirabilis extitit: *magna virtus ejus.* Magnas et multas demiro virutes, quae in sancto illo abate rutilant: tanta presititia patientia, ut alter Job videretur; tanta eminit mansuetudine, ut alter censemetur Moyses; tanto exarist zelo, ut alter Elias autumaretur. Alter Paulus charitate et alter Franciscus humilitate, solitudinis amore alter Bruno et mundi contemptu sacerdos Benedictus extitit. Puritate angelus, cherubinus contemplatione et sancto fervore seraphinus visus est, et ut paucis multis dicam, S. Bernardus plurimis et maximis coruscavit virtutibus, quarum alias hac in concione prolapare conabor. Ace.

Divum Bernardum in seculo, in claustro et in Ecclesia considero. In *seculo*, eum a nobilibus et virtute preditis parentibus originem neminem latet. In *claustro*, eum fuisse abbatem Claravallensem norunt omnes. In *Ecclesia*, illius columnam et solem eum fuisse cuncti predican. In *seculo* D. Bernardus a pessimis mundi viis se elongavit et virtutis a primis vite sue annis fortiter adhaesit; in *claustro* non solum communī vivendi instituto se addixit, sed et confratribus, si

promittebatur, quod illum ad abigendam ab ipsis pestilentiā propitium et auxiliare experientur. Quare cum tanta S. Rocho adversus truculentum hunc morbum a Deo data sit potestas, eum crebro invocate et a Deo supplices petite, ut tam immane a vobis malum avertat. Non expectatis donec corpora vestra invadat et intra viscera vestra irrepat haec truculenta lues, sed jam, et nunc cum bene habetis, Deum supplices rogate, ut tantum a vobis flagellum, mediante sancti Rochi intercessionē abigere dignetur. Probe scio, quod si populum suum Deus pestilenta jam affligeret, mox sanctum Rochum studioſissime invocaret; si jam in urbibus et domibus vestris grasperetur pesta, mox ad S. Rochum preces et vota quisque dirigeret, et sacrificia ad eum honorem celebrari curaret. Non autem expectandum donec superveniant infirmitas; non dicendum: tunc advoco medicum, cum infirmus ero; tunc sanctum Rochum ad meum auxilium vocabo, cum pestis undique grasperbit; antequam adveniat contagiosus pestilentiā morbus, sanctum hunc invocate, illeque adversus tantum malum in patronum et protectorem assumite. Ast in primis ab illo supplices petite, ut gratiam vobis a Deo impetrat, qua ab anime peste liberari valeatis. Pestis ista nil aliud est quam mortale peccatum, a quo, tamquam a teterima peste, inficiuntur, corrumpunt et spiritualiter occiduntur animae: *anima que peccaverit, ipso morietur.* Haec est pesta teterima, que spiritualem et aeternam anime necem inferit; idcirco sanctum Rochum potissimum rogate, ut gratiam a Deo obtineat, qua mediante, istam anime pestem procul pallatis. Fugato enim a cordibus vestris lethali peccato, gratiam et gloriam dabit Dominus. Amen.

UNIVERSITATIS VATICANA ROMANA

DIRECCIÓN GENERAL DE

## DE SANCTO BERNARDO

## CONCIO PRIMA.

*Magna virtus ejus* (Psal. 145).

Viri sancti in orbe universo sunt coeli mystici, qui virtutibus suis, tamquam tot stellis, emicant. Sic et autem stella differt a stella in claritate, sic et sanctus unus ab alio in virtute differt, ita ut eorum aliqui minus et alii magis, virtutibus suis resplendent. Divum autem Bernardum inter sanctos inferioris nota nullus unquam annumeravit; eisque virtutes infiniti extitisse ordinis, nullus unquam excogitavit. Sic enim inter monachos, inter doctores et inter ecclesiasticos scriptores fuit eximius, ita et inter homines sanctos et praeclaris virtutibus ornatus, magnus et mirabilis extitit: *magna virtus ejus.* Magnas et multas demiro virutes, quae in sancto illo abate rutilant: tanta presititia patientia, ut alter Job videretur; tanta eminit mansuetudine, ut alter censemetur Moyses; tanto exarist zelo, ut alter Elias autumaretur. Alter Paulus charitate et alter Franciscus humilitate, solitudinis amore alter Bruno et mundi contemptu sacerdos Benedictus extitit. Puritate angelus, cherubinus contemplatione et sancto fervore seraphinus visus est, et ut paucis multis dicam, S. Bernardus plurimis et maximis coruscavit virtutibus, quarum alias hac in concione prolapare conabor. Ace.

Divum Bernardum in seculo, in claustro et in Ecclesia considero. In *seculo*, eum a nobilibus et virtute preditis parentibus originem neminem latet. In *claustro*, eum fuisse abbatem Claravallensem norunt omnes. In *Ecclesia*, illius columnam et solem eum fuisse cuncti predican. In *seculo* D. Bernardus a pessimis mundi viis se elongavit et virtutis a primis vite sue annis fortiter adhaesit; in *claustro* non solum communī vivendi instituto se addixit, sed et confratribus, si

hiisque suis spiritualibus, omnium virtutum exemplar et doctor extitit; in Ecclesia eminentioribus coruscavit virtutibus; quibus omnium fidelium amorem et admirationem sibi conciliavit. Itaque ut ordine debito et apta partium distributione de sancti Bernardi virtutibus disseram, dico, quod magnis excelluit virtutibus 1. in seculo; 2. in claustrō; 3. in Ecclesia. En tres huius concionis partes, quibus constabit sanctum Bernardum virtutibus maximis coruscasse: magna virtus ejus.

ALERE FLAMMAM  
VERITATIS

## I PARS.

*Magnae fuere sancti Bernardi virtutes in seculo.*

Mundus est veluti magnum omnium vitiorum mera, in quo peccata videntur communia, virtutes rare, et præcipue in juvenibus, quorum mores sunt minus compositi, iudicium minus solidum, passiones fortiores et natura ad malum longe propellior. Sanctus Bernardus in juvenili etiam aetate et dum adhuc in seculo degener, gratia coelesti plenus ad bonum propensus, Deo devotus, multarumque virtutum cultor fuit et custos: ex quibus solam recensabo 1. magnam corporis puritatem, quam servavit illasem; 2. promptam obedientiam, quam Deo vocanti praestitit; 3. zelum salutis animarum, quo exarsit.

1. Corporis mundities vitrea est et labilis: ubique perlicitur, et præcipue in seculo, ubi frequenter occurunt peccandi occasionses et ubi major viget vivendi libertas. Ibi pretiosa haec margarita a cunctis difficile custoditur, præsentim a juvenibus conditione nobilibus, speciosi forma et multa fortuna bona possidentibus. Bernardus autem a claris originem ducebatur parentibus, eleganti pollebat corpore, grata facie præeminebat et acri præstabat ingenio; ei etiam vita hujus prosperitatis ridebant, procellosse eum obsidebant amicitiae, eique veterator satanas laqueos parabat tentacionum, ac crebras castitati ejus insidias instruebat; procul dubio propterea dum adhuc in seculo moraretur, in magno corporeæ et virginea puritatis per-

dendæ periculo versabatur. At per Dei gratiam ita illibatam et integrum servavit corporis puritatem, ut a venenosi serpentis afflato, nunquam vel minimum obnubilata fuerit. Mira sunt, que adversus hanc corporis sui munditiæ tentatione sustinuit, et mirabiliores triumphi, quos de his retulit. Certum est enim, quod ad juventem Bernardum noctu decubentem pluries accesserint impudicas mulieres, ut eum ad prava allicerent; quas ipsa inspicis ut latrones, qui puritatem ejus furari appetebant, ut eas ad fugam compelleret, alta voce clamabat: latrones, latrones. Quia arte exitiosos illos expellebat latrones, qui pretiosum castitatis ejus thessurum anferre conabantur, nec ipse ex hujusmodi temptationibus magis commovebatur, quam si corpus ex marmore, vel ferro compactum habuisse. O miram corporis puritatem, quam sanctus ille juvenis in medio Babylonis conservat! Heu! scimus, a castitate naufragasse plurimos pietate insignes viros, qui in desertis habitabant, ubi arbores solum et bruta videbant; juvenis vero Bernardus, cum adhuc in medio Sodoma, seu in seculo moraretur, varie a variis tentatus illasam custodivit corporis sui puritatem. O virum vere castum! Certe magna fuit virtus ejus in seculo, quia in eo corporis sui puritatem servavit: ac etiam quia in eo promptam obedientiam Deo vocanti praestitit.

2. Mox in lucem editus sanctus Bernardus, eum pia matre Deo oblitus; eumque deinde quam citius potuit, optimis magistris pietate et literis erudiendum tradidit, quorum cura, brevissimo tempore mirum in modum et in scientia et in virtute profect. Major autem effectus ad majora unhelavit, mundique pericula et vanitatem considerans, de religione capessenda cogitavit. Audivit Christum vocantem et interius dicentem: tollite jugum meum super eos et invenietis requiem animabus vestris (Matt. 11), statimque vocacione divine obtemperans, jugum ejus tollere et vitam religiosam amplecti firmissime statuit. Sicut enim cum Christus Petrum et Andream vocavit, illi continuo relictis rotibus, secuti sunt eum (Matth. 4), ita cum D. Bernardus Christum audivit interius vocantem, relictis rotibus, seu bonis temporalibus, que sunt quasi retia, que homines

implicant, vocationi ejus protinus obtemperavit et Ordini Cisterciensi nomen dare promisit. Multi se ad statum religiosum vocari agnoscentes tardant converti ad Dominum et religionem intrare differunt de die in diem, dicentes, minime agendum praecepsere in hoc negotio, in quo totius vita status eligitur, diu ac considerandum et ad examen vocandum. Amici, inquit et proximi sunt consulendi, ne post factum penitire contingat; immo et bonum videtur, ut experientia solam quid sit mundus, antequam ab illo discedamus. Cur tam cito, dicunt alii, vitam suscipiemus, quae dura, aspera et natura corrupta propensionibus totaliter adversatur? Suum quavis res tempus habet; gaudemus nunc et post aliquod tempus vitam religiosam amplectemur, operibusque penitentias sedulo incumbemus. O maledictam mundi sapientiam, que Dei vocationem destruit et gratiam vocantem suffocat: *hac sapientia, inquit S. Bernardus, est terrena, animalis, diabolica, inimica salutis, suffocatrix gratiae* (serm. in *ecce nos reliqui omnes*). Ab hac autem abhorruit Bernardus sapientia; ipse Deo vocanti nil obsistens, mox ut ad statum religiosum se a Deo vocatum cognovit, relicitis parentibus et terrenis facultatibus, generose, hilariter et prompte Deo ad religionem vocanti obtemperavit. O magna Bernardi virtus! Dein magna quoque virtute emituit in seculo, *qua magno salutis animarum zelo exarsit*.

3. Postquam Cisterciensem Ordinem, in quo nimis tunc vivat vita austeritas, ingredi statuit juvenis Bernardus, eum consanguinei et qui carnaliter illum diligebant, a proposito deterrere et avertire conati sunt: sed frustra. Quin contra sanctus ipse sufflammatus salutis animarum zelo, fratres, socios, amicos omnesque quos religionis iuglo portando idoneos perspiciebat, secum Cistercium ducere pertentavit. Ignitus ille zelus, quo juvenis Bernardi cor accendebatur, primo ad fratres transit, deinde ad cognatos, socios, amicos et alios quoque, quos ad religionem aptos censebat. Nec inanis et inefficax fuit ille sancti juvenis zelus, cum tam ex consanguineis, quam ex aliis, plus quam triginta secum Cistercium adduxerit, ut huic Ordini nomen darent et statum religiosum amplecterentur. Nonnulli in

seculo habentur satanae apostoli, qui alias a semitis justitiae et a via perfectionis avertere conantur, quique tanto ardore vindentur zelo ad perdendas animas, quanto ad eas salvandas sucedebarunt Christi apostoli. Longe alio ducebatur spiritu Bernardus: dum enim adhuc in seculo viveret, non perdere, sed salvare animas conabatur; et ut primum Cisterciensem religionem amplecti statuit; sancto succensus zelo de medio Babylonis, seu de mundo fratres, consanguineos et alios educere et ad religiosam vitam vocare pertentavit. Et tunc zelus domus Cisterciensis et salutis animarum hunc comedere et vorare copit juvenem; nec vani ejus fuere conatus; cum secum plus quam triginta adduxerit socios, ut habitu religioso induerentur. Fatesmur ergo magnam fuisse Bernardi virtutem in seculo. Quid inde mirum si magna virtute praecepsuit in claustro? *magna virtus ejus*.

## II PARS.

*Magna eluzere virtutes ejus in claustro.*

Sanctus Bernardus, qui magnis in seculo floruerat virtutibus, in claustro factus est exemplar perfectionis, sanctitatis norma et speculum mirabile, in quo omnes emittere virtutes et precepit. 1. cordis humilitas; 2. corporis mortificatio; 3. mentis ad Deum elevatio.

1. Cordis humilitas unanimi doctorum consensu habetur ut fundamentum perfectionis, ita ut quicunque ad perfectionis apicem ascendere intendit, prius de humilitatis fundamento cogitare debeat: *cogitas magnam fabricam construere celsitudinis?* De fundamento prius cogita humilitatis (S. August. sermon. 10 de verbis apost.). Bernardus autem, qui a conversione sua principi ad supremum perfectionis gradum pervenire statuerat, cogitavit prius de fundamento humilitatis; nihil tam in votis habuit, quam in claustro delitescere, quamibi abscondi a conturbatione hominum, ibi ab eorum laudibus

declinare, ibique nesciri, despici et pro nihilo haberi. Cumque probe sciret vir sanctus, quod *verus humilis vilius vult reputari*, ipse quidquid in se bonum et laude dignum censebat, pro viribus occulatbat, ut ab omnibus vilis et contemptibilis reputaretur. Dicere conserverat vir Dei, quod *qui hoc facit quod nemo, mirantur omnes* (S. Bern. in sent.); idcirco humilitatis ergo opera extraordinaria palam facere solebat, ne a spectantibus astimaretur. Cumque per eum Deus miracula multa operaretur, verus ille humilitatis cultor, ut famam sanctitatis, quam ipsi tot prodigia conciliabant, penitus destrueret palam asserebat, haec sanctitati sive nullo modo esse attribuenda; *miracula, inquietabat, fuit aliquando per sanctos homines et aliquando per factos: scio autem sanctorum non nisi suppetere merita, que miraculis illustrantur.* O quam magna fuit sancti Bernardi in claustro humilitas! insuper in eo illa viguit humilitas, quam ipse magnam et raram vocabunt: *magna prorsus et rara est virtus humilitatis honorata (hom. 4 super missus).* Quo enim magis honorabatur, eo se magis humiliabat; dum fama sanctitatis ejus per omnem terrarum orbem volabat, ipso se peccatorem et omnium hominum minimum reputabat; dum aliorum oculis omni exceptione major videbatur, ipse se omnium hominum ultimum arbitrabatur; dum a principibus, regibus et summis Pontificibus in summa veneratione habebatur, ipse se omni honore et veneratione indignum censebat. O virum vere humilem! Prater hanc magnam humilitatem, *summa etiam mortificatione Bernardus floruit in claustro.*

2. Cum caro sit infensissimum animae et salutis nostrae inimicus, vult Deus, ut illi bellum indicamus, ejusque motus et concupiscentias prudenti mortificatione comprimamus: *mortificate membra vestra* (D. Paul.). Imo et vult, ut hanc corporis mortificationem semper circumferamus: *mortificationem Domini nostri Jesu Christi in corpore nostro circumferentes.* Bernardus autem, qui in omnibus Deo placere studebat, hanc semper circumferebat mortificationem, eamque ad omnes corporis sensus, necnon ad omnia ejus membra ferebat

et protendebat. *Eam tulit ad oculos, quorum custodia ita invigilabat, ut anno integro in una habitaverit cella, ignorans an in ea aliquod esset tectum, ac juxta lacum Lausannensem totius diei itineri perrexerit, quis unquam se juxta lacum indecere adverterit.* *Eam tulit ad aures, quas ita mortificationis spinis sepiebat, ut ab omnis pravi et vani sermonis auditu declinaret.* *Portavit etiam mortificationem ad lingua, cui raro loqui permittebat, sciens quantum auferat devotionis et quantum afferat dissolutionis intrinsecus frequens linguae resolutio* (S. Ber. de cognit. hum. cord. 11). Summopere autem mortificatione studuit ad gustus et gulae refrenationem; ad mensam enim ibat tamquam ad crucem et quoties sumendum erat cibus, toties tormentum subire videbatur. Buccella panis cum aliquibus sorbitiuncula cibus ejus esse solebat et quoties vinum sibi apponi patiebatur, extremis solum labiis illud degustabat, nec de eo nisi quasdam guttulas sorberat. A primis religionis annis sic gula et gustus mortificatione institerat, ut ipsam quoque suporum discretionem perdidicerit; unde evenit, ut aliquando sagimen crudum pro butyro manducaverit et oleum pro aqua hiberit. Ecce magnam Bernardi mortificationem, qua ad externos omnes corporis sensus extenditur. Nec tamen sufficienter satia sancto abbatu; in proprium enim corpus tamquam in domesticum hostem insurgens, illud jejunis debilitabat, vigilis affligebat, cilicio torquebat, illudque tot macerationibus obruebat, ut vivens non viveret, et vita ejus non nisi quedam proteletio mortis videbatur. Imo et illum salutis sue hostem occidisset, si illum occidere licuisset; et ideo, quasi agre ferret, quod proprium corpus occidere non licet, dicebat: *hostem crudelissimum circumferre et sustentare cogimur et perire eum non licet* (ser. 3 de septem pan.). O magnam Bernardi mortificationem! *Deinde magna in claustro fuit mentis ejus elevatio in Deum.*

3. Ipse enim fuit in sacra meditatione assiduus: omnis ei ad meditandum hora brevis, locus omnis congruus erat. Cor suum sursum elevatum habebat non solum cum in oratorio privato, vel in Ecclesia oraret, verum etiam in quolibet coto et hominum

tumultu, nisi ejus attentionem alibi causa deposceret. Magna semper facilitate animum colligebat et interiori quadam, quam ubique circumferebat, solitudine fruebatur: dumque corpore in medio hominum moraretur, in celo cum Deo et angelis spiritu conversabatur: *nosta conversatio in celis est* (Philip. 3). Ex hac autem contemplatione et assidua cum Deo conversatione orta est ejus cum Christo et Matre ejus beata Virgine Maria familiaritas, que talis fuit, ut Christus ei apparuerit *jam* ut nascens ex Virginis utero, *jam* ut cruci affixus, *jam* perfossum lancea fatus ei ostendens et ad bibendum de pretioso sanguine, qui ex sacro hoc vulnera fluebat, cum his verbis invitans; *bibe Bernarda*. Virginem Marianum meruit etiam singulari quodam privilegio et statua ipsam representante videre effundentem in os ejus lac virginineum. Unde de Christi vulneribus et de Marias umeribus loquens, dicebat: *hic inebrior a vulnere, hic nutritior a lacte* (Gerson serm. de S. Bern.). O magna sancti illius abbatis cum Deo conversationem et mentis ad Deum elevationem. Hunc contemplationis spiritum in Bernardo admirans magius ille Pariensis Cancellarius, eum seraphinum vocat: *te vere beatissimum Bernardum censeo esse unum ex consortio ignitorum illorum spirituum, quos seraphim Scriptura nominat*. Sicut seraphim in sacra Scriptura alas habentes representantur, quia usque ad divinam maiestatis thronum volant, et ut ait D. Hieronymus, *in altioribus commorantur, divinam contemplantes maiestatem* (2 in psal.), ita Bernardus, quasi alter Seraphim, aliis devotionis et contemplationis sursum semper ferebatur et mente ad Deum continue elevabatur. Sicut etiam seraphim raro in terram mituntur, et cum ex ordinatione divina ad hec inferiora descendunt, a Dei visione et contemplatione nunquam cessant, ita Bernardus ad temporalia solum descendebat, quantum officii et nature ratio expostulabat et sicut alter seraphim, mente sursum semper agebatur in Deum, a cuius contemplatione raro cessabat. Magnae ergo extitere Bernardi virtutes in claustro; et magnae etiam fuere virtutes ejus in Ecclesia: magna virtus ejus.

## III PARS.

*Magnae Bernardi virtutes in Ecclesia.*

A sue conversionis initio negotiis se totaliter subtrahere et nusquam e monasterio egredi optaverat D. Bernardus. Quod et satis accurate fecit, donec gravis Ecclesie necessitas et urgens summi Pontificis iussio sum foras exire coegerunt. Tunc autem omnium virtutum spectaculum factus est hominibus, et magnae ejus virtutes, que antea intra monasterii septa latebant, tunc in facie totius Ecclesie apparuerunt, precipue, 1. magna ejus in componendis dissidiis prudentia; 2. magna ejus in reprehendendis vitiis generositas; 3. magna ejus charitas in benefaciendo cunctis.

1. Magna ubique et in omnibus eluxit S. Bernardi prudentia; maxima autem apparuit in componendis dissidiis exortis in Ecclesia ratione schismatis Petri Leonis, qui pontificiam sub nomine Anacleti invaserat sedem. Mortuo enim Honorio, rite a majore et saniore electorum parte in summum Pontificem electus fuerat Innocentius. At vero altera electorum pars pecunias corrupta ausus suos vi et potestate corroborans, Petrum Leonis ad hunc apicem aspirantem fraudulentis machinationibus ad supremi pontificatus honorem sublimavit et Anacletum nominavit. Petrus ille Leonis, sic quomodocumque electus, tamquam verus Leo contra Innocentium rugire et temeraria multitudine pretio corrupta stipatus incedere cepit. Hac de causa Innocentius malitia et viribus ad tempus cedens, procuratis clam navigiis, de ore Leonis et de manu bestiæ cum amicis suis per Tiberim in Tyrrenum mare clapsus, inde prosperis ventis ad portum Pisanium feliciter translatus est et a Pisaniis summo honore receptus. Ab Innocentio in Gallias præmissi fuerant nunci, qui Gallicane Ecclesie nunciarent negotii veritatem et Episcopos hortarentur, ut in ultionem presumptionis accingerentur et, damnata parte schismatica, subscriberent unitati.

Quamobrem ut in commune decerneretur, quid Ecclesia Gallica circa propositum negotium sentiret, convocatus fuit Stampis generalis conventus, ad quem Clariavallensis abbas sanctus Bernardus ab ipso Francorum rega et a precipuis quibusque Antistitibus fuit vocatus. Ubi vero omnes fuere congregati, celebrato prius jejunio et fusis ad Deum precibus cum de prefato negotio tractaturi rex et episcopi cum principibus consedissent, unum omnium consilium fuit, una sententia, ut negotium Dei, Deo committeretur et ex ore Bernardi tota causa penderet. Quod ille onus timens et tremens suscepit, et ponderans electorum moritis, agnita vita et fama Innocentii, omnibusque diligenter et prudenter perspectis que in electione servata fuerant, aperuit os suum, dicens, suscipendum ab omnibus Innocentium summum Pontificem. Iusque judicium ita rectum ac prudens visum est, ut statim omnes eum esse vere summum Pontificem acclamarint. Magna quidem haec prudentia, qua Bernardus Gallos ad Innocentii partas traxit; nec minore usus est dexteritate et prudentia erga Henricum Anglorum regem, quem tandem magna arte et multo labore ad schisma abrenunciandum et ad obedendum Innocentio adduxit. Pari prudentia usus est, ut Rogerium utriusque Siciliae regem a schismate revocaret et ad Ecclesiae unitatem vocaret. Mirabilior autem fuisse videtur prudentia, qua Guilielum Aquitanum ducom pro schismaticis mordicus stantem a proposito avocavit et obtuperandum Innocentio adduxit. Taceo alios multos, quos sanctus abbas a schismate ad Ecclesiam unitatem perduxit; uno verbo dicam, quod prudentia D. Bernardi debeatur schismatis destructio, Ecclesiae pax, et felix hujus negotii eventus. His sane fuit *fidelis servus et prudens, quem constituit Dominus super familiam suam*, seu super Ecclesiam, ut dissidia illa, que totam in duas partes dividunt rem publicam christianam, componeserit. Magna ergo enituit Bernardi prudentia in componendis dissidiis: magna etiam prestitis fortitudine in reprehendendis vitiis et corripiendis peccatoribus.

2. Qui autoritate aliqua in Ecclesia pollent, ad corripienda vita et ad peccatores arguendos specialius tenentur; cuiilibet

enim illorum, sicut et Thimotheo, dieit Paulus, ut peccatores arguat: *argue, obseca, increpa in omni patientia et doctrina* (2 Tim. 4, 2). Quare D. Bernardus, qui tum scriptis, tum predicationibus, tum miraculis, tum virtutibus maximam in Ecclesia sibi conciliarat autoritatem, ad arguendos quoscumque peccatores se teneri credit. Et ideo duces, episcopos, reges, imperatores et omnis generis peccatores, quorum nota et scandalosa erant crimina, fortiter arguit et utiliter increpavit. Arguit Guilielum, Aquitanus ducem, non solum schismaticum, verum etiam schismaticorum protectorem ac famosum peccatorem, qui Pictaviensem episcopum ab Ecclesia expulerat, aliaque multa infanda et scandalosa scelerata perpetraverat; acriter corripuit eum, suaque correptione eum ita ad Deum convertit, ut vir sanctissimum evaserit. Arguit Gilbertum Porretanum Pictavorum episcopum de divinitate male sentientem, cumque ad errorem suum in Concilio Rhemensi publice abjurandum coegerit. Eodem modo Petrum Abayardum, Henricum et alios multos hereticos arguit, increpavit et convicti. Simul et multis arguit episcopos dignitatis et ministerii sui oblitos. Imo et ipsos reges arguere anius est: reges enim Anglie et Siciliae de schismate culpavit et Ludovicum Gallicum regem, de violentia, qua in Parisiensem et alios quosdam episcopos utebatur, libere redarguit. Eadem libertate imperatore investituras episcoporum requirentem increpavit et mira autoritate compescuit. O virum mirabilem, qui sancta generositate et generosa libertate nedum plebejos, sed et quoque magnates ad vitia declinantes, arguere, increpare et arcere non timet. Sepe demiratus sum, quo zelo Joannes Baptista Herodem arguerit, dicens: *non licet tibi habere uxorem fratris tui*. Bernardus autem eodem zelo, eodemque animi robore pollens, duces, principes, reges et alios peccatores reprehendit, ac aperte dixit, quod eis in via peccatorum stare et criminibus suis scandali occasionem alii præbere non licet. Dixit Guilielmo, Aquitanus duci: *non licet tibi schisma Petri Leonis fovere, gula et luxuria indulgere, ac in sentina peccatorum tuorum permanere*. Dixit Gilberto Porretano: *non licet tibi haeresim disseminare et*

novam sectam adversus fidei catholicae dogmata stabilire. Dixit Gallie regi: *non licet tibi episcopos insectari*, eosque a suis Ecclesiis violenter expellere. Dixit imperatori: *non licet tibi ab episcopis investituras requirere*. Bernardus igitur quasi universalis quidam censor, a Deo missus, omnes peccatores publicos cujusvis conditionis et dignitatis fortiter arguebat. Dum ergo magna ejus exitit in reprehendendis vitiis libertas, magna quoque excelluit ipsius charitas in benefaciendo cunctis.

3. Si, ut ait Dionysius Carthusianus, *charitas proximi, quo perfectior, eo liberius se communicat et effundit* (*in Act. Apost. 4, 4*), magna sane fuit sancti Bernardi charitas, quia sanctus abbas cunctis benefaciens et charitate cunctis se communicabat. Fesses enim sublevabat, exsarcientes reficiebat, agrotos sanabat, a demone possessos liberabat. Oculus erat creco, pes clando, pater pauperum, infirmorum medicus et misericorū refugeum. Unde cum D. Paulo dicere poterat: *omnibus omnia factus sum, ut omnes lucifaciām* (*in ej. vit. 3, 2*); quantum enim illi sis era, omnium moribus, qualitatibus et inclinationibus se coaptabat, omnibusque benefaciens, ut omnes Christo lucifaceret. Tanta Christi in homines fuit claritas, ut ubique sua charitatis beneficia imperfret et benefaciendo pertransiret: *petravit benefaciendo* (*Act. 10, 38*). Tanta similiter Bernardi in proximum patnit charitas, ut transeundo hominibus semper benefaceret. Peragravit ille Galliam, Angliam, Germaniam et Italianam; et ubique bona opera operatus est, pertransit benefaciendo. Nunc enim futura prophetabat, nunc cœcos illuminabat, hic a demone possessos liberabat, illic ipsius meritis surdi audiebant, loquebantur muti et paralyticī sanabantur; ubique ignaros erudiebat et ubique agrotos sanabat, itoque miracula in hominum favore operabatur, ut dicat Bellarminus, quod *Bernardus pluribus miraculis claruit, quam ullus sanctus, quorum vita scripte extant* (*Controv. 4, 14*). Ecce hominem, magna in proximum charitate succensus; et ecce etiam hominem magnis fulgentem virtutibus: *magna virtus ejus*. O quot et quante in uno Ber-

nardo virtutes rutilant! O quales sancti hujus viri extitere virtutes! Jamvero quales sumus nos in comparatione illius? Quae corporum nostrorum puritas? Quae nostra obedientia? Quae mortificatio nostra, nostraque charitas? Haec certe et aliae nostre virtutes tamquam nihil habende in comparatione virtutum sancti Bernardi. Exploratores e terra promissionis revertentes dicebant se ibi vidisse gigantes, quibus comparati, ipsi quasi pigmai et locuste videbantur: *vidimus monstra quedam de genere giganteo, quibus comparati, quasi locusta videbamur* (*Num. 13*). Ea quales sumus nos in comparatione sancti Bernardi; ipse enim in via virtutis incessit quasi gigas, et nos quasi locuste; nostreque virtutes cum illius virtutibus conserua, nullius momenti et quasi nihilum esse videntur. Superest ergo in hac sancti Bernardi festivitate, quod gaudemus et quod confundamur: *in sanctorum festivitatibus et gaudeo et confundi debemus* (*S. Bern. s. in vig. SS. Pet. et Paul.*). Est quidem quod gaudemus in hac sancti Bernardi solemnitate advertentes, quod via ille sanctissimus Deum virtutibus suis glorificaverit, quodque iam pro nobis in celis intercedat: est etiam quod confundamur, quia nostra virtutes nullius sunt momenti respectu virtutum ejus. Fuit ille homo nobis similis, passibilis sicut nos, ex eodem luto formatus ex quo et nos, et tamen ejus non seguirunt vestigia, opera non facimus quæ ipse fecit et virtutes, quas ipse securatus est, non imitamus. Confundamur ergo fratres, talique confusione ad studiosius imitandum sanctum Bernardum adducamur. E glorie sua throno, sicut alter Paulus, clamat ad nos: *Imitatores mei estote; itaque imitemur eum in hoc mundo, ut cum ipso in celo regnare valeamus. Amen.*

## CONCIO SECUNDA.

*Magnus vocabitur* (Matth. 5, 19).

Eum dico magnum, qui se omnium minimum reputabat: magnū vocare placet S. Bernardum, qui cum intra solitaria septa monasterii in novissimo loco recumbere quereret, omnium iudicio, ascendere superior et primas totius Ecclesie sedes occupare meruit. Annon vero magnus exitit, qui fuit monachorum norma, summorum Pontificum Pater, Schismaticorum principum flagellum et maximorum totius orbis ecclesiastici negotiorum arbitris? Nimirum quis magnum non proclamet eum, cuius opera extitero mirabilia, doctrina eminens, zelus incomparabilis, regimen suave et amabile; cujusque verba ita fuerit efficacia, ut diuina queque emollirent corda; oratio ita potens, ut penetraret celos, et humilitas ita profunda, ut descenderebat usque ad abyssos. Magnus quidem, multisque modis magnus exitit Bernardus: magnus fuit justitia, temperantia, patientia, charitate et omni virtutum genere; magnus fuit in seculo, in claustrō, in Ecclesia et in orbe universo: magnus exitit coram Deo et hominibus: fuitque ita magnus, ut magnitudinis ejus nulus finis esse videatur. Quam magnus ille fuerit, ista docebit concio. Aze.

Tres in Ecclesia maxime habent dignitates, apostolorum, scilicet, martyrum et doctorum. Magna est in Ecclesia apostolorum dignitas, cum hi solidissima sint fundamenta quibus sustentatur, lumina fulgentissima quibus illustratur et carissimi Dei amici, a quibus nobilitatur. Martyrum etiam magna est in Ecclesia dignitas, cum hi sint generosi milites qui pro ea decertant, athlete fortissimi qui eam tuerunt et clarissimi vicitores qui de inimicis eorum gloriose triumphant. Magna tandem in Ecclesia est Doctorum dignitas, cum, omnium consensu, hi dogmatum ejus protectores, canonum ejus tutores et insurgetum adversus illam Haereticorum sint debellatores et trium-

## Cancio II — De Sancto Bernardo

257

phatores. Magnas quidem haec dignitates et magnus qui earum aliquam possidet. Janvero major et maximus existendus sanctus Bernardus, qui simul fuit apostolus, martyr et doctor. Sanctus illa Abbas suo modo *fuit apostolus* et inter apostolos magnus: *fuit martyr* et inter martyres illustris; *fuit doctor* et inter doctores celeberrimus. Sanctus Bernardus fuit magnus apostolus, magnus martyr et magnus doctor; en tres hujus concionis partes, quibus eum magnum fuisse patet: *magnus vocabitur*.

## I PARS.

*Divus Bernardus fuit magnus apostolus.*

Licet inter duodecim Christi apostolos non annumeretur sanctus Bernardus, *verus tamē fuit apostolus missus a Deo*; *nihilque minus habuit a magnis apostolis* (Baron. an. 1153). Quod certissimum videtur, quoniam ipse cum magnis apostolis 1. reliquit omnia; 2. secutus est Christum; 3. pro hominum salute plurimum laboravit.

1. Refert Theophrastus, quid cum quadam die coram Philippo Macedonia rege et Alexandri Magni patre, a philosophis disputaretur, *qua res esset maxima inter mundi magna?* ex eis respondit unus, montem Olympum esse omnium rerum terrenarum maximam, quia supra median aëris regionem extollitur. Dixit alius, solem esse quid maius omni alia re creata, quia omnes celos et omnia elementa illuminat. Alter et alter senserunt alii, quoque ultimus, cuius ab omnibus accepta et approbata fuit sententia, dixit, nil in rebus humanis majus animo cuncta terrena despiciente, quodque inter homines hic major censendum non qui universum mandum luctaratur, at qui eum contemnit; plus enim est mandum contemnere, quam illum acquirere et possidere. Sic senserat ille philosophus et sic etiam sensit Christus, cuius philosophia coelestis noscitur et divina. Cum etenim ipse esset Dominus omnium, estimavit, paupertatem

voluntariam et rerum omnium temporalium contemptum esse quid majas ipso rerum omnium dominio et possessione et ideo ita pauper fieri voluit, ut nec haberet ubi caput suum reclinaret; ideo etiam voluit, ut apostoli terrena cuncta abdicarent; cui ita obtemperaverunt, ut terrena penitus reliquerint: *ecce nos reliquimus omnia.* Et in hoc Bernardus reputandus vir apostolicus et verus apostolus; consanguineos enim, mundi dignitates, terrenas divitias, ac omnia quo habebat et quo habere poterat, penitus abdicavit. Imo in hoc ipsis apostolis major extitisse videtur, quia illi retia solum, naviculam et alia parvi momenta bona reliquerunt, Bernardus vero amplas domos, magna prædia et facultates plurimas reliquit. Magnus ergo fuisse videtur apostolus, quia terrena omnia reliquit: *ac etiam quia Christus secutus est.*

2. Christum sequi est eum imitari in humilitate, mansuetudine, patientia, charitate et aliis virtutibus. Unde Christus adolescenti cuidam, ad perfectionem vita statum anhelanti, dixit: *veni, seque te, id est, ut explicat Titelmannus, mea imitare vestigia et ex me in omnibus tue vita formam sumas in humilitate, mansuetudine, patientia, charitate, aliisque hujusmodi.* Hoc autem modo Christum secuti sunt apostoli; dixerant enim ei: *ecce reliquimus omnia et secuti sumus te;* id est, ut exponit idem Titelmannus, secuti sumus te *vita imitatione.* Et in hoc etiam Bernardus fuit magnus apostolus: fuit enim cum Christo humilissimus, mitissimus, patientissimus, charitate ardentissimus et aliarum omnium virtutum observantissimus. Christum secuti et imitati sunt apostoli, non solum in humilitate, patientia, mansuetudine et aliis virtutibus, quas cuncti christiani sectari tenentur; ipsi insuper paupertati voluntarie, obedientia religiose, castitati perpetua et aliis virtutibus que altiore perfectionem constituant, firmiter adhererunt: in quo etiam Bernardus se gessit ut verus et magnus apostolus, quia non solum virtutibus, quas omnes christiani proflent, verum etiam altioribus illis virtutibus, quibus servandis ex voto se adstringunt religiosi, perfectissime floruit. Fuit enim obedientissimus, pauperrimus et aliarum apostolicarum virtutum

sector observantissimus. Idcirco fatendum, quod Bernardus fuerit magnus apostolus, quia cum apostolis Christum secutus et imitatus est. Fuit etiam magnus apostolus, *quia cum apostolis pro hominum salute plurimum laboravit.*

3. Proprium apostolorum officium fuit pro hominum salute laborare; ad hoc enim munus obeundum eos Christus vocavit et misit. Ex quo facile quiske reputabit. Bernardum fuisse magnum apostolum, cum its efficaciter pro hominum salute laboraverit, ut multis secularibus ad statum religiosum, plurimos peccatores ad gratiam, innumeros schismatics, hereticos et infideles ad veram fidem adduxerit. Ad statum religiosum vocavit et allexit patrem, avunculum, quatuor fratres, sororem unicam, totque utriusque sexus personas, ut dum adhuc in terris viventer, plus quam centum sexaginta monasteriorum Pater exiterit et ab hoc tempore eorum numerus supra modum creverit; deserta enim tot monasteris et monachis replevit ut vix numerari possint. Quis autem enarrare valeat, quot schismatics, quot hereticos, quotque alios omnis generis peccatores ad Christum, ad Ecclesie greenum et ad viam salutis recovacerit? Norunt omnes famosum illud schisma Petri Leonis, qui contra legitimum Pontificem Innocentium insurrexerat et sub nomine Anacleti supremam Ecclesie sedem usurpaverat. Tunc in duas partes scindatur Christi tunica; Bernardus convocato Stampis episcoporum et principum conventu, adeo eloquenti adversus Petrum Leonem schismaticum authorem disseveruit, ut Galliae regem, regnique episcopos et primates ad subscribendum electioni Innocentii traxerit. Quo peracto, Guillelmum Aquitanum ducem schismatis defensorem miraculose convertit et cum innumeris aliis ipsi adherentibus schismatics ad Ecclesias unitatem rededit. Henricum pariter Anglie et Rogerium utriusque Siciliae regem, cum aliis multis, ad abjurandum schisma et ad Innocentii partem declinandum induxit. Quid vero dicant de hereticis? Quid de Gilberto Porretano, Pictavorum episcopo, qui de Trinitatis unitate et de divinitatis simplicitate male sentiebat? Nonne coram summo Pontifice Eugenio et partibus in Concilio Rhemis congregato, a sancto Bernardo fuit

convictus ei errorem suum publice abjurare coactus? Quid de magistro Petro Abaylardo, qui cum de Trinitate loquebatur, sapiebat Arium; cum de gratia, sapiebat Pelagium; cum de persona Christi, sapiebat Nestorium (S. Bern. epist. 192). Nonne a D. Bernardo de errore fuit convictus? Quid de Henrico heretico, a fide apostata, impudicitiae, gula, aliisque vitiis addicto, qui varios Tolosae aliquis locis circumstantibus errores disseminabat? Nonne sanctus Abbas doctrina ejus adversatus est, *tum* multos ejus sectatores erudians, *tum* multos nuntiantes in fide roboran, *tum* multos subversos ab errore revocans? Alios hereticos subtilioe, pro quorum conversione plurimum laboravit Bernardus, atque ut de omnis generis peccatoribus, de quorum salute valde anxius abatur, aliquid attingam, illud solum hac de re dicam, quod sanctus abbas imperatores iura Ecclesie usurpantes, reges contra episcoporum auctoritatem attentantes, episcopos a sui statim perfectione descedentes, religiosos minus regulariter viventes, clericos professionis sua oblitos, omnesque cuiusvis status et conditionis peccatores liberi suis epistolis et concionibus redarguerit, eorumque plurimos ad meliorem vite frugem aduxerit. Propterea Bernardus merito dicendus apostolus non solum quia cum apostolis omnia reliquit et Christum secutus est, verum etiam quia pro hominum salute plurimum labaravit. *Bernardus fuit etiam magnus martyr.*

## II PARS.

*Dicus Bernardus fuit magnus martyr.*

Martyrii tanta patet dignitas, ut in primis Ecclesia seculis, grassante persecutione, plurimi fugerent et in anbris se abscondent christiani, non quod supplicia et mortem metuerent, imo quis martyrii palma indignos se existimarent: ideo martyrum fugimus non quod timeamus mortem, quae quandoque ventura est; sed quia indigni sumus martyrio, quod

quibusdam, non omnibus datum est. Sanctus autem Bernardus, qui se martyrio indignum censebat, tanta in Christum ardebat charitate, ut pro illius amore sanguinem fundere et martyr fieri optasset. Eisi vero non fuerit martyr sui effusione sanguinis, fuit tamen alii rationibus martyr, magnus martyr et tripliciter martyr; scilicet 1. castitate perpetua; 2. paupertate voluntaria; 3. corporis mortificatione continua.

1. Sicut martyris occiditur corpus, ita castitate perpetua occiduntur impuri concupiscentiae motus; quatenus scilicet homo castus iis resistit, eosque, prout potest, in se extinguit. Et hoc sensu dixit Ambrosius castitate homines fieri martyres: *non ideo laudabilis virginitas, quia in martyribus reperitur, sed quia ipsa martyres facil* (de Virg. 1). Eos quidem martyres facit, inquit Doctor Angelicus, *per necationem corporei delectationis*. Si autem martyris dicitur qui perpetuum servat castitatem, qui carnis voluptates et pravos concupiscentiae motus in se eneat, nullus sane per castitatem magis martyr fuisse videtur, quam Bernardus, qui hujusmodi motus in seipso praeceteris omnibus occidisse videtur. Cruentum corpori suo bellum indixerat Bernardus: illudque jejunii, flagellacionibus, vigiliis et aliis mortificationibus ita castigabat et opprimebat, ut vix in eo aliqui libidinis motus insurgere possent. Accidit tamen aliquando, quod casu et inopinata aliquam fixis oculis junvenculam aspicerit, ex quo contigit ut leves quidam in ejus corpe obirerintur concupiscentiae motus; quos tamen vir ille sanctissimus ad se reversus mox sui ipsius severissimus ulti compescuit. Ipse enim protinus in stagnum frigidissimarum aquarum, quod in proximo erat, collo tenus insilens, in eo permanxit, donec pene exanguis est effectus: quo a Deo obtinere meruit, ut nullus amplius libidinis motus in seipso sentiret. Ecce verum castitatis martyrem, qui concupiscentiae et libidinis motus in semetipso totaliter occidit et extinxit. Praeterea S. Bernardus evasit martyr *voluntaria pauperiate*.

2. Adnotat idem mellifluus Doctor, eandem martyribus et pauperibus evangelicis a Deo mercedem promitti: sicut enim mar-

tyribus, ita et pauperibus dicitur, quod ipsorum sit regnum colorum. Hoe martyribus promittitur, his verbis: *beati qui persecutiōnē patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum colorum:* ac iisdem verbis pauperibus denuntiatur; *beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum colorum.* Cur queso, eadem a Deo martyribus et pauperibus sit promissio? Hoc demiratur sanctus Bernardus; et hanc hujus rei rationem adducit, quod scilicet pauperes spiritu sint cum martyribus martyres, quodque voluntaria paupertas vere martyrium habeatur: *eadem promissio facta est pauperibus et martyribus, quia vere martyri genus paupertas voluntaria est* (ser. I de o[mn]i s[an]cti); illudque sanctus Abbas verum demonstrat ex his, que patiuntur pauperes spiritu; que ita gravia et acerba sunt, ut vita eorum continuum martyrium esse videatur: *quod, inquit, martyrium gravius est, quam inter epulas esurire, inter uestes multas et pretiosas algere, paupertate premi inter divitias?* Si autem voluntaria paupertas martyrium censemur, quis magis martyr Bernardus, qui, canctis pro Christi amore abdicatis, arctioris paupertatis incommoda tuto vita sua tempore perpessus est? Non referam hic, quanta ejus fuerit paupertas, dum esset novitius et juvenis profassus. De eodem narratur, quod postquam factus est Abbas Claraevalensis, tanta in hoc monasterio vigebat paupertas, ut pulmentaria ex foliis fagi ibi sepe conficerentur; ibique parabatur panis ex hordeo et millo, qui talis erat, ut religiosus quidam alienigena, appositus sibi in hospito panem videns, ubertim plorans, clam asportaverit, quasi pro miraculo ostendendum, quod inde homines et tanti meriti homines viverent. Panis ille farfureus, imo et terreus videbatur; cetera quoque cibaria vix aliquid saporis habebant, quia sanctissimi illi viri venenum arbitrabantur quidquid comedentem quomodoconque delectaret. O magnum paupertatem! et quis non credit, tot in hoc monasterio fuisse martyres, quot hujusmodi erant pauperes? Certe hi omnes reputandi viri martyres; et praepucie D. Bernardus, qui ceteros et sanctitate et paupertate antebeat. Ita enim dura et arcta utelatur paupertate in cubiculo, in lecto, in vestitu et

in uestu, ut vita ejus nihil aliud, quam quedam protelatio mortis videretur (vite ej., 3, 6). Ipse autem non solum paupertate voluntaria martyr habendus, etiam continua corporis mortificatione.

3. Martyrum aliud breve et compendiosum, aliud longum et diuturnum; martyrum compendiosum est illud, quod patiuntur, qui pro Christi fide morte plectuntur quod martyri genus *compendium mortis*, seu mortem compendiosam vocat Tertullianus. Martyrium vero longum et diuturnum est illud, quo cruciantur, qui toto vite sue tempore vigiliis, jejuniis, aliquid penitentis, et mortificationibus corpora sua affligunt et quasi continuo trucidant. Unde S. Hieronymus ad Eustochium, de matris ejus Paula obitu scribens, ait, quod gaudere deberet, quia mater ejus martyr occubuit, non quidem sanguinis effusione, atvero per continuum corporis mortificationem, quando longum aequaliter martyrium: *gaudeas, quia mater tua longo martyrio coronata est* (27 in epit. Paula). Longum autem et continuum hoc martyrium passus est D. Bernardus, dum continua maceratione corpus suum cruciavit; in illud tamquam adversus domesticum hostem, totis anima viribus decertavit; continuis vigiliis et jejuniis tentavit, illudque omni mortificationis generi ita obruit, ut penitus defleceret; vitaque ejus nil aliud videretur, quam mors continua et iuge martyrium. Mirabiliter describit Guilielmus Abbas, quanta fuerint Bernardi mortifications eo etiam tempore, quo infirmabatur. Corpus suum, inquit, variis infirmitatibus per se attenuatum, jejuniis insper et vigilis sine intermissione atterebat. Multo tempore cilicio ad carnem usus est; cibus ejus cum pane lac, vel aqua decoctionis leguminum, vel pultes, quales infantibus parari solent. Vino raro et nimis modico utebatur: a communi fratribus labore rarissime se excusabat: unde arctum ejus vivendi modum mirabantur medici; tantumque vim causabantur cum inferre nature, quanta inferretur agno, qui ad aratrum alligatus arare cogeretur. Heu! si dom infirmaretur Bernardus, tam diris mortificationibus suum afflictavit corpus, qua ejus fuere mortifications, cum non infirmabatur! Tunc arctiora erant ejus

jejunia; tunc vigiliae prolixiores et cibi grossiores; tunc semper majora moliebatur ad non parendum corpori; tunc adversus proprium corpus iratus dicat: *cadat armatus iste; cadat et conteratur iniucus homo, contemptor Dei, cultor sui, amator mundi, servus diaboli: reus est mortis, crucifigatur in meditata, c. 7.* Quis ad hæc de Bernardi martyrio dubitabit? Quis non fatebitur, eum vere martyrum extitisse, tum ratione castitatis perpetuae et paupertatis voluntariae, tum etiam ratione continue mortificationis cui adhaesit? Vere Bernardus fuit magnus martyr, ac etiam magnus doctor.

VERITATIS

## III PARS.

*Dicus Bernardus fuit magnus doctor.*

Divum Bernardum in omni doctrina floruisse, eximiumque doctorem extituntur omnes. Ut autem plenus et perfectius dignoscatur, quantus doctor fuerit sanctus ille Abbas, considerandus est in silvis, in predicationibus et in libris: *in silvis, in quibus habitavit; in predicationibus, quas habuit; in libris, quos conscripsit.* Considerandus, inquam, Bernardus 1. *in silvis*, ubi infusam et colestrem scientiam recepit; 2. *in predicationibus*, ubi miram et altissimam effudit scientiam; 3. *in libris*, ubi doctrinam suavem et mellifluam eructavit.

1. Gloriabatur olim Alexander Macedo, quod Aristotelem haberit magistrum; major autem Bernardi gloria, quod non homines, sed Deus magistrum haberet. Ejus enim doctrina desursum erat, descendens a Patre lumine; eam non in Academis, sed in silvis, Deo docente et intellectu ejus illustrante, obtinuerat; de illo enim Gerson in tractatu de libris legendis a religiosis, ait, quod *quercus et fagus docuerunt eum*. Non quod revera eum docuerint, verum quia in silvis, inter quercus et fagos contemplationi rerum coelestium vacanti mirabilem et coelestem Deus scientiam infuderat. Apud hebreos celebris

quædam ostendebatur quercus, cui inniti solebat Abraham Patriarcha, cum familiam suam de divinis mysteriis et de fidei principiis erudiebat; quam quercum vocabant *arborēm doctoris*, Abrahe scilicet. Pariter omnes silvarum, quas incolebat Bernardus, arbores dicti possunt *arbores doctoris*, Dei scilicet, qui tamquam verus sancti hujus Abbatis doctor et magister, has inter arbores illum scientiam colestern et divinam docebat. Ibi eum docebat altissima sanctissima Trinitatis mysteria, profunda predestinationis aternæ arcana et investigabilem divinæ gratiae virtutem. Ibi ei variis Scripturarum aperiebat sensus, abscondita cordium manifestabat et futurorum scientiam conferebat. Has inter arbores Deus docebat illum, quomodo confutandi heretici, comprimendi schismatici, arguendi magnates, peccatores convertendi, instituendi monachū et perfecti ad aliorem vita statum ducendī. In illis tandem silvarum recessibus, has inter quercus et fagos, Christus Dominus, tamquam ejus magister et doctor, ei sugenda offerebat vulnera, dicens: *bibe Bernarde; hauri aquas sapientie de his fontibus Salvatoris: inebrie ab ubertate scientie, que fuit e sacris illis fontibus, fias doctus et scientia celesti replearis.* Ecce quomodo Bernardus doctor magnus fuit in silvis, ubi infusam a Deo recipit scientiam; eum etiam doctorem magnum fuisse patet *predicationibus, quas habuit, in quibus mirabilem et altissimam effudit scientiam*.

2. Aliquamdiu dubitaverat Bernardus, an ita eum Deus contemplationi vacare vellet, ut nulli modo predicationi et animarum saluti operam daret. Cumque super hoc vehementius conturbaretur et contristaretur, post multos cogitationum fluctus et cordis cruciatus, dedit si Deus auxilium in tempore opportuno, suamque super hoc et voluntatione revelavit. Paucis siquidem elapsis diebus, vidit vir sanctus in visu noctis puerum claritatem quadam divina, sibi adstantem et magna autoritate præcipientem fiducialiter loqui quidquid ei suggesteretur in aperitione oris sui, quoniam non ipse esset qui loqueretur, sed Spiritus Sanctus qui loqueretur in eo. Ex tunc autem, in eo et per eum loquente divino Spiritu, miram effundebat scienciam

tiam; tantaque ex ore Bernardi concionantis fluebat eloquentia, ut auditores in admirationem raperet et ad conversionem compelleret. Cum Christus Dominus suos ad praedicandum misit Apostolos, dixit eis: *nolite cogitare quid loquamini; dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini.* Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus Patris vestri, qui loquitur in eobis (Matt. 10, 19). Et revera, accepta hac missione, Spiritus Sancto inspirante loquebantur Apostoli, tantaque eorum effluat scientia, tanta eloquentia, tanta verborum vis et efficacia, ut duriora quoque emollient corda et obstinatores quovis peccatores ad penitentiam allicerent. Quid autem simile in Bernardo intusor? Deus enim misit illum ad praedicandum populis. Quod onus ipse suscepit et suggesterit Spiritu Sancto, ita suavem et efficacem in suis praedicationibus effudit scientiam, ut uberrimos concionum suarum fractus ratularit. Mel et lac erant sub linguis ejus, in labiis ejus diffusa erat gratia: ignitum vehementer erat eloquium ejus; ejusque doctrina ita suavis et efficax, ut ejus sermonibus ad Dei amorem accenderentur tepidi, sceleratores quoque ad Deum converterentur, ac mirarentur omnes in verbis gratiae et scientiae, que de ore ejus procedebant. Bernardus ergo doctor magnus fuisse videtur in suis concionibus, in quibus mirabilem et efficacem effudit scientiam; ac etiam in suis libris, in quibus doctrinam sublimem et suauem tradidit.

3. Sublimis et melliflua Bernardi doctrina, que in privatis colloquis et publicis ejus concionibus olim audiabantur, nobis nunc ex ejus libris immotescit; in quibus stylo mirabili scelera arguit, hereses confutat, magnates reprehendit, episcoporum laxiorem vivendi modum damnat, necnon religiosos desiderat et seculares minus pios acriter pungit. In iis etiam plurimorum sanctorum in celo regnantium elegia textit, perfectionis viam omnes docet, ad devotionem erga beatam Virginem, et ad Dei amorem omnes inflamat; omnibus vita perfectioris leges prescribit, omnibusque altiora fidei mysteria aperit. Mirabilia sunt omnia, que in Bernardi libris leguntur; imo et quid divinum

in eis certatur, *tum quia a Deo fuere inspirata* (1); *tum quia ex ipsis Dei verbis ex sacra Scriptura de propria coalescent.* Scripta enim ejus undecimque veteris et novi Testamenti sententiis, apte dispositis ita conficiuntur, ut ubique Dei sermones loquatur. Sic inserta et quasi invicserata habentur in ejus libris sacre Scriptura verba, ut ejus libri legi nequeant, quin statim sacri legantur codices. Quocumque te veritas, dum aliquod ex Bernardi operibus legis, et sermones Dei tibi occurruunt, quia Dei sermones ex sacra Scriptura sumpti ita in ejus libris disponuntur et inseruntur, ut ex Dei et Bernardi verbis una fiat oratio praeclares concinnata et ex utriusque verbis confetur unum opus, quod simul et Dei et Bernardi opus dici potest. O eximiam et sublimem sancti huius Abbatis doctrinam! quam omnes demirari debent et fateri, Bernardum non solum magnum apostolum et magnum martyrem, verum etiam maximum esse doctorem: *magnus vocabitur.* Tantum admiramini virum, quem omnis ecclesiasticus orbis admiratur; eum vero sic admiramini ut ad meliorem vitae frugem convertamini. Ne similis sitis Judaeis, qui Christum audientes, *mirabantur et non convertebantur* (August.); ita magnus Bernardus admiramini, ut et itidem convertamini et saltem in aliquo tantum virum imitari studeatis. Si Bernardus fuit magnus apostolus, qui pro omnium salute laboravit, saltem aliqualiter apostolica obite munia, et si non omnium, saltem vestre et sororu, qui vobis subiiciuntur, saluti invigilate. Si Bernardus martyr Magnus extitit, tollite saltem crucem vestram, inamissaque vobis a Deo adversitates libenter pro ejus amore portate. Si Bernardus fuit doctor maximus, eos saltem, quos Deus curte vestre commisit,

(1) Ea tempe ratiōne, quia in officio ejusdem Sancti Doctoris Ecclesia testatur: «Multa præterea scriptis, in quibus apparet cum doctrina potius diuinitas inspirata, quam labore comparata instructum fuisse». Toto oculo autem differit inspiratio, qua instruuntur doctores Ecclesie et Aagiographi: illi enim ut homines magnum quidem et celestem sapientiam solent, isti ut divini loquuntur, neque tamquam rationales tute Dei verba infallibiliter referentes ejusque arcana patetfacientes.

in doctrina sana spolice eruditæ. Si autem pro viribus vestris Bernardum imitari conemini, cum ipso in celo aeternum regnabitis. Amen.

## DE SANTO BARTHOLOMÆO

ALERE FLAMMAM  
VERITATIS

CONCIO UNICA.

*Qui adhaeret Domino unus spiritus est (1 Cor. 6).*

Bartholomeum ab Egyptiis regibus originem duxisse crediderunt aliqui; ipsumque eius nomen indicare videtur, quod a Ptolomeis, Ægiptorum monarchis, suam traxerit originem. Bartholomæus enim ideam sonat ac filius Ptolomei. Nec obstat, quod pector fuerit, tantas enim rerum vicissitudines experimur in hoc mundo, ut humiliibus sepe vident obsequiis, qui prouos habent augtos; et aliquando, qui heri in maiestate sublimantur, hodie ad artes humiles et sordidas, imo et ad victui necessaria emendicanda cogantur. Quidquid vero sit de temporali hac et transitoria nobilitate, aliquid in Bartholomæo intuer, quo omnis Christianus eum sublimorem, majoreque dignum honore censembit, nempe spiritum, quo Deo, ut summo bono, firmiter adhaesit. Si etenim, teste divo Paulo, qui Deo vere adhaeret, unus sit spiritus cum eo: *qui adhaeret Domino, unus spiritus est:* nil sane magis, nil nobilius, nilque Augustinus inveniri potest, quam quod quis Deo totaliter spiritu et corde adhaerat. Videamus, quomodo sanctus Bartholomæus Deo totaliter adhaeserit. Ave.

Potest quis adhaerere Deo corde, spiritu et corpore. Adhaeremus Deo corde per amorem, cum scilicet eum ardenter diligimus; ut enim alii sanctus Augustinus, *charitate Christo, non pœna timore, cohæremus* (ep. 144 ad Anast.). Adhae-

mus autem Deo spiritu, per fidem cum nostros captivamus intellectus in obsequium fidei; *is divinitati adhaeret, qui se illi vera fide conjungit* (Cassiod.). Deo tandem adhaeremus corpore per crucem, cum scilicet mortificationem et crucem in corpore nostro propter Deum circumferimus, quoniam nequinus amare Christum cruci adherentem, quin et nos cruci adhaeremus: *ille non amat Christum, qui non amat crucem Christi* (Petr. Damiani, ser. de inv. S. Crucis). Deus considerari potest, ut bonus, ut verus et ut pro nobis cruci affixus; *per amorem autem adhaeremus bonitati nature ejus;* *per fidem adhaeremus veritati mysteriorum ejus;* *per crucem ejus passionibus adhaeremus.* Et his omnibus modis sanctus Bartholomæus bonum existimavit adhaerere Deo; adhaesit enim Deo per amorem, per fidem et per crucem. Adhaesit Deo 1. *per amorem*, quo exarxit; 2. *per fidem*, quam sectatus est; 3. *per crucem* quam alacriter portavit.

## I PARS.

*Sanctus Bartholomæus Deo adhaesit per amorem.*

Amor procul dubio fortius et gloriösus est vinculum, quo Deo unimur, tantoque strictius ei adhaeremus, quanto ardentiore amore erga eum accendimur: *tanto quis conjunctior est Deo, quanto plenior charitate* (S. Bern. serm. 26 in Cant.). Bartholomæi cor scrutari non valamus, ut sciamus, quanto amore arserit; verumtamen si de ejus in Deum amore per externa indicia judicare liceat, certe sanctus ille Apostolus Deo maxime per amorem adhaesit; nam pro ejus amore 1. terrena cuncta contempnit; 2. orationi assidue vacavit; 3. sua pelle excoriari sustinuit.

1. Non vult Deus, ut unam solummodo cordis nostri partem ei offeramus, neque ut una dumtaxat cordis parte, verum ut toto eum corde diligamus: *diligere Dominum Deum tuum ex toto corde tuo.* Non autem tuto eum corde amare possumus,

in doctrina sana spolice eruditæ. Si autem pro viribus vestris Bernardum imitari conemini, cum ipso in celo aeternum regnabitis. Amen.

## DE SANTO BARTHOLOMÆO

ALERE FLAMMAM  
VERITATIS

CONCIO UNICA.

*Qui adhaeret Domino unus spiritus est (1 Cor. 6).*

Bartholomeum ab Egyptiis regibus originem duxisse crediderunt aliqui; ipsumque eius nomen indicare videtur, quod a Ptolomeis, Ægiptorum monarchis, suam traxerit originem. Bartholomæus enim ideam sonat ac filius Ptolomei. Nec obstat, quod pector fuerit, tantas enim rerum vicissitudines experimur in hoc mundo, ut humiliibus sepe vident obsequiis, qui prouos habent augtos; et aliquando, qui heri in maiestate sublimantur, hodie ad artes humiles et sordidas, imo et ad victui necessaria emendicanda cogantur. Quidquid vero sit de temporali hac et transitoria nobilitate, aliquid in Bartholomæo intuer, quo omnis Christianus eum sublimorem, majoreque dignum honore censembit, nempe spiritum, quo Deo, ut summo bono, firmiter adhaesit. Si etenim, teste divo Paulo, qui Deo vere adhaeret, unus sit spiritus cum eo: *qui adhaeret Domino, unus spiritus est:* nil sane magis, nil nobilius, nilque Augustinus inveniri potest, quam quod quis Deo totaliter spiritu et corde adhaerat. Videamus, quomodo sanctus Bartholomæus Deo totaliter adhaeserit. Ave.

Potest quis adhaerere Deo corde, spiritu et corpore. Adhaeremus Deo corde per amorem, cum scilicet eum ardenter diligimus; ut enim alii sanctus Augustinus, *charitate Christo, non pœna timore, cohæremus* (ep. 144 ad Anast.). Adhae-

mus autem Deo spiritu, per fidem cum nostros captivamus intellectus in obsequium fidei; *is divinitati adhaeret, qui se illi vera fide conjungit* (Cassiod.). Deo tandem adhaeremus corpore per crucem, cum scilicet mortificationem et crucem in corpore nostro propter Deum circumferimus, quoniam nequinus amare Christum cruci adherentem, quin et nos cruci adhaeremus: *ille non amat Christum, qui non amat crucem Christi* (Petr. Damiani, ser. de inv. S. Crucis). Deus considerari potest, ut bonus, ut verus et ut pro nobis cruci affixus; *per amorem autem adhaeremus bonitati nature ejus;* *per fidem adhaeremus veritati mysteriorum ejus;* *per crucem ejus passionibus adhaeremus.* Et his omnibus modis sanctus Bartholomæus bonum existimavit adhaerere Deo; adhaesit enim Deo per amorem, per fidem et per crucem. Adhaesit Deo 1. *per amorem*, quo exarxit; 2. *per fidem*, quam sectatus est; 3. *per crucem* quam alacriter portavit.

## I PARS.

*Sanctus Bartholomæus Deo adhaesit per amorem.*

Amor procul dubio fortius et gloriösus est vinculum, quo Deo unimur, tantoque strictius ei adhaeremus, quanto ardentiore amore erga eum accendimur: *tanto quis conjunctior est Deo, quanto plenior charitate* (S. Bern. serm. 26 in Cant.). Bartholomæi cor scrutari non valamus, ut sciamus, quanto amore arserit; verumtamen si de ejus in Deum amore per externa indicia judicare liceat, certe sanctus ille Apostolus Deo maxime per amorem adhaesit; nam pro ejus amore 1. terrena cuncta contempnit; 2. orationi assidue vacavit; 3. sua pelle excoriari sustinuit.

1. Non vult Deus, ut unam solummodo cordis nostri partem ei offeramus, neque ut una dumtaxat cordis parte, verum ut toto eum corde diligamus: *diligere Dominum Deum tuum ex toto corde tuo.* Non autem tuto eum corde amare possumus,

quamdiu terrenum aliiquid diligimus (1); propriea sanctus Bartholomaeus pro Dei amore, et ut Deum perfecte diligere, terrena omnia despexit et totaliter reliquit: *sancus Bartholomeus*, inquit S. Laurentius Justinianus, *cum temporalibus divitias, corporis voluptatibus, ac dignitatis celsitudine posset affluere, propter Deum contempsit omnia*. Bartholomeus, sive quo possidebat, sive etiam quo illi offerebantur, ac omnia penitus mundi bona pro Dei amore contempsit. Unde postquam Polymii regis filiam a demone liberasset, oblati sibi pretiosissima munera generose recusavit, dicens: *ista munera sunt necessaria his, qui terrena requirunt; sed ego nil terrenum, nilque carnale desidero*. Probe sciebat sanctus Apostolus, terrena cuncta nil esse respectu Dei; perfecte callebat artem amandi Deum, cumque non latebat, quod eo minus Deum diligimus, quo ardenter terrena amamus et quod eo Deum perfectius diligimus, quo magis terrena cuncta abijicimus. Itaque ut perfectissime Deum amaret, atque ei totaliter amore adhaeret, sua, sibi oblate et terrena cuncta despexit, parviperdit, pro nihil habuit, ac penitus reliquit. O verum Dei amatorem, qui Deo ita per amorem adhaesit, ut ejus amore accensus, terrena cuncta despexerit! ac orationi etiam indesinenter vacaverit.

2. Qui Deum non amant, illius facile obliviscuntur, de illo raro cogitant, rariusque illum deprecantur et in ejus laudes pro-

(1) Prudenter notanda verba, *terrenau aliiquid diligimus* hic enim a perfecto Dei amore excluditur tantum amor rerum terrenorum, bonorum visibilium, ac omnium, que ratione caritatis hominum quidem nisi inservire, non affectui inflavero debent. Scens dicendum de amore entium spirituum, sive visibilium sive invisibilium, super quo profecta magis signatum est hoc lumen virtutis Dei, que luc de causa adeo diligere tenetur, ut horum dilectionem a Dei dilectione squaluisse non licet. Iuu haec ipsa dilectionis etiam aliquos speciali modo diligere possumus, quin illatenus perfectus Dei amor in nobis teneat, dummodo sincera, pura ac sancta sit huiusmodi dilectio. Hoc adnotasse oportebat, ne quis sub specie puri amoris Dei, dannat tamquam hinc obnoxium omnem amicitiam amorem, qui in sacris scripturis (Eodi. 6) commendatur, et ipsius Christi Domini, aliorumque sanctorum exemplis firmatur.

rumpunt. Qui vero Deum ex toto corde diligunt, crebro illum laudant, orationi assidue insistunt, nilque eis gratius et jucundius, quam Deum factorem suum et redemptorem suum laudare et deprecati: *ex amore Dei producitur in Dei laudibus, orationibus et meditationibus delectari, ac immorari* (Dionys. Cart. de fruct. temp. deduct. 11). Et in hoc sanctus Bartholomeus speciale, quo erga Deum ardebat, amorem ostendit; neque enim aliquoties tantum, verum continue eum orabat, atque ut de eo narratur, centies flexis genibus per diem orabat et centies per noctem. O virum vere orationi deditum et vere amantem Deum, quem sic indesinenter orat et deprecatur! *Oportet*, inquit Christus Dominus, *semper orare et non deficere* (Luc. 18). Estne haec lex data omnibus, ita ut omnes ex praecpte teneantur singulis vites sue momentis orationi incumbere? Nequaquam; est enim tempus dormiendo, tempus comedendo, tempus laborandi et tempus orationi vacandi. Cur ergo dicit Christus, *quod oportet semper orare?* Respondeat sanctus Vincentius Ferrerius, quod ibi Christus alloquatur eos, qui Dei amicitiam sibi conciliare cupiunt; et sic pietatis Salvatoris verba exponit: *oportet, si quis amicus Dei vult esse, semper orare et non deficere* (ser. de S. Barthol.). O quam pauci Deum ita amant, ut eum continue orent! Heu! multi nec semel in die ad Deum mentem elevant, ut auxilium ejus postulant. Janvero sanctus Bartholomeus *habuit specialem amicitiam cum Deo per orationem* (Ibid.); quia ita eum amavit, ut de eo continue cogitaret; ut centies qualibet die et centies qualibet nocte flexis genibus eum oraret. Orationis denum exercitio continue vacabat; haec erat incensum, quod assidue Deo adolebat; sacrificium, quod indesinenter Dei offerebat, adeo ut respirare et orare, imo vivere et orare, unum et idem in Bartholomeo esse videbatur. O mirandum Dei amatorem, qui ita ei per amorem adhaesit, ut continue eum oraverit: *ac etiam propria pelle pro ejus amore spoliari sustinuerit*.

3. Bartholomeus celestibus radiis inflammatus, ac ardissimo Christi sui amore exstantus non modo vestes exte-

riores, seu mundi bona, verum et ipsam pellem deponere, ac vivus excoriari clegit. Non unam dumtaxat, sed trinam pellem amore Christi dimisit: prima, quam dimisit, veteris hominis pellis fuit: *expoliante nos veterem hominem* (Coloss. 3, 9). Secunda pellis, quam exuit, fuit temporalis substantia; ipse etenim rem familiarem, omnem supellectilem, omniaque terrena pro Christi amore dimisit. Tertia pellis, quam gloriosus hic Christi apostolus posuit, fuit ipsa pellis corporis, quae inaudita feritate a carnificibus ei ablata est. Invictus ille Christi martyr cum carne pelle quoque obtulit et immuni cruciati vivus exornatus se ipsum victimam Deo consecravit. Legite in hac Bartholomei pelle sanguinolentos ejus in Christum amoris characteres; videote hic, quanto amore ei adhaesit sanctus ille Apostolus. Quantum amavit qui pro Christi amore cuncta reliquit? Quantum amavit, qui propter Christum non solum bonis temporalibus, sua propria etiam pelle expoliari elegit? Quantum amavit, qui extracta sibi pelle, crux e cunctis corporis paribus manantem, patentes nervos, disruptas venas et salientia viscera aquo animo vidit et contemplatus est? Miror ardentiissimum hunc Bartholomei in Christum amorem; atque itidem cœcitatorem et stultitiam dælio illorum, quorum omne studium est polliculam curare, molliter eam vestire, laute farcire, illicitisque eam voluntatibus fovere. Hi quidem ad tempus gaudent, sed in æternum plorabunt et gementes in inferno vociferabuntur, dicentes: *pellis nostra quasi clibanarus exusta est* (Thren. 5, 10). O quam iis sapientior Bartholomeus, qui ita Christo per amorem adhaesit, ut propter eum sive bonis temporalibus, sive etiam propria pelle expoliari passus sit! Ergo S. Bartholomæus Deo adhaesit per amorem: *ei etiam adhaesit per fidem.*

## II PARS.

*Sanctus Bartholomeus Deo adhaesit per fidem.*

Sancti qui in celo Deum facie ad faciem intuentur, si adhaerent mediante lumine glorie, a quo intellectus eorum ad claram Dei visionem supernaturaliter elevantur. In hoc mundo Deum videre solum possumus in enigmate, mediante fide, qua Deo, ejusque mysteriis firmiter adhaeremus; unde quo major est fides nostra, eo et firmius Deo inhaeremus. Mirum autem in modum Deo per fidem adhaesit sanctus Bartholomeus, cum ipso fuerit fidei discipulus, prædicator et testis. Fuit 1. *discipulus*, qui fidem recepit humiliiter; 2. *prædicator*, qui illam docuit publice; 3. *testis* eam testificatus constanter.

1. De Nathanael narrat sanctus Joannes Evangelista, quod cum sanctus Philippus quadam die eum invenisset, dixit ei, sibi occurrisse Jesum e Nazareth, de quo multa prædixerant prophete et cuius fama undequaque pervolabat. Nathanael autem Christum videre vehementer desiderans, Philippo ad eum invisendum invitanti acquievit, atque simul cum eo venit ad Christum. Cumque vidit Jesus Nathanael venientem ad se, dixit de eo: *ecce vere Israëlitæ, in quo dolut non est* (Joan. 1). Nathanael attinctor, quod a Christo, quem nunquam viderat, agnoscerebatur, ab eo petitum unde ipsam noverat? Cui Christus respondit, quod illum a multo tempore cognoscerebat, quoniam ipsum non latenter ea, quæ ille egerat, dum solus esset sub scena, ubi se a nemine videri putabat: *cum essem sub scena, non te*. Ex tunc in Christum credidit Nathanael, ac confessus est, eum esse Messiam in Lege promissum, eundemque verum et consubstantialem Dei Filium: *respondit ei Nathanael et ait: Rabbi, tu es Filius Dei, tu es rex Israël*. O mirum Nathanaelis fidem! O verum fidei discipulum, qui ut verus Israëlitæ, humiliiter et simpliciter primo intuitu in Christum credit, eumque verum Deum confitetur. Ubique sancti

Petri fides, ut maxima proclamatur en quod post multa signa et miracula, quæ a Christo fieri vidi, cum Dei Unigenitus confessus sit, dicens: *tu es Christus Filius Dei vivi.* Longe tamen major videatur Nathanaelis fides, qui cum primum Christum vidi, ipsum de eo confessus est quod Petras, dicens: *tu es Filius Dei, tu ex rex Israel.* Ecce ergo verum fidei discipulum, qui primo Christi intuitu fidem humiliter et simpliciter recipit. Quis autem est hic fidei discipulus? quis est ille Nathanael, in quo non habent dolus, qui fidem tanta cum celeritate et simplicitate recipi? Hic non est aliud, quam sanctus Bartholomeus, ut docent Rupertus, Jansenius et Tostatus. Adhæsit ergo Deo Bartholomeus per fidem, tamquam discipulus, qui eam humiliter et simpliciter recepit. Deo adhæsit etiam per fidem, *quia fuit predicator fidei, qui illam publice docuit.*

2. Plenissimo sanctus Bartholomeus fidei lumine illustratus, alios eodem lumine illustrare curavit, ex discipulo magister et Doctor fidei effectus; variasque peragravit provincias, ut Christum quem noverat confessus fuerat, populis prediceret, ac tanto zelo et tanta efficacia Christi fidem disseminavit, ut, sic volente et cogente Deo, diamon de eo dixerit, quod *vox ejus quasi tuba cœhens erat;* quis scilicet Bartholomeus fidei doctor et predicator adeo suam exaltavit vocem, ut in extremis terre habitabili partibus audiret. Verum est, quod omnes apostoli, fidei doctores et concionatores fuerint, cum iliam magno zelo predicaverant; tamen omnium vox non est equaliter audit. *Aliquæ* enim eorum predicaverunt in Iudea, ut Jacobus minor; *alii* in locis circumvicinis, ut sanctus Philippus, qui evangelizavit Syriam; *alii* in locis magis remotis, ut sanctus Petrus, qui predicavit Antiochiae; *Bartholomeus extremos terrarum fines penetravit Indorum* (S. Ambr.). Ibi pervenit ejus vox, quasi tuba personata; ibi ingenti zelo fidem christianam predicavit et docuit non solum verbis, verum etiam mirabilibus omnium virtutum exemplis, quæ exhibuit. Bartholomeus procul abiit a Scribis illis et Phariseis, qui sedentes super Moysi cathedralm, dicebant et non faciebant: *dicunt et*

*non faciunt.* Ipse enim predictor fidei constitutas, perficiebat quod alii agendum proponebat. Prædicabat, adorandum esse Trinitatem in Divinis, et ipso centies eam qualibet die flexi genibus adorabat. Doebat, contemnda bona temporalia et ipse ita ea despicebat, ut iis totaliter abrenunciaverit. Dicebat, ab omni impudicitia abstinentum, et ipse virginem profitebatur puritatem. Evangelizabat condonandas injurias, et ipse infensissimis suis hostibus quascunque injurias, licet acerbissimas, condonabat, iisque benefaciebat, qui eum oderant. Unde sicut Joannes in deserto penitentiam verbo et exemplo predicavit, ita Bartholomeus verbis et operibus fidem christianam ad ultimos usque terra terminos maximo zelo annunciat. Dum autem sanctus Bartholomeus adhæsit Deo per fidem, cuius predictor et servulus extitit propagator, adhæsit etiam Deo per fidem, *quam usque ad sanguinis effusionem constanter testificari non destitit.*

3. Dixit Christus apostolis, eos testes futuros ascensionis sue et omnium mysteriorum fidei in Jerusalem et in aliis mundi partibus usque ad terre terminos: *eritis mihi testes in Jerusalem et in omni Iudea et Samaria, et usque ad ultimum terræ* (Act. 1). Haec verba ad omnes diriguntur apostolos; ac præcipue ad divum Bartholomeum, qui defensor fidei Christi usque ad ultimum terræ terminum et qui palam in Lycania, in India citeriore, in Armevia et in ultimis terrâfib⁹ cum testificatus est. Fidem testificati sunt apostoli verbis, sanguine et miraculis. Fidem testificati sunt *verbis*, quæ sub silento præterire non potuerunt mysteria fidei, quæ a Christo didicerant: *non enim possumus, quer vidimus et audiimus, non loqui* (Act. 4). Fidem etiam testificati sunt *sanguine*, quoniam libenter sanguinem fuderunt in testimonium veritatum fidei, quas prædicabant. Fidem tandem testificati sunt *miraculis*, dum quæ prædicabant, miraculis confirmabant: *predicaverunt ubique, Domino cooperante et sermonem confirmante sequentibus signis* (Marc. 16). Bartholomeus autem his omnibus modis Christi fidem perfectissime testificatus est. *Verbis* enim et prædicationibus suis eam usque ad terre fines testatus est.

*Sanguine* etiam illam testificatus est, ut pro Christi fide excoriari passus sit, ac proximè a planta pedis usque ad verticem nullus fuit in ejus corpore locus, ex quo sanguis in testimonium fidei non exiverit. Fidem tandem quam prædicavit, in numeris, hisque magnis probavit miraculis; nam *omne mortuum et languorem in Iesu nomine curavit, mortuosque non paucos, ejusdem nominis potentia, vita donavit* (Nicet. ser. de S. Barthol.). Diæmonibus etiam silentium imposuit, eos sepe ab hominum corporibus expulit, aliusque multæ et maximis miraculis fidem, quam prædicabat, confirmavit: *sicut enim sanctus Petrus operatus est prodigia magna, ita et Bartholomeus fecit miracula valida* (Theod. Stud., serm. de S. Barthol.). Itaque concludamus, quod sanctus Bartholomæus vere Deo adhæserit per fidem: *ei etiam adhæsit per crucem, quam alacriter portavit.*

## III PARS.

*Sanctus Bartholomæus Deo adhæsit per crucem.*

Muli volunt esse cum Christo in monte Thabor et pauci in monte Calvarie; multi cum illo gaudere optant in celo et pauci cum eo pati volunt in terra; socii volunt esse consolationem ejus, non tribulationem; cum eo regnare desiderant, at cum eo cruciari et calicem passionis tubero recusant. E contra sanctus Bartholomæus cum Christo crucem portavit in hoc mundo; illustris enim ille apostolus adhæsit Deo pro crucem, quia propter Deum 1. passus est multa; 2. passus est gravis; 3. passus est diu.

1. De genere martyrii, quod passus est sanctus Bartholomæus, disputant multi. Dicunt aliqui, quod dire flagellatus; ali, quod eruci afflitus; ali, quod excoriatus, et alii, quod decollatus fuerit; verius videtur, quod hec omnia supplicia perpassus sit. Post multos enim variis in locis exanthatos labores, ad maiorem tandem Armenianam perrexit Bartholomæus; ibi daemones,

in idolis loquentes, obtumescere fecit; ibique perpetratis aliis multis miraculis, Polymii regis filiam a diæmonio liberavit. Ex quo contigit, ut rex, regina et ali plures ex eorum domesticis et auxiliis fidem christianam reppererint. Quare Astiages, Polymii regis frater, a sacerdotibus concitatius, sanctum apostolum comprehendere curavit; et primo illum ita flagellari jussit, ut in toto ejus corpore nullus sine vulnere locus romanceret; secundo, eum versis in altum pedibus cruci affigi preecepit. Videns autem Astiages sanctum apostolum in tanto suppicio non desiceret, eum inde deponi et vivum excoriari imperavit, postremo capite truncari. Ex quo patet, quod sanctus Bartholomæus non unum dumtaxat supplicium, sed multa pro Christo passus sit. De omnibus sanctis sancta cantat Ecclesia, quod multa perpessi sint supplicia: *omnes sancti quanta passi sunt tormenta.* Atvero unus Bartholomæus omnia aliorum sanctorum pertulisse videtur supplicia: crucifixus enim fuit cum sancto Petro, cum Paulo decollatus, flagellatus cum aliis pluribus, et insuper excoriatus, quod supplicium omnia aliorum sanctorum tormenta includere et comprehendere videtur, cum illud sit velut supplicium universale, quod ad omnes corporis partes se extendit. Unde cum de illustri illo apostolo dicatur, quod excoriatus fuerit, itidem dicitur, quod tormenta passus sit in capite, in collo, in brachii, in cruribus et in omnibus corporis partibus, in quibus alii sancti passi sunt. Multa ergo vir ille sanctissimus pro Christo subiit supplicia. Si ergo Deo adhæsit per crucem, quia pro ejus amore passus est multa, ei etiam adhæsit per crucem, *quia pro ejus amore passus est gratia.*

2. Heu! quam gravia pertulit in longinquis itinerationibus, quas terra marique sine pera et sine baculo suscepit! Quanta passus est ludibriæ, quantas irrisiones, quanta maledicta a Gentilibus et Barbaris, quibus Christum crucifixum prædicavit! Quanta a diæmonibus, quorum regnum destruebat, a sacerdotibus, quorum pravos mores arguerat, et a philosophis, quorum doctrinam ut falsam confutabat! Modo ut veniamus ad ultima que subiit supplicia, quid gravius, quam flagellis et fustibus cœli ita fortiter, *ut miraculum fuerit, quod in hoc supplicio*

*non moreretur?* (S. Vinc. Ferr. ibi). Quid acerbius, quam cruci affigi capite deorsum verso et in hoc situ fixarum et vim clavorum in pedibus tolerare? Amplius quid gravius et dirius ex cogitari potest, quam speciale sancti Bartholomaei tormentum, excoriatio scilicet et pellis a corpore violenta avulsio? Nec enim excoriari et pelle exui potuit, quin simul cum pelle avelleretur caro, disrumpente nervi, aperirentur venae et sanguis ex omnibus corporis partibus copiosissime fluaret. O immane supplicium inaudita feritate inventum! O ferinus et barbarum torquendi modum! O tormentorum maximum et ut ita dicam, tormentum tormentum! Dic flagellationem, die dentium eradicationem, die oculorum avulsionem, die capitis amputationem, die quod volueris tormentum, nullum, meo quidem sensu ac iudicio, ita grave et acerbum dices, ut excoriationem et violentam pellis avulsionem, quod sane supplicium ad omnes corporis partes se extendit, easque omnes gravissime et diu torquet. Asserunt theologi, quod nullus unquam martyr tam gravis passus sit tormenta, quam Christus; quodque dolores quos pertulit Salvator, omnes aliorum hominum dolores superaverint. Jamvero licet absolute loquendo martyrum tormenta Christi supplicia sint imparia, Bartholomei tamen supplicia ad gravitatem eorum que passus est Christus, non parum accedere videntur; fuit enim flagellatus et crucifixus cum Christo et insuper per pellis avulsionem ita fuit toto corpore sauciatus, ut n' plantis pellis usque ad verticem nulla in eo sanitas remanserit. Unde Bartholomeus a Niceta vocatur *crucifixi discipulus*, quia scilicet magistrum summum Christum perfecte imitatus est in gravibus, que pertulit, tormentis. Demum si sanctus Bartholomeus Deo adhaesit per crucem, quia pro ejus amore gravis passus est, ei etiam adhaesit per crucem, *quia pro ejus amore passus est diu*.

3. Tormenta, ex se quidem levia, diuturnitate sunt gravia et ea que ex natura sua sunt gravia, duratione sunt terribilia et intolerabilia; in suppliciis enim nihil acerbius, terribilis nihil, quam duratio eorum juncta cum gravitate. Tormenta ex se gravia modo cito transirent, non acerba multum viderentur; cum autem gravia simul et diuturna sunt, nil hoc terribilis.

quia illa diuturnitas tormentis ex se gravibus intolerabilem quandam addit acerbitatem. Sicut enim tormentorum omnium, que patientur damnati in inferno, consummatio sumitur ab eternitate, seu ex hoc quod sint in eternum duratura, ita et in hujus mundi suppliciis nihil terribilis, quam duratio eorum juncta cum gravitate. In tormentis autem que pertulit Bartholomeus non deficit diuturnitas; in his simul cum gravitate adfuit duratio: ejus martyrium acerbum simul fuit et diuturnum, multis enim diebus in tormentis persistit: imo nec mortuus est ipsa die, qua crucifixus et excoriatus fuit; ipse miserando hoc in statu vixit et praedicavit usque ad proximum sequentem diem, in qua decollatus obiit. Cumque pelle nudatus, adhuc vivens permansisset et excoriatus Dominum predicaret, ac multis tantum cernentes miraculum convertisset, jussu regis decollatus est die sequenti (Pet. de Nata.). O quam diuturna fuere hujus sancti tormenta! O supplicia duratione sua vere terribilia et importabilia! Ideo o quam perfecte Deo adhaesit Bartholomeus! *Ei adhaesit per amorem*, qui pro ejus amore terrena cuncta contempsit, orationi assidue vacavit et propria pelle expoliari sustinuit; *ei adhaesit per fidem*, quoniam fuit fidei discipulus, predictor et testis: *ei adhaesit per crucem*, quia propter Deum passus est multa, passus est gravis, passus est diu. O apostolum vera adhaerentem Deo! Jamvero quam pauci eum imitantur! Quam pauci Deo adhaerent et sincero corde dicunt: *mihi adhaerere Deo bonum est!* Multi adhaerent merecibus, aliisque obscenis carnis et lascivis voluptatibus; multi divitiis et bonis temporalibus, multi honoribus et mundi dignitatibus, pauci vero totaliter Deo adhaerent, eique se omnino consecrant. O fratres dilectissimi, adhaeremus Deo per amorem, ita ut ejus amore semper ardeamus et pro ejus amore bona multa operemur. Adhaeremus ei per fidem, ita ut omnia fidei mysteria firmiter credamus et fidem nostram operibus ostendamus. Adareamus tandem ei per crucem, ita ut quidquid durum in lege Domini occurrit, viriliter patiamur. Tollamus crucem nostram et illa usque ad celum nos elevabit, ut ibi in eternum Christo adhaeremus et cum ipso regnemus. Amen.

## DE SANCTO LUDOVICO GALLIÆ REGE

## CONCIO UNICA.

*Esto fidelis usque ad mortem et tibi dabo  
coronam vite (Apoc. 2 10).*

ALERE FLAMMAM  
VERITATIS

Tanta multorum terre principum est iniquitas, at cum filios, domesticos et omnes subditos sibi fidèles esse volint, ipsi tamē Deo suo, cuius filii, domestici et subditi sunt, fidèles esse nolint. Principes illi, qui aliquibus dominantur hominibus, agre ferunt et saepe irascentur, si vel in minimo infidelis deprehendatur aliquis ex famulis; ipsi vero adeo inique se gerunt cum Deo, cui omnes famulantur creature, ut in multis quotidie ei infideles se prodant. Sanctissimus autem Galliæ rex Ludovicus a suis utique fidele exigebat obsequium, verum et itidem ipse Deo suo fidelissimis permanebat, ejusque in Deum fidelitas usque ad mortem constantissima fuit. Et ideo in hoc mundo regia redimitus corona, etiam aeterna et nunquam peritura in celo corona decorari meruit: *esto fidelis usque ad mortem et tibi dabo coronam vite.* A sola hac in Deum fidelitate panegyricam sancti regis Ludovici orationem elicere statui; nec magis illum laudare possum, quam cum illum Deo fidelissimum extitisse dicam, quia omnis homo Deo perfecte fidelis humilissimus haud dubie, patientissimus, charitate ferventissimus et in omni virtutum genere perfectissimus habetur: propterea sanctum Ludovicum laudent oratores alii a regia dignitate qua floruit, a multitudine avorum et pravorum, qui Gallicum sceptrum gloriose gestant, a praeclaris corporis et animi dotibus, a prudenti regimine, a dexteritate in gerendis negotiis, a regia liberalitate et magnificencia, illum ego solummodo laudabo a maxima fidelitate, quam erga Deum praestitit. Ave.

Fortuna (1) que semper, ubique et erga omnes mobilis et inconstans esse solet, suam respectu magnatum potissimum manifestare videtur inconstantiam: eos enim exaltabit et humiliat, extollit et deprimit; atque a bonorum culmine in dedecoris et miseriarum abyssum illos sepe projicit et precipitat. Hac facile adnotari possent in multis principibus, aliisque magnatibus, quos sacri et profani recensent historici. Ne tamen alio nostra evagetur oratio, sanctum solummodo inspiciamus regem Ludovicum, qui et prospera et adversa agitatus fortuna, vel potius ex sapientissima providentia divine ordinatione, nunc prosperis, nunc adversis rebus est usus. Quae enim major prosperitas, quam Ludovicus supra regnum Galliæ thronum pacifice sedentis, ibique a cunctis honore excepti et omni honorum genere affluenter? Quae contra major adversitas, quam Ludovicus longissime a regno commorantis, inter infideles negrotant, captivi et quasi ab omnibus derelicti? Contemplum sanctissimum illum principem in utroque hoc prosperitatis et adversitatis statu positum, ac videamus quomodo semper Deo fidelem se servaverit. Sanctus Ludovicus 1. fidelis Deo in statu prosperitatis; 2. fidelis Deo in statu adversitatis, en duplex hujus concionis argumentum.

(1) Hoc verbum *fortuna* quid sapit alienum a fide et sensu christiano. Divina namque Providentia empta regi, et in manu Dei esse hominum sortes fidei et ipsi ratione constat. Satis autem laudenter fideles portat Christus Dominus ad hanc amper suspicendam Providentiam Patris celestis in re quacunque etiam minima; sit enim *Vestri capilli capitū omnes numerati sunt;* et, *Capillus de capite nostro non periret.* Hujusque veritatis pene innumera habentur in sanctis libris testimonia. Ideo quam maxime debet hoc verbum *fortuna* ablegare a sermone christiano, et a fortiori, a sacris concionibus.

## I PARS.

*Sanctus Ludovicus fidelis Deo in statu prosperitatis.*

Qui magna in mundo prosperitate gaudent, plerumque contra Deum tam infideliter se gerunt, ut peccatis se dedant et a virtutum exercitio abstineant. E converso sanctus Ludovicus Deo fidelissimus permanxit in statu prosperitatis, in quo semper declinavit a malo et fecit bonum. In hoc, inquam, statu 1. ab omni declinavit malo, ad quod prosperitas alicet; 2. Omne perfecit bonum, a quo prosperitas avertire solet.

1. Ad mala plurima inclinat prosperitas; hec multorum dicens origo malorum, aqua maligna parens, ex qua fere omnia nascuntur peccata. Ut enim ait sanctus Thomas a Villanova, *prosperitas facit hominem obliosciri Dei et sui: prosperitas facit eum superbam, mundanum et vitiosum: prosperitas facit hominem obliosciri futura gloriae et mortis et inferni: prosperitas replet hominem vitium et peccatis usque ad summum* (ser. de martyribus). Quae omnia quam vera sint, omnibus apertum et manifestum patet; certum est enim, quod homines ad hujusmodi vitia aliciat et plerumque trahat prosperitas. Verumtamen Ludovicus in prosperitate sua ita Deo fidelis mansit, ut ab omnibus his vitiis alienus et toto enlo se elongaverit. In prosperitate enim minime oblitus Dei et sui, Deo semper placere studuit, siveque saluti solicite invigilavit; in prosperitate non superbus et mundanus, humilitatem studiose sectatus est, mundique gloriam et pompan generose despexit; in prosperitate non est oblitus paradisi, cuius felicitatem ambivit; nec inferni, cuius supplicia pertinuit; nec mortis, quam continue mente revolvit et ad quam summa solicitudine se praeparavit; prosperitas tandem non eum replevit vitiis usque ad summum, quin contra ab omnibus peccatis summa cura abstinuit, milliesque mori, quam vel unicum mortale perpetrare maluisset. Dei altitudinem pertimescebat re-

gius propheta, dicens: *ab altitudine diei timebo* (Psal. 55). Cur non potius noctis tenebras et obscuritatem, quam diei altitudinem timet? que vero hujus formidinis causa? Cur diei altitudinem reformidat? Timore deberet ursos et leones, cum quibus docerat; gigantem Goliath, contra quem in singulare certamen descendit; Saulem sibi infensissimum, vel formidandos hostium suorum exercitus. Hac quidem pertimescenda; nam que causa timendi altitudinem diei, que homines recreat, arbores fovet, terramque fecundam et fertilem reddit? Magna quidem eam timendi inest ratio; per altitudinem enim diei intelligitur mundi gloria et prosperitas summopere quidem formidanda, quia homines, nisi orga Deum fidelitatem certent, in vitorum omnium abyssum trahere et perdere solet: *prosperitas stultorum perdet illos* (Prov. 1, 32). Sanctus Ludovicus, in diei altitudine et in summa prosperitate, qua gaudebat, sic Deo fidelis permanxit, ut superbus, inflatus, libidinosus, iracundus et aliis quibusque vitiis deditus nunquam fuerit; nec quocunque saltum mortali peccato animam suam inquinaverit. Dixerat ei pia mater, quod illum mortuum, quam mortali peccato inquinatum, videre mallet et ipse etiam in prosperis et in media mundi prosperitate constitutus, mori, quam mortali peccato foedi, libenter praelegisset. Adversus Deum non murmurabat populus Israëliticus, nec gravibus se inquinabat peccatis, cum sub duro Pharaonis jugo ingemiscobat, cum continuo laborabat, crebro vapulabat, poris dumtaxat vescebatur et aliis, ac omnimoda adversitate affligebatur; atvero postquam manna et carnes comedit in abundantia; postquam coturnicibus saturatus est; postquam Deus constitutus eum super excelsam terram ut comedaret fructus agrorum, butyrum de armentis et lac de ovinis cum adipe agnorum et arietum; postquam, inquam, a statu adversitatis ad statum prosperitatis migravit, *incrassatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem suum* et ad innumera peccata declinavit; ac at loquitur propheta, *ex adipe, seu ex abundantia et prosperitate, proditi iniurias eorum*. Quid autem huic populo accedit, hoc et accidere solet omnibus qui abundantia et prosperitate gaudent; nisi enim vim sibi

inferant et divinis gratiis auxiliis fidelites non cooperentur, in gravia facile incident peccata et ut ait Hugo cardinalis, ex adipe, seu prosperitate eorum *superbia, oblitus Dei, contemptus Dei, transgressio mandatorum Dei, ingratitudo, luxuria, iugia, oppressio pauperum, multaque alia crimina procedunt*. Hec eadem sancto Ludovico accidissent, si in prosperis Deo fidelis hand vixisset; tanta autem ejus in Deum fuit fidelitas, ut in omni rerum abundantia et prosperitate omnia devitaverit peccata, ad quae alicere solet prosperitas. In prosperitate enim, qua fruebatur, Deum non contempsit, nec ejus oblitus est, cum laudibus ejus sedulo incubuerit, summaque solicitudine eum glorificare, ejusque gloriam promovere studuerit. In mundana quo gavissus est prosperitate, in Deum non fuit ingratus, nec mandata ejus contempsit, cum se, saeque millies ei obtulerit, ejusque mandata perfectissime servaverit et a suis servari curaverit. In prosperitate tandem fodus se non inquinavit libidinibus, pauperes non opprescit, nec aliud quodquam grave perpetravit peccatum, cum omnia luxuriae inquinamenta horruerit, pauperum calamitates omnibus modis sublevare conatus sit, ac ipsam peccati umbram timuerit, omniaque peccata tanto studio declinaverit, ut nunquam mortaliter peccasse credatur; milliesque mori, quam mortaliter peccare, maluisse: sanctus ergo Ludovicus Deo tempore prosperitatis fidelis permanxit, cum in hoc statu ab omnibus abstinerit peccatum, ad quae homines inclinare solet prosperitas; mansaque etiam Deo fidelis in prosperis, *quia omne perficit bonum, a quo prosperitas avertere solet.*

2. Sicut prosperitas ad omne malum inclinat, ita et ab omni bono, omniumque virtutum exercitio avertit; aut saltem ita infirmi, dabiles et insensati fieri solent homines, ut ex prosperitate, honorumque temporalium abundantia minus religiose vivendi et bonis operibus non vacandi occasionem sumant. Sciant utique, quod tunc majori conatu Deo servire, bonisque operibus insistere debeant, cum temporalia bona ab eo abundantius percipiunt et cum prospera iis ridet fortuna; atamen nescio quo fato, aut qua cordis perversitate, ita in Deo iniqua-

delinquunt, ut plerunque tunc minus studiose ei servant, cum plura ab illo bona recipiunt et cum majori prosperitate gaudent. Non sic autem Ludovicus: abhorruit a tanta in Deum infidelitate; cor ejus non vitiavit mundana prosperitas, nec sanctissimum hunc virum a bonorum operum et christianarum virtutum exercitio quomodoconque avertit. Omni enim tempore et quantumvis prospera potiretur fortuna, totus virtuti, totus bonis operibus, totusque Deo extitit, ac semper et ubique visus est mente tranquillus, corde benignus, eloquio dulcis, doctrina fidelis, humilitate sublimis, aquilite praeciarus, castitate perfectus, zelo glorie Dei accensus, pietate religiosus, cunctisque sanctitatis operibus exornatus, et iis præcipue, quibus carere solent, qui magna in hoc mundo prosperitatē fruuntur. Nostis, quod qui prosperitate gaudent, plerunque ab omni corporis mortificatione abhorrent et ad illicitas voluptates facile declinet. At Ludovicus in media mundi prosperitate duro corpus suum sepe vexabat cilicio, acerbis jejuniis, aliquique mortificationibus carnem suam affligebat, ac simul cum divo Paulio apostolo, corpus suum castigabat et in servitium redigebat. Qui mundi prosperitate fruuntur, superbi, aliquo despicerre solent. Sanctus Ludovicus eo semper humilior, quo major et felicior evadet, tantaque ejus erat humilitas, ut ipsis pauperibus summo affectu ministraret et eorum sepe peribus humiliiter procumberet. Quolibet enim sabbato in loco secretissimo aliquot pauperum suis manibus abluebat pedes, lotos tergesbat, tersos osculabatur, ac crebro centum et viginti pauperibus, qui in ejus aula quotidie abundanter reficiebantur, suis manibus cibos apponebat, neconon quæ illis supererant, fragmenta quandoque manducabat. O miram Ludovicī humilitatem, cuius magna quoque in pauperes et infirmos patuit charitas et liberalitas. Certum est, quod qui prospera gaudent fortuna, pauperes et infirmos despiciere, nullumque eis auxilium et subsidium præbere soleant. S. Ludovicus in zenodochiis infirmos invisebat, nulliusque infirmi deformitatem ant sordes refugiens, iis nonnunquam ferula flexis genibus ministrabat, ac nulli indigentis non forebat opem; ac præcipue fratribus Dominicanis et Franciscanis, ali-

isque qui divino cultui et animarum saluti vacabant, quibus largissimas eleemosynas erogabat. Unde non secus ac Job, dicens poterat: *oculus fui cæco et pes claudio, pater eram pauperum* (19, 15). Miramini sanctum Ludovicum qui in prosperis ita Deo fidelis manet, ut ab omni peccatorum genere declinet et omnium virtutum, bonorumque operum exercitio sedulo incombatur. O utinam illum ut vita sua exemplar inspicterent et imitarentur quicunque secunda gaudent fortuna! Verum, heu? hi plerumque non sanctum Ludovicum, sed divitem epulonem imitantur. Hi in prosperitate sua a vitis non abstinent et bonis operibus non incumbunt, sicut Ludovicus; at instar divitis epulonis, abdomini, luxii, superbae, aliquo vitis indulgent: propterea timendum, ne in die iudicii Deus cuique illorum, sicut avaro diviti, dicat: *fili recordare, quia receperisti bona in vita tua* (Luc. 16). Timendum, ne simul cum hoc helluone ineffabilibus paradisi gaudis in aeternam priventur, *qua difficile est, immo impossibile, ut presentibus et futuris quis fruatur bonis; ut de delictis transeal ad delicias* (S. Hier. in 7 Ezech.). Hoc timete et imitamini sanctum Ludovicum qui Deo fidelis fuit in statu prosperitatis; ac etiam in statu adversitatis.

## II PARS.

*Sanctus Ludovicus Deo fidelis tempore adversitatis.*

Non contentus Ludovicus in medio prospicatum omni virtutum generi incubuisse, sciens utique, quod virtus in infirmitate et adversitate perficitur, adversis multis probari complacuit. Ac de causa unam et alteram navigationem ad longinas Saracenorū regiones suscepit, ubi a regno suo quasi exul, duram servitatem, graves morbos et alia multa adversa pertulit. In omni autem adversitate Deo prorsus fidelem se custodivit, 1. quia in omni adversitate Deum semper benedixit; 2. quia in omni adversitate se semper ad divinam voluntatem conformativit.

1. Honoris divini zelo successus Moyses in populum, qui vitulum aureum confaverat et adoraverat, vehementer exarsit: utque alios ad tantam Deo irrogatam injuriam secum ulcisendam aliceret, clamavit: *si quis est Domini, jungatur mihi* (Exod. 32). Similem in modum Ludovicus, sciens Deum in partibus Orientalibus despici, loca sancta profanari, Christumque ibi blasphemari, non adorari, sancto accensus zelo, ingentem collegit exercitum, cum quo mare trajecit et primo prælio Saracenos fugavit; deinde cum magna militum multitudo postiudum portisset, victus ipse captusque est. Rebus tamen postea cum Saracenis compositis, liber rex simul cum suo exercitu dimissus patriam repetit. Qui dicat, quam gravia et quam multa in hac peregrinatione passus sit Ludovicus? Quis exprimat, quam durum et acerbum ei fuerit, diu a regno elongari, in servitatem redigi et ab infidelibus despici? Gravissime sane exitere quas tunc perppersus est adversitates; elapsa tamen aliquot annorum curieculo, cum fama undique vulgaretur de vastatione et perculis Terræ sanctæ, ipse, instar Matathiae, mala gentis christiane et sanctorum agre ferens, Deo ipsum movente, alteram suscepit navigationem cum tribus filiis suis, regni proceribus, magna nobilium et populi multitudine. Qui omnes ad Carthaginis portum, qui a Tunetio hand procul abest, feliciter appulerunt. Ibi vero non multo elapso tempore, cum castra in Saracenorū conspectu posisset Ludovicus, pestilentia correptus, e viris excessit. Miramini ferventem christiana religionis zelum, qui in Ludovicu ita ardebat, ut illum tot adversis se expondere cogeret; unaque miramini sanctissimi regis illius fidelitatem, que tanta extitit, ut in omni adversitate, tribulatione et angustia Deum benedixerit. Similis non fuit Ludovicus pessimis illis christianis, qui in adversitatibus Deo maledicunt et insurgunt adversus Altissimum; si temporalium jacturam patiuntur, injustitiae Deum accusant; si lite cadant, contra Deum blasphemant; si moriatur primogenitus, maledicta evomunt. Non sic Ludovicus; ipse adveniente quacunque adversitate, Deum oravit, et benedixit. Cum vidiit ingentem suum exercitum acerbis infirmitatibus et morte vastari, benedixit Dominum; cum a bar-

baris gentibus captus servitatis sensit oppria, benedixit Dominum; cum lethali est morbo corruptus, benedixit Dominum ac instar regii prophete, in omni adversitate et omni tempore Deum benedixit: *benedic Domini in omni tempore* (Psal. 33). Nonnulli tunc tantum erga Deum fideles se ostendunt, illique benedixunt, quando abundant secularia, quando multitudo frumenti, olei, vini, auri, argenti, mancipiorum, pecorum, salusque ista mortalitas incorrupta persistit, quando ea que nascuntur, crescunt omnia, nihil immatura morte subtrahitur, felicitas tota abundat in domo, circumfluit omnia (August. in Psal. 33). At, inquit Augustinus, non solum tunc benedicendus Deus, cum omnia nobis prospere eveniunt; laudandus etiam in omnibus adversitatibus nostris. *Tunc benedicendus est Deus, quando ista dat, et aliquando ista tollit, quia ille dat, ille tollit; sed seipsum a benedicente se non tollit.* Et ut ait D. Hieronymus, *hæc virtus est maxima, ut in ipsis periculis atque misericordiis Deo gratia referantur et semper dicamus; benedictus Deus* (in c. 5 ep. ad Ephes.). Enim mirabilem virtutem, qua præstítit B. Ludovicus; ipse enim Deum benedixit in omni tempore: non solum illum benedixit, cum omnia prospera; verum et cum omnia ipsi aduersa cederent, illum benedixit, cum feri maris fluctibus jactaretur; illum benedixit, a barbaris captus et in servitudinem redactus; et illum præcipue oravit, laudavit et benedixit, cum ad mortem infirmatus est. Tunc enim orationi, Déique laudibus studiosius incubuit et sepe andiebatur modo dicens: *Fac nos, Domine, prospera mundi despiciere et nulla ejus aduersa formidare;* modo vero dicens: *adorabo ad templum sanctum tuum et confitebor nomini tuo.* In adversitate ergo fidelis Deo persistit sanctus Ludovicus, cum in ea illum semper benedixerit; ac etiam cum tunc ad ejus voluntatem se semper conformaverit.

2. Perfecti, summeque Deo fideles habentur, qui omni et præcipue adversitatibus tempore suam divine conformant voluntatem et qui Deo instar regii prophete, semper dicunt: *paratum cor meum Deus, paratum cor meum* (Ps. 56, 10); seu, ut

exponit sanctus Bernardus, *paratum cor meum, quantum ad prospera; paratum cor meum, quantum ad dura et adversa* (ser. 2 in cap. *jejun.*). Heu! tamen quot suam divine præferunt voluntatem, quot iniqui, ingrati, Deoque infideles voluntati ejus crebra adversantur! Quam multi, advenient quavis tribulatione, in Deum murmurant et in blasphemias erumpunt! Quam multi, si morbus ingrat; si filii, si uxor, si bona temporalia auferantur, confessim in lamenta, in suspiria, imo et in mormura, nec noui in graves adversus divinam voluntatem. Deique providentiam querelas dissolvuntur! Totus sane mundus protervis his repletur filii nequam et obsecratis, qui in adversitatibus divina repugnant voluntati. Sanctus Ludovicus ita in omni tribulatione et adversitate se Deo fidem exhibuit, ut semper id voluerit, quod Deus; seque semper ad divinam voluntatem penitus fixerit et conformaverit. Similis fuit vir ille sanctissimus supernis illis Dei ministris, qui voluntatem ejus quam fidelissime in omnibus adimplent; *ministri ejus, qui facitis verbum ejus* (Ps. 102). Similis fuit sancto Paulo apostolo, simulque cum illo in omni adversitate dixit: [Domine, hoc volo, quod et tu. *Domine, quid me vis facere?*] Similis fuit Christo Salvatori, quis in omni tribulatione et angustia suam divine conformans voluntatem, semper dixit: *Domine, fiat voluntas tua.* Cum inspirat Ludovicus Deus, ut a regni finibus exeat, necnon ad exterias, longinas et barbaras nationes perget, voluntati divina ex animo obtemperat, dicens in corde suo: *Domine, fiat voluntas tua.* Cum, sic volente Deo, grassantibus contagiosis morbis totus infestatur et vastatur ejus exercitus, mox divinam adorat voluntatem, intus dicens: *Domine, fiat voluntas tua.* Cum a Saracenis capturatur, captivusque detinetur, non murmurat, non conqueritur, humili corde protestatur: *Domine, fiat voluntas tua.* Dum pestilenta plectit et instantis mortis terroribus circumdatur, labii suis non peccat, nec minimum quodque adversus Dei providentiam verbum profert; semper divinæ suam captivans et contemperans voluntatem, percussentis Dei manu exosculatur, semperque in corde suo dicit: *Domine, fiat voluntas tua.* Non possum sanctum Ludo-

vicum variis probatum tribulationibus contemplari, quin pretius in mente veniat sanctissimus propheta Job, qui tot, et gravissimis pressus adversitatibus, dum semper laudat, ejusque se incunctanter voluntati conformat, semperque ait: *sicut Domino placuit, ita factum est* (Job. 1). Jam unus ad eum accedit vocans, dicens: *irruerunt Sabaei, tuleruntque omnia et pueros percusserunt gladio.* Mox ad eum venit alius dicens: *Chaldaei invaserunt camelos et tulerunt eos, neonon et pueros percusserunt gladio.* Adhuc illo loquente, ecco alius intravit et dixit: *filiis tuis et filiabus crescentibus et bibentibus vinum ut domo fratris sui primogeniti, repente ventus vehementis irruit e regione deserti et concussit quatuor angulos domus, que corrues, oppressum liberos tuos et mortui sunt* (Ibid.). Suborientibus autem et undeque venientibus acerbis his tribulationibus, non turbatur Job, nec labitur peccat, verum suam divinam semper conformans voluntatem dicit: *Sicut Domino placuit, ita factum est; sit nomen Domini benedictum.* Miramini hanc voluntatem consonantiam, miramini hanc Jobi cum voluntate divina concordiam et conformitatem, pariterque miramini suetum Ludovicum, qui in omni tribulatione et adversitate divinam similliter adorat voluntatem, seque ei penitus conformat. Vult Deus, ut Ludovicus a matre discelat, a regno exeat et ad gentes infideles properet; hoc vult et Ludovicus, ac insurgente gravioris ejusque adversitatis vento, nec minimum a Dei voluntate declinat; semper et in omnibus ei obtemperat, suamque voluntatem ad divinam penitus conformat. Ecce quomodo sanctus rex Ludovicus Deus usque ad mortem fidelissimus perseveraverit. Et fidelitatem servavit in diebus prosperitatis et tempore adversitatis; ideo nunc merito coelesti gloria coronatur: *esto fidelis usque ad mortem et tibi dabo coronam vita.* O frates, si cum sancto Ludovico coronari et cognoscere non possumus in hoc mundo, cum eo coro-

nari possumus in celo, et ibi simul cum illo coronabimur, si non secus ac ille Deo usque ad mortem, tam faveante prosperitate quam instantie tribulatione, fideles fuerimus. Inspiciamus ergo Deum in celo, qui coronam vita manu gestans, eam cuique nostrum offert, dicens: *esto fidelis usque ad mortem et tibi dabo coronam vita.* Hanc coronam assequi optemus et ambiamus; seu ut eam assequi valeamus, sanctum regem Ludovicum imitemur, ac instar illius, in omni prosperitate et in omni adversitate Deo fideles maneamus. Ecce exemplar publicum, quod cunctis regibus, cunctis hominibus et praecipue omnibus Gallici regni incolis imitandum proponitur; eum ergo unusquisque nostrum pro viribus imitari conetur. Ut autem illum tam in prosperis, quam in adversis imitari valeamus, ejus supplices imploramus auxilium, rogamusque eum, ut a Deo gratias impetrat, quibus mediabitus illum perfecte imitari possimus. Suum nobis auxilium et patrocinium non denegabit Ludovicus, si illum humiliiter invocemus; igitur in omni prosperitate et rerum abundantia, in omni adversitate et tribulatione ad illum confugiamus, illumque enixe oremus, ut pro nobis intercedat ad Dominum, utque gratias obtineat, quarum auxilio fratres in utraque fortuna Deo fideliter servire valeamus. Dicamus ei ex corde: o sancte Ludovice, tu rex noster es, tu exemplar es a Deo nobis propositum, esto, queso, et benefactor noster. Quamdiu in hoc mundo vivisti, ditibus et pauperibus, magnis et parvis, sanis et infirmis, christianis et infidelibus benefacisti, esto et nunc benefactor noster; pro nobis apud Deum intercede, nobisque gratias impetrat, quibus mediabitus coronam glorie mereri et assequi valeamus. Amen.

## DE SANCTO JULIANO

## CONCIO UNICA.

*Ibunt de cirtute in virtutem (Psal. 83).*

Hominum salutis et perfectionis sue solicitorum, continuum studium est in virtutis via proficere, ab inferioribus ad altiores virtutum gradus ascendere et de virtute in virtutem semper ire. Membribus hujusmodi hominum salutem suam zelantum firmiter inheret indubitatum hoc principium: quod in *virtutis via non proficere, deficere est* (August.); ideo semper se ducunt in altum, ad ulteriora et perfectiora indesinenter incedunt et in praesula virtutis via progrederi continue satagent, donec ad perfectionis apicum perveniant et bravium feliciter accipiant. Sanctus Julianus a nobilibus et vere christianis parentibus Vienae in Gallia ortus, firmo quidem hoc proficiendi proposito preventus fuit; a temeris anni in virtutis via progredi semper in votis habuit; ab adolescentia omni virtutum generi sedulo vacavit, ac de virtute in virtutem indesinenter itit, donec vir perfectissimus, Deoque acceptissimus evasit. Non omnes nunc recensebo virtutes, quibus in toto vita decursu floruit vir ille sanctissimus; illas dumtaxat memorabo, quas habuit respectu martyrii, que haud dubie castis longe eminentiores, nobisque notiores sunt. Ace.

Sancti Athanasius, Franciscus et Laurentius diversimode se habuerunt respectu martyrii; sanctus enim Athanasius speciali Dei inspiratione concitatus, tyrannorum malitiam et martyrii perferendi occasionem industrie declinavit. Seraphicus vero Francisca martyrum obire concupivit; nec tamen martyr occubuit, quoniam martyrii illi occasio deficit. Laurentius tandem et martyrii desiderio exarsit et martyrii lauream feliciter obtinuit. Sanctus Julianus, cuius hodie solemnia colimus, alter et alter se habuit respectu martyrii; illud enim nunc fugit cum Atha-

## Concio de Sancto Juliano

293

nasio, nunc quæsivit cum Francisco et nunc oblitus cum Laurentio. Prudentia christiana, qua floruit, ad persecutionem et martyrii occasionem fugiendam illum aliquando adduxit; charitas ardentissima, qua deinde exarsit, ad martyrium desiderandum et ad occasionem pro Christo morendi querendam illum inclinavit; constantia tandem admirabilis, qua prefulsit, ad perferenda dirissima supplicia et ad mortem pro Christi fide alacriter perferendam illum compulit. Videamus sancti Juliani prudentiam, charitatem et constantiam: 1. *prudentiam*, cum martyrum fugit; 2. *charitatem*, cum martyrum quæsivit; 3. *constantiam*, cum martyrum pertulit; Juliani martyrum fugientis prædicta; Juliani martyrum querentis charitas; Juliani martyrum patientis constantia; en tres virtutes, que in sancto Juliano mirabiliter eluxere respectu martyrii, et en etiam tres hujus concionis partes.

## I PARS.

*Juliani martyrum fugientis prudentia.*

Julianus, qui pie a piis parentibus educatus fuerat, Deo placiendi et martyrii pro Christo obeundi desiderio ab ineunte aetate flagrabat; tuncque hoc in ejus corde magis exarsit desiderium, cum Crispinus presos in Viennensi solo, quasque christiani nomis personas crudeliter insectatus est et immanni fidelium strage totam circa regionem est depopulatus. Tunc quidem sponte tyrannum adiisset, et ultra se martyrio obtulisset Julianus; verum sancti Ferreoli consiliis, rationibus et precibus vietus, in Arveniam fugiens, saeviis Crispini furori se subprivit et martyrii obeundi occasionem declinavit. Non dubito tam iniquos, tamque perversos reperiri homines, qui de hac Juliani fuga male sentiant. Cum enim natura humana per peccatum corrupta prona sit ad temera judicandum, ac magna pars generis humani indiscreto iudicio ad reprehendendum prompta sit atque parata (S. Aug. ser. 102), non desunt

haud dubie viri mordaces, qui hanc Juliani fugam ignavie, imbecillitatis, feminei timoris, vel infidelitatis arguant. Revera tamen crudeliter hanc Crispini persecutionem fugit Julianus, non ex timore vel fidei defectu, imo ex magna prudentia, que illi illis in adjunctis fugam capessendam suavit. Si etenim Gregorio Turonensi idem arbitramus, Juliani fuga ex prudentia non ex timore manavit, quia fugit, ut sapientibus sancti Ferreoli consilii obtemperaret; ut vitam suam ad aliorum fidelium solatium et auxilium incolumente servaret; utque tyranni et tormentorum manibus in patria sua non se committeret, ubi parentes a sancto pro Christo moriendo proposito eum avertire potuerint. Unde si de Uria propheta Joachimi regis persecutionem fugiente dixit sanctus Hieronymus: *quod fugit, non infidelitas, sed prudentia indicium est* (in Ierem. 26); similem in modum de Juliano dicendum, magnam ostendisse prudentiam tunc fugiendo. Nam nonne prudentiae tribendum quod quis tunc fugiat, cum fugam suadet sapiens et sanctus conscientiae moderator? Nonne prudentia est, quod vitam suam tunc non profundat, cum ad multorum solatium et salutem adhuc necessaria videatur? Nonne prudentia est, quod ad tempus fugiat, ne cadendi periculum et in propria salutis discrimen veniat? Certe Juliani fuga non nisi a vero prudentiae spiritu processit, qui nisi hac occasione fugisset, vere prudentiae leges violasset et a cunctis velut imprudente redargueretur. Aliucinquant et errant graviter quicunque fugam semper ignaviae et rumoris indicium esse arbitrantur. Verum quidem, inquit sanctus Petrus Chrysologus, quod cum fugit miles, cuius incerta et inexperta est fortitudo, hanc a frigido timore fugam manare quisque censeat; cum autem fugit strenuus miles, qui plurima fortitudinis et audacia signa edidit, hanc ab arte et prudentia fugam procedere, quisque facile sibi suadet. *Belligosus miles, quod in bello fugit, artis est, non timoris* (Chrysol. serm. 50). Nonne artis et prudentiae fuit, quod a facie inimicorum fugerint Tegeatae, Horatii et Partuae? Nonne prudentiae fuit, quod insipientium hostium turmas Iosephus declinaverit? Nonne prudentiae fuit, quod David fugit de terra propter Absalon? (1 Reg. 19). In his sane et aliis

multis casibus fuga non timoris, at vera prudentiae indicium exitit. Dicendum ergo similiter de Juliano Crispini praeisdidis persecutionem fugiente, dicendum, inquam, quod fuga ejus, non timoris, sed artis et prudentiae fuerit. Julianus etenim, non ignavus, imo strenuus erat miles, qui virtutis sue plurima jam signa exhibuerat, et qui pro Christi amore sanguinem fundere amiebat; non itaque ex timore fugit, verum magna ex prudentia; ut scilicet salubribus et sanctissimi Ferreoli fugam suadentis consilii obtemperaret. Sicut ignaves, inertes et meticulosi sectatores fastidit religio christiana, ita imprudentes et impudentes aversatur; ac dum intrepidos amat videre sectatores suos, cum coram sevientibus tyrannis stant, eos tamen audaces nimis et frontosus haud recipit. A sectatoribus quidem suis exigit, ut immunes illos non timeant persecutores, qui corpus solummodo cruciare et occidere possunt: *nolite timere eos, qui occidunt corpus* (Matt. 10); ab illis tamen nequam postulat, ut inconsulte et imprudenter tyrannos adeant, itisque improverent. Imo nec vult ut saevitum illorum ultra se exponent, nisi a speciali Dei impulsu ad hoc moveantur, et nisi se a Deo ad martyrium vocari agnoscant: quin contra vult, ut fideles quique a persecutoribus fugiant, donec a divina gratia intus illuminentur et a gravis quevis supplicia perferenda adjuvantur. Hunc esse verum christiane religionis spiritum docuit Christus, qui fuga nonnumquam sibi consuluit, et qui discipulis dixit: *cum autem persecutur vos in civitate ista, fugite in aliam* (Matt. 10). Quis ergo imprudentia arguat sancti Juliani fugam? Quis dicat, eum imprudenter egisse, cum fugiens, tyranni iram et supplicia declinavit, quin fugam ejus altioris prudentiae specimen omnibus christianis fors quis non asserat? Maxime sane prudentiae exitit illius fuga, cum non ex timore, imbecillitate, vel infidelitate fugerit; verum solummodo ut manifestatam sibi a sancto Ferreolo Dei voluntatem adimpleret, et ut pia huic in salutis via magistro obsequeretur. Fuge ergo, o Juliane, fuge dilecte Christi discipule, fuge quantum placuerit, Viennensem fuge persecutionem; nec ideo imbecillitatis, ignavie, vel infidelitatis te accusabimus.

Quin contra te prudentissimum proclamabimus; ac fugam tuam  
a vere prudentie legibus dirigi quisque censem. Perspecta  
Juliani martyrum fugientis prudentia, de Juliani marty-  
rium querentis charitate disseramus.

## II. PARS.

*Juliani martyrum querentis charitas.*

ALERE FLAMMAM

Gratia divina, cuius artes captiuum nostrum superant, motibus  
oppositis corda nostra nonnquam agitat, et nunc ad unum,  
nunc ad aliud nos excitat; ac sepius efficit, ut unum et idem jam  
amemus et jam odio habemamus (1); nunc fugiamus, nuncque  
summo affectu desideremus et inquiramus. In sancto Juliano  
haec omnia quisque videre et annotare facile poterit: Dei etenim  
gratia, qua illum in urbe Vienna ad martyrum fugiendum  
compulerat, eum ad ambientum et solicite querendum in Ar-  
vernia martyrum postmodum concitavit. Verum est, inquit  
Gregorius Turonensis, quod inspirante Patre luminum, in Ar-  
vernia Julianus adhuc aliquantulo tempore latitaverit, ut sevas  
Crispini satellitum manus evaderet; attamen postea gratia divina  
illustratus, Dei spiritu agitatus et sancto charitatis igne suc-  
cessus, e latebris exit, foras genocore prodit, sevientesque  
Crispini satellites intrepide adiut. In mente hilari atque se-  
rena, coelestis lumine superfuso volto eorum ipsis apparuit,  
dicens eis: en Julianum, quem tam studiose inquiritis, en illum,  
quem tanto odio prosequitur Crispinus, ecce hominem, cuius

(1) Quidam enim et idem modo amare, modo odire, divina gratia impelleat, valamus, perspicuum fieri ex illis Christi Domini verbis: « Si quis venit ad me et non odit patrem suum et matrem ... adhuc et animam suam, non poterit mecum esse discipulus (Luc. 14). » En modum, quo simili diligere et odire possumus; in quo tamen notandum illud odium Sanctum, de quo loquitur Christus, vera dilectionis rationem habere; dum o contra mundanam et carnales dilectione veri odii venenum continet.

N. E.

## Concio de Sancto Juliano

297

sanguinem sitit servus ille tyranus; jam jussis ejus obtempe-  
rate; hoc agite, quod praecepit, percutite, flagellate, omnibus  
quibus placuerit modis corpus meum cruciata; occidite, si  
libet, nil enim mihi jam morte dulcior; pro Christi amore mori  
concupisco, et nolo diutius commorari in hoc seculo, quia  
situs tota animi arditate jam Christum (Greg. Tur. in  
vit. Jul.). Eodem modo quo ad martyrum se gerore videtur  
Julianus, quo passionis sua tempore Christus. Nostis, Christum ut Verbum, ineffabilibus ab aeterno in Patris sinu af-  
fluere gaudiis, et incomprehensibilem possidere felicitatem:  
infirmitates tamen nostras et hujus mundi passiones immensis  
paradisi deliciae quasi praeferen, naturas nostras hypostaticae  
uniri voluit, ut nobiscum pati et patientiae virtute saginari  
valeret. Unde mox ut naturam nostram assumpsit, sancto pa-  
tienti desiderio cor ejus semper exarsit, ad Calvarie montem  
ascendere concepivit, ad immania crucis tormenta continue  
anhelavit, ac pretiosi sanguinis sui baptismino omne genus huma-  
num lavare et omnia hominum crimina crudeli morte expiare  
percepit. Etsi vero summo affectu pro hominibus mori cu-  
paret Christus, ab impia tamen eum ad mortem querentibus  
nonnquam fugit, quia pro hominibus moriendi nondum hora  
venerat. Adveniente praefinito a Patre mortis tempore hostibus  
suis obviata ivit, illis se manifestavit, dicens: ego sum. Eorum  
manibus ultra se obtulit et mortem, quam alias prudenter  
declinavit, ex nimio suo in homines amore sollicite quesivit.  
Quid autem simile in Juliano intueri; in paterna enim domo  
delicias et divitias affluens, nil magis desiderat, quam omnia  
sua et propriam vitam pro Christi amore profundere. Equisdem  
christianae prudentiae spiritus, quo praeeditus erat, illum ad  
mortem quandoque fugiendum induxit, qui nondum venerat  
hora ejus; mox autem ut tempus pro Christo moriendi ve-  
nissee agnoverit, maxima in Deum ardente charitate mortem so-  
licite appetit. Tunc mortem Julianus minime inspexit ut homi-  
bus terribilem; illam intuitus est ut somnum iucundissimum,  
ut transitum ad aeternam beatitudinem et ut medium ad fru-  
endum coelesti sposo absolute necessarium; hoc igitur Christi

amore percitus querentibus sicaris se obtulit, isque dixit: ego sum Julianus, quem ad necem inquiritis; en illum, cuius sanguinem sit Crispinus; mortiem meam ille desiderat, ut malitia sua satisfaciat, et ego mori concupisco pro amore Christi, qui pro mei amore mori dignatus est. O magnam Juliani martyrium quæreatis charitatem! Vir ille sanctissimus longe dissimilem se ostendit ab anxijs, fletuantibus et trepidis quibusdam christianis, de quibus ait S. Gregorius, quod prosecutionis tempore mori vellent et nolent; notentes, noteant (*in Job.* 39). Mox enim ut agnoverit Julianus, se a Deo ad martyrium vocari, in duas non claudicavit partes, non fuit volens nolens, non dixit in semetipso: pro Christo mori volo et nolo; charitas igne succensus, martyrio voluntarie se obtulit, moriendo occasionem quæsivit, ac palam se pro Christo mori velle protestatus est. Unde mihi videre video insigem hunc Christi athletam, modo cum propheta dicentes: *sicutibz anima mea ad Deum fortæ, vivum, quando céniam et apparebo ante faciem Dei*; modo hec apostoli verba proferentes; *cupio dissolvi et esse cum Christo*; modo cum sancto Ignatio martyre clamantem: *ignis, crux, bestia, confratio ossium, membrorum divisio, totius corporis contritio et tota tormenta diaboli in me veniant, tantum ut Christo fruar*; modo ipsos sacrificies his verbis affatum: scivite in me, o immanes christiani nominis hostes; percutite, mactate, in frusta carnem meam dispercite, animam meam e corpore prompte avellite, ut cito frui valeam Christo meo, quem toto corde diligo, ad quem suspiro et ad quem totis visceribus ire desidero. O magnum Juliani in Christum amorem! O ardenter ejus charitatem! Et si de Magdalena dixit Christus, quod multum dilexerit, quia uberes in Pharisæi domo lacrymas fudit, cur non dicemus Julianum multum dilexisse, sanctoque charitatis igne exarsisse, cum totum sanguinem pro Christi amore fundere quæsierit? Magna sane Juliani, martyrium querentibus extitit charitas; ardentissimum tunc ejus prodidit amor; nec Christum magis amare potuisse videtur, quam cum quærentibus ad mortem ultra se occidendum tradidit. Magna enim ejus fuisset charitas, si cuncta temporalia pro Christi

amore abdicasset et pauperibus distribueret; major et perfectior, si simul cum temporalibus bonis, propinquos et amicos pro Christi amore reliquisset; ast major a ihuc ejus in martirio eluxit charitas: Christum enim magis amare non potuit, quam cum pro ejus amore mori optavit et satellitibus se occidendum tradidit. Haec est charitas, qua nulla major haberi posse videtur: *majorem hac dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis* (*Io. 15*). Maxima ergo Juliani martyrium quærentis fuit charitas. *Dein maxima Juliani martyrium patientis fuit constantia.*

## III PARS.

*Juliani, martyrium patientis, constantia.*

Sicut vita ab omnibus naturaliter amatur, ita mors ab omnibus naturaliter timetur et odio habetur. Ipsa ejus memoria tristissimam parit, ipsa ejus imago horrem infert, ipsa ejus umbra terrorem incutit, nec est qui cum philosophorum principe non fateatur, quod *omnium terribilem terribilissimum mors*. Terribilis sane mors, et vix aliquem reperias, qui illam non timeat; ad Juliani tamen gloriam dicam, quod timor mortis illum non conturbaverit, quod illam ad se venientem æquo et forti animo receperit, quodque in martyrio quod passus est, mirandum omnibus secundum constantiam exhiberit. Cum enim adversus illum armati irruerunt carnicies, non expalluit facies ejus, cor illius non trepidavit, nec ullum timoris signum exterioris edidit; ipse hilari volto mortuo jam datus optatam expectavit, ac lethalem ictum, quo illi vita ablata est, generoso et constante animo recepit. Unde merito Julianus inter praeclos illos martyres censendus est, de quibus Paulus asserit, quod *fortes facti sunt in bello* (*Heb. 11*); mortem enim summo affectu desideravit, ac pro Christi fide strenue decorans, illam mirabilis constantia et fortitudine pertulit.

Sanctus Basilus in præclara homilia, quam conscripsit ad lau-

deum quadraginta illorum martyrum, quorum festum die decimam Martii celebrat sancta romana Ecclesia, miratur in primis generositatem, quam exhibuit Melithonis mater, quae filium pro Christo dira patientem vides, sibi ipsi congratulabatur, quod talem haberet filium, qui etiam strenuus Christi miles esset, ac agre ferebat, quod in hunc filium suum non satis sevirant carnales, quodque illum simul cum aliis ad paratum regnum non veharent; quapropter sublati in humeros filio, vehicula martyrum corporibus onusta strenue sequerentur, ut in regno simus cum aliis iuciceretur. O mirandam pia Iujas matris constantiam! Quam adhuc tantum invaluisse, ait sanctus Basilius, ut patiente et mortiente filio, non lacrymam indecoram effundere, aut aliquid humile loqui, vel indignum agere visa sit (hom. 10). Hanc Iujas matris admiror constantiam; tamen miror magis illum, quam in Julianu gravissima patiente, pro Christi fide decertante, de hostibus suis triumphantem et moriente inuiteo. Vir enim ille sanctissimus ad supplicia quasi ad delicias properat, irruentes videns carnifices, gaudet et sibi ipsi gratulatur, ac non solum indecorum non fundit lacrymam, verum insolito ab omnibus adstantibus videtur affusus gaudio. Non solum humile quidquam loqui non auditur, imo et sublimia ad Dei gloriam, proximique redificationem libere profert: non solum nil indignum operatur, verum passionis sua tempore plurima Deo, coloque digna perficit, que ejus constantiam demonstrant in aeternam praescindam. De sancto illo martyre fertur, quod cum armati in illum irruerent carnifices, protinus in genua prociderit, non ut eos a proposito averteret et ad misericordiam fleceret, sed ut a Deo veniam et gratiam ipsis impetraret: *procidit in genua beatus martyr, exoriturus numen, ut condonaret veniam persecutoribus suis* (Gregor. Turon.). In hac Juliani actione ejus amorem simul et constantiam admiror; amorem, qui tantus est, ut de Dei offensa plus doleat, quam imminentem sibi mortem timeat; constantiam, que adeo prevalet, ut in contemptu carnificum ad noscum inferendam paratorum nullo modo metuat, nec de morte vitanda satagat; ac etiam pacato et tranquillo animo pro iis Deum ferventer deprecetur. Cum

Julianum in medio satellitum flexo poplite orantem considero, mihi videre video alterum Stephanum fervore et constantia admirabilis prædictum, qui de propria vita servanda nil omnino curat, solum de eterna vita hostibus suis concilianda anxiatur et solcite studet. Eum circumdant missi a Crispino satellites, qui in illum seviunt et evaginato gladio ad illum properant: ille vero hoc unum meditatur ut gratiam et veniam persecutoribus suis obtineat. Qumvis adversus illum consistenter custra, non timeret, nec trepidaret cor ejus: hoc solum timet, ne in aeternum pereant, qui illum persequuntur; hinc, ut alter Stephanus, genna flectit et clamat ad Dominum: *Domine, ne statuas illis hoc peccatum*. Pro inimicis orat, ferventer orat, flexis genibus orat, et dum pro iis orat, ab iis plectitur; ac corde intrepido lethalem hunc recipit ictum, quo et caput ei amputatur et vita ei crudeliter auferitur. O mirandam Juliani constantiam! o virum vere constantissimum! qui nec nimis terret, nec evaginatis gladiis ad descendentum a fide inclinari, nec quocunque modo a suscepto pro Christo moriendi proposito amoveri potuit; qui in catholice fidei confessione immobilis et constans usque ad ultimum vite exitum permanet. Magna sane extitit Juliani constantia; sicut enim magna ejus fuit prudentia, cum fugit martyrum, magnaque ejus charitas, cum martyrum quæsivit; ita et magna ejus fuit constantia, cum martyrum pertulit. Unde merito fatemur, quod respectu martyrii Julianus iverit de virtute in virtutem: quodque a virtute prudentiae ad virtutem charitatis et a virtute charitatis ad constantiam virtutem migraverit: *ibunt de virtute in virtutem*. Et mirabiles illas virtutes, quibus instantे martyrio, floruit Julianus. Prudentiam et charitatem ejus admirarem, et ejus constantiam pro viribus imitari conemur. Jam per Dei misericordiam non admittit tyranni, qui evaginato esse dicant: aut moriendum, aut Christi fidei abrenunciandum. Immanes nunc cessarunt imperatorum persecutions: nec jam a nobis sustinenda flagella, cruxifragia et dira illa supplicia, quibus primis Ecclesiæ seculis plectebantur martyres: constanti tamen et patienti animo perseverando adversitates, quibus, sic volente Deo, in hoc mundo affligimur. Certum est

*quod non coronabitur, nisi qui legitime certaverit* (2 Tim. 5); ut autem pro Dei gloria legitime pugnemus, oportet, ut quævis adversa pro ejus amore sapienter et constanter patiamur; ut enim ait Clemens Alexandrinus, *certainum nostrum duabus opus habet virtutibus, sapientia et audacia* (1 strom. 4). Pugnate ergo aduersus rebellem naturam, quie crucis mortificationem perficere recusat: pugnate sapienter, ita ut illum non opprimitis; sed et pugnate constanter, ita ut adventientes quaque adversitates aquo, patienti et constanti animo pro Dei amore perforatis. Qui si in terris pro Dei gloria pugnaveritis, æternam vobis gloriam dabit Dominus in caelo. Amen.

### DE SANCTO AUGUSTINO

#### CONCIO PRIMA.

*Hec mutatio dexteræ Excelsi* (Ps. 70).

Augustini conversionem tanti faciebat S. Ambrosius, eamque ita Ecclesie otilem fore auspicabatur, ut omnes coeli et terræ creaturas ad gaudendum et al gratias de ea Christo Domino agendas invitaret. Agamus, inquit, *gratias Domino Iesu Christo, qui religioni nostræ tantum ac talen principem dedit. Gaudemus in Domino, gaudemant angeli tam celebri conversione.* *Gaudemant celum terraque: ac benedicant omnes Dominum, qui ad subsidium hominum illuminavit Augustinum* (ser. 92). Celebri huius Augustini conversioni non parum contulit mater ejus Monica jugibus lacrymis et precibus, quas ad Deum fudit; scimus etiam, sanctum Ambrosium non parum eidem favisse monitis, exhortationibus et concionibus suis; haec tamen conversio potissimum tribuenda Deo, qui Augustinum expugnavit et in virum alterum mutavit. *Quis expugnavit animum Aug-*

*stini? Quis superavit? Non argumenta, non vis aliqua verborum, sed Dei duntata virtus et clementia* (ibid.). De sancti Augustini conversione, quam suo tempore sancta Romana Ecclesia celebrat (1), erit ista concio. Acre.

Dei, Ecclesie et sui ipsius inimicus vivebat Augustinus, dum adhuc juventute floreret: Dei quidem, cui iniuriantibus suis infensus factus erat: *iniquitates vestrae divisorum inter eos et Deum* (Isa. 59): Ecclesia etiam, quam, sicut alter Paulus, erroribus suis persequebatur: *persequebar Ecclesiam Dei* (Gal. 1); sui tandem ipsum, via iniqua et pessima, qua incedebat: *qui autem faciunt peccatum et iniquitatem, hostes sunt animæ suæ* (Tob. 12). Augustinum ante conversionem dominabatur spiritus voluptatis, spiritus erroris et spiritus obstinationis. In corde ejus degebat spiritus voluptatis, qui contrarium est Deo: in mente ejus residebat spiritus erroris, qui sacris Ecclesie institutis opponitur: in ejus anima regnabat spiritus obstinationis in peccato, qui saluti ejus adversabatur. Excelsi dextera cor, mentem et animam Augustini mutavit: per gratiam enim Dei 1. hic voluptuosus mutatus est in penitentem eximium: 2. hic hereticus mutatus est in Ecclesiæ Doctorem celebrimum: 3. hic homo obstinatus in peccato mutatus est in virum perfectissimum.

#### I PARS.

*Augustinus voluptuosus mutatus est  
in penitentem eximium.*

Illicitis voluptatibus adeo ante conversionem suam inhibebat Augustinus, ut præter eas nil aliud optare videretur: *quid enim*

(1) Diem festum Conversionis hujus S. Doctoris Ecclesia celebrat die quinta maii; atque ex hoc ipso quod celebrat hujusmodi festum, patet quod eam conversionem prorsus perfectam et sanctam credit, iuxta regulam S. Thomæ, quod non celebratur festum in Ecclesia nisi pro aliquo sancto.

R. E.

*quod non coronabitur, nisi qui legitime certaverit* (2 Tim. 5); ut autem pro Dei gloria legitime pugnemus, oportet, ut quævis adversa pro ejus amore sapienter et constanter patiamur; ut enim ait Clemens Alexandrinus, *certainum nostrum duabus opus habet virtutibus, sapientia et audacia* (1 strom. 4). Pugnate ergo aduersus rebellem naturam, quie crucis mortificationem perficere recusat: pugnate sapienter, ita ut illum non opprimitis; sed et pugnate constanter, ita ut adventientes quaque adversitates aquo, patienti et constanti animo pro Dei amore perforatis. Qui si in terris pro Dei gloria pugnaveritis, æternam vobis gloriam dabit Dominus in caelo. Amen.

### DE SANCTO AUGUSTINO

#### CONCIO PRIMA.

*Hec mutatio dexteræ Excelsi* (Ps. 70).

Augustini conversionem tanti faciebat S. Ambrosius, eamque ita Ecclesie otilem fore auspicabatur, ut omnes coeli et terræ creaturas ad gaudendum et al gratias de ea Christo Domino agendas invitaret. Agamus, inquit, *gratias Domino Iesu Christo, qui religioni nostræ tantum ac talen principem dedit. Gaudemus in Domino, gaudemant angeli tam celebri conversione.* *Gaudemant celum terraque: ac benedicant omnes Dominum, qui ad subsidium hominum illuminavit Augustinum* (ser. 92). Celebri huius Augustini conversioni non parum contulit mater ejus Monica jugibus lacrymis et precibus, quas ad Deum fudit; scimus etiam, sanctum Ambrosium non parum eidem favisse monitis, exhortationibus et concionibus suis; haec tamen conversio potissimum tribuenda Deo, qui Augustinum expugnavit et in virum alterum mutavit. *Quis expugnavit animum Aug-*

*stini? Quis superavit? Non argumenta, non vis aliqua verborum, sed Dei duntata virtus et clementia* (ibid.). De sancti Augustini conversione, quam suo tempore sancta Romana Ecclesia celebrat (1), erit ista concio. Acre.

Dei, Ecclesie et sui ipsius inimicus vivebat Augustinus, dum adhuc juventute floreret: Dei quidem, cui iniuriantibus suis infensus factus erat: *iniquitates vestrae divisorum inter eos et Deum* (Isa. 59): Ecclesia etiam, quam, sicut alter Paulus, erroribus suis persequebatur: *persequebar Ecclesiam Dei* (Gal. 1); sui tandem ipsum, via iniqua et pessima, qua incedebat: *qui autem faciunt peccatum et iniquitatem, hostes sunt animæ suæ* (Tob. 12). Augustinum ante conversionem dominabatur spiritus voluptatis, spiritus erroris et spiritus obstinationis. In corde ejus degebat spiritus voluptatis, qui contrarium est Deo: in mente ejus residebat spiritus erroris, qui sacris Ecclesie institutis opponitur: in ejus anima regnabat spiritus obstinationis in peccato, qui saluti ejus adversabatur. Excelsi dextera cor, mentem et animam Augustini mutavit: per gratiam enim Dei 1. hic voluptuosus mutatus est in penitentem eximium: 2. hic hereticus mutatus est in Ecclesiæ Doctorem celebrimum: 3. hic homo obstinatus in peccato mutatus est in virum perfectissimum.

#### I PARS.

*Augustinus voluptuosus mutatus est  
in penitentem eximium.*

Illicitis voluptatibus adeo ante conversionem suam inhibebat Augustinus, ut præter eas nil aliud optare videretur: *quid enim*

(1) Diem festum Conversionis hujus S. Doctoris Ecclesia celebrat die quinta maii; atque ex hoc ipso quod celebrat hujusmodi festum, patet quod eam conversionem prorsus perfectam et sanctam credit, iuxta regulam S. Thomæ, quod non celebratur festum in Ecclesia nisi pro aliquo sancto.

R. E.

*tunc desiderabam, nisi amare et amari?* (*Conf.* 1, 13). Infelix ille voluptatum amore ita eum captivum detinebat, ut eius dominio, ojusque tyrannidi penitus subderetur; *accepti in me sceptrum vesana libido et ambas manus ei dedi* (*ib.* 2). Animum ejus ita occupaverat illa lasciviendi cupiditas, sedisque libidinibus ita adhaerebat, ut eis valedicere sibi impossibile videretur. Jamvero per Dei gratiam amoris veneris igne in corde ejus extincto, lascivie vincula fuere dissoluta, obsecne hujus passionis jugum excussum; et Augustinus, venena malignitatis expuens, fructus dignos penitentiae fecit. Hie enim voluntuosus mutatus est in praeclarum penitentem, qui 1. amare florit; 2. peccata sua palam confessus est; 3. durioris penitentiae operibus adhaesit.

1. Devotionis et pietatis lacrymae ex oculis Augustini sepe manebant; et tunc precipue cum hymnos et psalmos in Ecclesia decantari audiebat. Et doloris etiam et compunctionis lacrimas familiares habuit: exitus aquarum crastro deduxerunt oculi ejus; nec praeteritorum recordari poterat peccatorum, quin amara funderet lacrymas quas *panem suum quotidianum* vocabat (*medit.* 32): qui sicut pane corpus, ita lacrymis anima ejus quotidie saginabatur. Verum est, quod durum diu haberit cor Augustinus; tandem vero hanc petram percussit Deus et fluxerunt aquae, ac torrentes lacrymarum inundaverunt. Diu Augustinus titubaverat, vacillaverat et ad Deum converti nolens voluerat; tandem oculis sue misericordiae respexit illum Christus, et ipse, sicut alter Petrus, flevit amare: *ego, inquit, dimisi habenas lacrymis et proruperauit flumina oculorum meorum et flebar amarissima contritione cordis mei* (*Conf.* 8, 12). Non semel dumtaxat amaras compunctionis lacrymas fudit Augustinus, verum et toto deinceps vita sua tempore vir *lacrymarum* fuit, qui ad delenda crimina copiosas doloris semper fudit lacrymas; ac praeceps circa vite sue finem, in quo psalmos penitentiales magnis characteribus in cubiculi sui pariete scribi curavit: eosque et cubili, in quo ipse decumbens infirmus, legens et recitans, ad dolorem excitabatur et ex illius oculis uberrimi

duo scaturiebant lacrymarum fontes, quousque Deo spiritum reddidit. Ecce virum vere penitentem, qui ob perpetrata peccata amare flevit; et qui etiam peccata sua palam confessus est.

2. Nihil peccatoribus in hoc mundo durius, quam quod gravia, enormia et pudenda, quæ perpetrarunt, peccata confessario clam declarare teneantur. Quam durius autem foret, si a nobis Deus exegisset ut peccata nostra, quantumvis occulta et pudenda, publica confiteremur et in medio foro, in compitis, in ecclesiis et quibusque locis, in quibus adesset populi concursus, ea propalaremus! Hoc quidem nos supra modum experiremur durum: inno et hoc importabile nobis videretur. Quid vero, si Deus ad peccata nostra scribenda, typis mandanda et quasi in aeternum publicis juris facienda coegeret? Quid si Deus ad peccatorum nostrorum registrum publicum componendum adstrinxisset, quo omnibus nota, clare nota et semper nota fieri potuissent? Hoc sane omnis gravissimum censeretur, et vix reperiretur, qui jugo huius collum subderet, quique peccatorum suorum historiam conscribere, cunctisque notam facere vellet. Augustinus autem tanto ardore penitentiam amplexus est, ut peccata, que quoad culpam et quoad poenam per lustrales baptismi aquas sibi remissa fuerant, scripta et publica confessione manifestare voluerit. Non ore solum et verbis mox transuntibus, etiam scriptis permanentibus perditam et dissolutam vitam suam notavit, ac turpitudines suas propalavit. Et sicut alii ut posterorum testimoniem sibi concilient, suorum eis praeclaras gestorum narrationem relinqui curant, ita Augustinus ad maiorem sui confusionei, peccatorum seriem et historiam conscripsit, ut posteris quidquid in vita sua turpe et indecorum patraret, legendum, carpendum et notandum relinquaret: *ille suorum peccatorum historiam scriptis, cum aliis soleant gestorum suorum historiam posteris in sui memoriam relinqueret* (S. Thom. a Vill.). Augustinus ergo fuit insignis penitentis, qui graviora sua peccata confessione scripta manifestavit: et qui etiam durioris penitentiae operibus adhaesit.

3. Non sufficit, quod peccator in doloris actus prorumpat

et quod malitiam suam oris confessione evomat, nisi et Deo satisficiat: non sufficit penitenti mores in melius commutare, a malis recedere, nisi et de iis, que mala facta sunt, satisficiat Domino (S. August. hom. 50). Augustinus autem penalibus operibus Deo satisfacere lessumque ejus honorem ad ultimum usque vita exitum resarcire non destitit. Postquam enim in civitate Mediolano a sancto Ambrosio baptizatus fuit, Romanum una cum sancta matre Monica se contulit. Ubi cum hiemasset, matrique agrotanti, morienti et mortuo ultima charitatis officia persolvisset (1), secunda navigatione Carthaginem Africae civitatem feliciter appulit. Unde cito discessit et ad rura secedens, triennio ibi permansit, jejuniis, orationibus, aliquique penitentiae operibus deditus ac legis divine meditatione die et nocte totaliter intentus. In quibus postmodum operibus, ut monachus, ut presbyter et ut episcopus, quousque diem clausit extrellum, constanter perseveraverit. O extrellum penitentem, qui amaras lacrymas fudit, qui confessione scripta peccata sua cunctis manifestavit et qui arctioris penitentiae operibus adhucit! Jamvero quam pauci Augustinum penitentem imitantur! Innumerum eum peccantem sequuntur et pascissimi cum ipso penitentiam sectantur. Imo nullus fere est, qui de perpetratis peccatis penitentiam agat: *nullus est, qui agat penitentiam super peccato suo* (Jerem. 8, 9). O insensati peccatores, quis docuit vos fugere a ventura ira? Ut quid arbitramini, quod Deum adversum vos iratum absque penitentia placare poteritis? ut quid peccatorum remissionem ab illo impetrare potatis absque previis ollis penitentiae operibus? Fallimini utique: nam Deus, cuius decretia sunt immutabilia, delictorum veniam soli vere penitentibus concedere decrevit: *hoc enim prelio Dominus veniam addicere instituit; hac penitentiae compensatione redimendam proponit*

(1) Non Romae, sed apud Ostia Tiberina (*Fomacino*) ad superes evolavit beata Monica, prout habet Breviarium Romanum, et constat ex libro *Conscientiam S. Augustini*.

*impunitatem* (Tertul. de *pænit.* 6). Si ergo peccasti, penitentiam agite. Imitamini Augustinum, qui ex peccatore voluptuoso mutatus est in perfectum penitentem: et qui ex oiro heretico mutatus est in celeberrimum Ecclesie Doctorem.

## II PARS.

*Augustinus hereticus mutatus est in celeberrimum Ecclesie Doctorem.*

Hæretici sunt arbores malse, que malos fructus faciunt; sunt genimina viperarum, que venona sua Ecclesie infundunt; sunt magistri mendaces et maligni, qui contagiosa sua doctrina animas perimunt. Attamen et hi perditionis filii si penitentiam agant, Deoque subiiciantur, in Abraham filios mutari, bonos fructus edere et Ecclesiam illustrare possunt. Hoc quidem peragere possunt; et hoc revera fecit Augustinus, qui cum ante conversionem variis hereticorum sectis nomen dedisset, malignitas sue venena in conversione expuit; evasique Doctor celeberrimus, cuius scientia fuit sol, flumen et propugnaculum. Fuit 1. *sol*, quo illustravit Ecclesiam: 2. *fumen*, quo eam irrigavit: 3. *propugnaculum*, quo illam defendit.

1. Augustinus, inquit Remigius Antisiodorensis, fuit inter doctores quod sol inter planetas (in 2 ad Cor.). Fuit quidem sol inter doctores ratione eminentissimus et fulgentissimus scientie sue: etenim sicut omnes alii planetæ a sole lumen suum accipiunt, ita et omnes doctores, qui a tempore Augustini in Ecclesia floruerunt, ab ipsius scientia, tamquam sole suo, illuminantur. Idem Rangivius ait, quod *alii doctores comparantur stellis et Augustinus solis*, quia sicut sol totum lustrat et illustrat orbem, ita Augustinus, veluti doctorum sol, fulgentissimus doctrinae sue radix, universam Ecclesiam mirabiliter illustravit. Solem celo affixit Deus, non ut isti solum, vel illi, verum ut omnibus hominibus luceret: sic Augustinus per scientiam suam sol est orbis ecclesiastici, quia per eam omnibus

fidelibus luet, eosque omnes illuminat. *lucet* philosophis, quos docet nodosas rerum naturalium difficultates solvere: *lucet* theologis, quibus abdiissima divina gratia et sanctissime Trinitatis mysteria perfectissima explicat: *lucet* sacram scripturarum expositoribus, quibus reconditos quoque sacrarum scripturarum sensus evolut: *lucet* pluribus Ecclesie concilii, que ex Augustini libris illa fidei decreta sumpserunt, quae fidelibus credenda proposuerunt: *lucet* multis summis Pontificibus, qui ex scriptis ejus illa hanseunt oracula, quae protulerant: *lucet* casuistis, qui ex ejus doctrina praelatas casuum conscientiae solutiones sumpserunt: *lucet* controversistis, quibus arma ad debellantos hereticos præbuit: *lucet* omnibus peccatoribus, quibus fortissima arguments et rationes urgentissimas ad abrenunciandum peccatis reliquit. Augustinus ergo effectus est doctor celeberrimus, cujus scientia quasi sol illustravit Ecclesiam: et cuius scientia fuit etiam flumen, quo illam irrigavit.

2. De Salomone nomen ambigit, quin vir doctissimus et sapientissimus fuerit, cum de ipso sacra dicat scriptura: *dedit Deus sapientiam Salomonis et prudentiam multam nimis et latitudinem cordis, quasi arcum, quæ est in litora maris.* Et procedebat sapientia Salomonis sapientiam omnium Orientalium et Egyptiorum: et erat sapientia cunctis hominibus (III Reg. 4). Ut autem explicitur maxima haec Salomonis scientia, eam flumini similiem asserta divina scriptura: *impletus est, quasi flumen, sapientia* (Eccli. 47). Et talis censetur etiam Augustini scientia: haec non fuit quasi stillecum, vel quasi rivulus, sed quasi flumen. Imo ejus doctrina videtur quasi multa flumina, simul collecta, per universum orbem ecclesiasticum fluentia: ut enim ait sanctus Prosper, *istius ore flumina librorum cunctum effluere per orbem* (de ingr. 3). Qui sedulo sanctorum Patrum scientiam scrutabitur, facile adnotabit e cuiuslibet eorum ore aliquod aqua viva, seu sapientie salutaris et divinae flumen effluxisse. *Ex Chrysostomi ore* flumen fluxit aureum: propter aureum enim eloquentie flumen vocatus est Chrysostomus. *Ex ore sancti Gregorii Nazianzeni*

manavit flumen sapientiae profundum: ipse namque in altissima mysteria magno cum verborum ac sententiarum pondere sese ultra inferat. *Ex ore Ambrosii* fluxere aquæ sapientiae dulces et salubres: ipse enim dicendi genus habet sententiarum ueritate referunt, verbisque fluens lectissimus. *Ex ore Bernardi* exiit fluvius mellitus; hic quidam tanto cum lepore, tantaque suavitate loquitur, ut merito Doctor Mellifluus nuncupetur. *Ex ore sancti Gregorii* profixit flumen lavans et sanctificans animas: ejus etenim sapientia ubique moralis quadam exemplorum et similitudinum copia lectorum a peccato revocat et ad virtutis amorem allicit. *Ex ore divi Hieronymi* egressus est fluvius sapientiae pretiosus et abundans; ipse namque pretiosa et ampla edidit volumina, in quibus tum scripturas in sensu literali interpretatur, tum virtutis precepta omni hominum statui prescribi, tum hereticos insectatur, tum alia multa stylo gravi et doctissimo prosequitur. At ex ore Augustini, qui uberrimus, copiosissimus et subtilissimus fuit, non unum solum, sed mille prodierunt sapientiae et scientiae flumina, eaque aurea, profunda, suaviter fluenta, salubria, mellita, uberrima et in omni perfectione genere completa, quibus totum ecclesiasticum orbem irrigavit et ut loquitur Mantuanus: *flumina diffundens per mille volumina misit.* Augustinus ergo factus est doctor celeberrimus, cujus scientia quasi flumen, universam irrigavit Ecclesiam: ac etiam quasi propugnaculum, quo illam defendit et tutatus est.

3. Augustinus episopus, inquit sanctus Prosper, erat acer ingenio, stavis eloquio, secularis literatura peritus, in ecclesiasticis laboribus operosus, in quotidianis disputationibus clarus, in questionibus solvendis acutus, et in revincendis hereticis circunspectus (*de vit. contempl. 3, 3*). Addit Cassiodorus Augustinum fuisse cautissimum disputatorem (*prolog. sup. Psalm.*): prouinde sanctus ille Antistes, haec circumspectione et disputandi arte munitus, contra hereticos bella movebat, adversus intollerissimos illos Ecclesie hostes disputationes instituebat et lopos illos rapaces a Christi civili arcebat, imo et os saepè in Christi oves mutabat et ideo vere erat Ecclesie

*propugnaculum*, quia eam ab hereticorum rabie defendebat. Omnibus notum est, quod Augustinus *Felicem* haereses Manichaeorum obstinatissimum sectatorem, *Vincentium Victorem*, quem omnium hereticorum audacissimum vocat *Baronus*, *Leporium*, Circumcelliones multos, Pelagianos complures, Arianos innumeros et infinitos alios hereticos debellaverit et ad Ecclesie unitatem perduxerit. Quod autem mirum est, sanctus ille Antistes, in libris suis non solum de sui temporis hereticis triumphavit, verum et de hodiernis triumphat; ac sicut dum in hoc mundo viveret, mirabil sua scientia pro Ecclesia adversus hereticos pugnavit, ita et modo scientia sua adversus hereticos pro Ecclesia decerat. Hinc dici potest, quod Augustinus scientia sua sit perpetuum Ecclesia adversus hereticos propugnaculum, quia in libris suis modum et ordinem reliquit, quo Ecclesia de hereticis omni tempore triumphare valeat: *non solum ipse de hoste victoriam referens triumphavit; quia etiam posteris certandi et vincendi ordinem reliquit* (S. Fulgent. l. 2 de verit. pred. 2, 18). Ecce quomodo Augustinus hereticus mutatus sit in Doctorem Ecclesie celeberrimum: *denum Augustinus obstinatus in peccato mutatus est in virum perfectissimum.*

## III PARS.

*Augustinus obstinatus mutatus est in virum perfectissimum.*

Aliqui in peccato ita obdurescunt, ut nunquam emendentur et in melius mutantur; alii ita obstinantur, ut non solum non emendentur, verum et deteriores semper fiant; tertium obstinatiorum genus novit Hugo a sancto Victore, eorum scilicet, qui cum minus obduri sint, aut totaliter obstinati non sint, *ex correctione proficiunt* (lib. 2 de claustr. anim. c. 15). Et istius generis hominum in peccato obstinatiorum fuit Augustinus; corruptis enim et pessimis suis moribus non

adhaesit invincibiliter; quinimo per Dei gratiam victa et relicta cordis obstinatione, mutatus est in virum perfectissimum, qui puritate, humilitate et charitate floruit: 1. *puritate*, quae est dispositio ad perfectionem; 2. *humilitate*, quae est fundamentum perfectionis; 3. *charitate*, quae fastigium et culmen est perfectionis.

1. Puritas, inquit Doctor Angelicus, *sumitur per elongationem a peccato*; eo enim quis purior dicitur, quo a peccatorum sordibus magis elongatur. Et haec puritas est dispositio ad perfectionem necessaria, quia sicut ad celum quis ascendere nequit, nisi terram prius reliquerit, ita nec ad perfectionis et virtutum omnium apicem quis ascendere potest, nisi a peccatis se elongaverit et ab iis animam suam purificaverit. En primam dispositionem quam adhibuit Augustinus, qui per Dei gratiam, cui fideliter cooperatus est, ab omni peccatorum genere se penitus elongavit: *gratiae tue deputo, quod peccata mea tamquam glaciem solcisti* (Conf. 2, 3). Per Dei gratiam Augustinus ita purus evasit, ut perpetrata peccata deleverit et a peccatorum sordibus animam suam laverit; per eandem Dei gratiam ita deinde purus factus est, ut, reliquo vita tempore, ab omni inquinamento peccati abstinerit. Non solum valedixit mundo qui eum deceperat, mulieribus quae eum corrupserant et erroribus qui eum excaecaverant, non solum se elongavit ab haeresibus, a folidis libidinibus et a gravibus aliis criminibus, quibus addictus fuerat; verum ita anima puritatem coluit, ut levissima quævis peccata, imo et levissimorum peccatorum umbram procul a se fugaverit. Ecce quomodo ad perfectionem tenetderit Augustinus. Primo puritatem sectatus est, quae est dispositio necessaria ad perfectionem: *Deinde humilitati adhaesit, quae est perfectionis fundamentum.*

2. Neminem latet, humilitatem esse omnis perfectionis fundamentum, nec posse aliquem ad perfectionis apicem pervenire, nisi prius humilitatem sectatus fuerit et humilitatis fundamentum posuerit. Hoc non latebat Augustinum, qui eos, qui de perfectione acquirenda cogitant, monet, ut prius hu-

militatis fundamentum jacent: si cogitas magnam molem construere celsitudinis, cogita prius de fundamento humilitatis. Hoc quidem docuit; atvero quod alii faciendum docuit, hoc et ipse fecit, atque ut ad perfectionis fastigium pervenireat, de humilitatis fundamento serio cogitavit et profundissima humilitati sic adhaesit, ut neque ambitiosus quisquam ita gloriam affectaverit, sicut ille contemptum (D. Thom. a Vill.). Quidam humiles non esse volunt, sed videri et ab hominibus aestimari. Augustinus non humili videri, sed humili esse voluit; hominum enim aestimationem, applausus et laudes non amiebat, nec emendiebat, imo parvipendebat et fugiebat. Ab omnibus laudabatur; et ipse in domo Dei latere, contemni, et despici desiderabat; a cunctis honorabatur, et ipse honores timebat et pro viribus declinabat; a cunctis virtutes ejus praedicabantur, et ipse in sua confusione propria peccata scriptis mandabat et propalabat: ubique tamquam Doctor praestantissimus et scriptor celeberrimus proclamabatur, ipse vero a quolibet doceri optabat et scripta sua in multis arguebat, damnabat, ac retractabat: ipsum omnes veluti hominem alias hominibus maiorem et colo dignum inspiciebant, ipse tamen se servum servorum dicebat et inferiorem, abjectiorem, ultimumque locum in Dei domo amiebat: ubique tandem et in omnibus humilitatem profundissimam sectabatur Augustinus. In eo humilitas ejus potissimum eluxit, quod uni Deo tribuebat et ad ipsum referebat quidquid boni in se erat, dicens: *quidquid habeo, a Deo sumpsi, non a me presuppsi; non enim meo, vel ingenio, vel merito, sed eis dono sum quidquid laudabiliter sum* (August. epist. 52). Quotiescumque Augustinus in seipso aliiquid laudabile spectabat, ad Deum oculos tollebat et in spiritu humilitatis dicebat: *non mihi, sed tibi*. Cum de Deo bene sentiebat, cum Ecclesie hostes debellabat, cum populo praedicabat, vel alii aliquod bonum opus faciebat, omnia Deo tribuebat, dicebatque: *non mihi, sed tibi*. O virum vere humilem! O verum altioris perfectionis sectatorem! Qui humilitati adhaesit, ut perfectionis fundamento; et qui etiam charitate fuisit, que est perfectionis culmen et fastigium.

3. Verum est, quod tarde Deum amavit Augustinus: *quam sero te amavi!* (in Psal. 147). Verumtamen quo tardius, eo ardenter illum dilexit, nec amplius unquam Deum amare destitit. Jam a Deo petebat, ut totum cor suum sacro charitatis igne accenderet: *totum cor meum flamma tui amoris accendat*. Jam sacro hoc amoris incendio ardens, Deum magis et magis amabat, ac in divinos eius amplexus semper velocius currere exoptabat: *amo te, Deus meus, amo te, et si parum est, amem validius: currat vita mea in amplexus tuos* (Conf. 13, 2). Nunc, astulante cor ejus, hac divini amoris flamma, mirabatur, quam suaviter in corde suo arderet; unde quasi in extasis rapitus, exclamabat: *o ignis sancte, quam suaviter ardes, quam secrete luces, quam desideranter aduris!* Vix illis, qui ex te non ardent, qui per te non lucent (Med. 36). Nunc charitatis divina flamma totaliter ignitus, sic Deum alloquebatur: *Domine, calde exultat in te anima mea, dum cogitat, quod tu sis Deus meus. Verum, o rex glorie, tanta te dilectione prosequor, quod si per impossibile fieri posset, ut Augustinus esset Deus et tu eses Augustinus, omnino celum ego fieri Augustinus, ut tu fieres Deus*. Innumeros hujusmodi alios amoris sui in Deum actus elicere consueverat Augustinus, cuius cor amoris divini igne indesinenter ardebat; et ejus charitas ad proximum extendebatur. Probe noverat sanctus Pontifex, quod non perfecte amaretur Deus, si simul cum Deo non amarentur homines, quos Deus fecit; quapropter ut doctor, et ut Ordinis religiosi institutor, et ut predictor, et ut episcopus, homines amare, nisque benefacere non destitit. Ut sancte Romanæ Ecclesie Doctor, tot pios, sanctos et fideliibus utilis libros conscripsit, ut unius universitatis potius, quam unius hominis opera esse videanlur: *ut religiosi Ordinis institutor, regulam rationi, requiri et perfectioni ita consonam delineavit, ut plus quam quadraginta Ordines diversi eam amplexi sint: ut concionator, predicationis officio assidue vacabat, tantaque ejus effluuebat eloquentia, tanta in diendo vis et solertia, ut auditores ad Dei amorem excitaret, eorumque omnium admirationem sibi facile conciliaret: ut epi-*

*scopus*, omnes boni pastoris partes perfecte adimplevit, omnesque, quas ipse in aliis episcopis virtutes desiderabat, in gradu eminenti possedit, et precipue zelum salutis animarum, quo continuo ariebat. Unde pro fideli salute indesinenter labrans, ei dicebat: *nolo salvos esse sine eobis, nolo salvos esse sine nobis*. O virum mirabile! O mirandam Augustini conversionem, qui ex viro voluptuoso in penitentem eximium, ex viro haeretico in Doctorem Ecclesiae celeberrimum, et ex viro obstinato in hominem perfectissimum mutatus est! Miramini sancti huius Antistitis conversionem, simul atque ejus exemplo convertimenti ad Dominum Deum vestrum. Augustinus, ut semetipsum ad morum conversionem exirebat, plurimorum utriusque sexus sanctorum, qui sanctissime in hoc mundo vixerant, sibi proponebat exempla, dicebatque: *non poteris tu, quod isti et iste!* Sic et vos, o peccatores, ut ad Deum convertimini, mirandum Augustini exemplum mente revolvi; illud sepe animis vestris objicite, et intra semetipsum quisque dicat: si Augustinus pravitatis sue vincula disrupt, cur ego funes peccatorum meorum non frangam? Si Augustinus peccatis, quibus adductus erat, valedixit, cur ego in quibus adductor, non valedicam? Si Augustinus ad Deum totaliter conversus est, cur ego ad Deum totaliter non convertar? Hoc dicit et ad Deum in toto corde vestro convertimini: *poenitemini et convertimini, ut deleantur peccata vestra* (Act. 3, 19), et ut aeternam beatitudinem consequi valeatis. Amen.

# UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DIRECCIÓN GENERAL DE

CONCIO SECUNDA.  
*Sagittæ tue infixa sunt mihi* (Psal. 37, 3).

Cum certo certius constet, omnium hominum corda esse incomprehensibilia, Deumque solum esse cordis humani scrutato-

rem et comprehensorem, quis capacissimum, nobilissimum et sublimissimum Augustini cor penetrare valeat? Cor sane illud magna videtur provincia, quam lustrare difficultimum; est labyrinthus, cuius intima obscura et humano sensui impenetrabilia, vel potius est quasi paradiis Dei, in quo latent arcana, quæ non licet homini loqui. Omnia patet oculus eminentissima proximi Doctoris illius scientia, aurea insignis illius predictoris eloquentia, ardentissimus vigilantissimi pastoris zelus et fulgentissime illustrissimi illius religiosorum patriarchæ virtutes. Norunt omnes, eum tot protulisse oracula, quot verba; ejusque scripta tamquam prodigia a cunctis spectantur. Cor autem sanctissimi illius sancte Romanae Ecclesie patris et protectoris scrutari, varios ejus recessus, pios illius motus et sanctos affectus rimari vix aliquis pertentabit. Ad illud tamen cor alium in spiritu humilitatis accedere propono; non tam ut ea, que in eo recondita habentur, evolvam, quam ut quibus sagittis confessum et vulneratum fuerit, explicare pertenent: Deo quidem dicere poterat Augustinus: *sagittæ tue infixa sunt mihi*, quoniam in cor ejus plures Deus sagittas infixerat. Videamus, quibus sagittis transfixum fuerit cor Augustini. Ave.

Cor hominis est *scopus*, in quem sagittas collineat Christus, non ut illud confodiat et trucidet, verum ut illud flectat, sibiique acquirat. Si autem Doctori Seraphico (serm. 3 Pent.) fidem adhibeamus, tres habentur spirituales sagitte, quas in hominum corda vibrat Christus sagitte scilicet doloris, timoris et amoris: *sagittæ doloris* corda conterit; *sagittæ timoris*, corda conœtit; *sagittæ amoris*, corda emollit. Sagitta saucibatur Magdalena, cum stans retro pedes Domini, amare levavit, susque lacrymos pedes ejus irrigavit: *lacrymis cepit rigare pedes ejus* (Luc. 7). Sagittæ timoris ferri operabat Vates regius, dicens: *configit timore tuo carnes meas* (Psalm. 118). Sagittæ amoris graviter vulneratum erat Sponsi sacri cor, cum Sponsam alloquens, dicebat, *vulnerasti cor meum, soror mea Sponsa* (Cant. 4). Jamvero non unico, immo triplici sagittarum genere vulneratum gessisse cor divus Augustinus; cordi enim ejus infixa fuerunt 1. sagittæ doloris; 2. sagittæ timoris; 3. sagittæ amoris.

## I PARS.

*Cordi Augustini infixa fuerunt sagittæ doloris.*

Adhuc adolescens Augustinus, totus inserviebat mundo, totus voluptatibus, totus peccato. Ad se tandem per Dei misericordiam reversus, arctissimam suscepit penitentiam, totoque vitæ sua tempore cordi ejus infixa mansit doloris sagitta. Doluit enim et acerbissimo dolore sauciatum est cor ejus, 1. quia in Deum graviter peccaverat; 2. quia scientia sua male usus fuerat; 3. quia Deum tarde amaverat.

1. Peccaverat Augustinus, multisque et gravissimis carnem et animam suam peccatis inquinaverat; et quod peius est, peccatis suis ita pertinaciter adhærebat, ut diu sacris gratiae vocantis impulsibus, importuni pīe matris preciib⁹, concionatorum quorumeunque verbis, internisque propriæ conscientias veibus et angoriib⁹ pertinaciter resistierit. Trahebat divina gratia et ipse diuinis ejus motibus obstiebat; rogabat mater et ipse ei obtinperare renuebat; hortabantur concionatores et ipse eorum verba parvipendebat; intus stimulabat eum conscientia et ipse importunus ejus morsus sopire contabatur, ut in peccatis libere perseverare posset, tantamque in peccatis degustabat suavitatem, ut nihil magis timere videretur, quam a peccatis sanari et resurgere: *delectatus morbos carnis et mortifera suavitate, sanari timebam* (Aug. *Confes.* 2, 7). Denique Augustinus, abundantiori divina gratia lumine superfusus, majestatem Dei in quem peccaverat, perfectius agnivit, lugendum conscientia sua statim adnotavit, ac tactus dolore cordis intrinsecus, ingenuit, amare flevit, eaque toto corde detestatus est peccata, que adversus divinam maiestatem inique perpetraverat. Nec semel dumtaxat, aut iterum de peccatis doluit Augustinus; cordi ejus ita infixa stetit doloris sagitta, ut raliquo vitæ sua tempore de iis doluerit et continuos doloris actus elicuerit. Sepè in excessu mentis

et doloris supplex a Deo veniam petebat, dicens: *miserere mihi miserrimo peccatori, indigna agenti et digna patienti medit.* 38). Sepè in amaritudine animæ sue lacrymarum torrentes fundebat: *dimisi habenas lacrymis et proruperunt flumina oculorum meorum* (*Conf.* 8, 12). Aliquando præ magnitudine doloris que angebatur, exclamabat; *ee, ee, quibus gradibus deductus sum in profunda inferni* (*ibid.* 3, 7). Aliquando ingravescet ejus dolor eo quod non se cito emendaverit, et per multos annos peccata peccatis addidit: *ubi peccata mea emendare debui peccata peccatis addidi* (*medit.* cap. 39). Aliquando tandem, præ nimio quo afflictabatur dolore, suam deslebat miseriam, seque infelicissimum censebat eo quod in Deum suum toties peccasset, dicens: *nihil est infelicitas felicitate peccantium* (August. ep. 5). Unde divus Augustinus vere doloris et lacrymarum filius dici debet, non solum quia fletibus continuis eum sancta mater Monica Christo genuerat; at etiam quia ob peccata, quæ in Deum perpetraverat, cor ejus sagittis doloris confixum fuit. Deinde doluit etiam et amare flevit Augustinus, *quia scientia sua non bene usus fuerat*.

2. Mirabilis et portentosa fuit divi Augustini scientia, eamque usque ad sidera extollunt omnes, qui viri illius sanctissimi, pariter et doctissimi, elogia contextunt. De eo dicit Martinus V summus Pontifex, quod acumen Aristotelis, Platonis eloquentiam, prudentiam Varroonis, Socratis gravitatem, autoritatem Pythagorei, Empedoclis soleritatem et præcellentes quaque omnium antiquorum philosophorum qualitates in se uno collegerit. De eo Possidius episcopus ait, quod fuerit *Pater Patrum, Doctor Doctrinæ, par angelis in feroore, par prophetis in absconditorum mysteriorum revelatione, par apostolis in prædicatione, imago divinitatis, abysus sapientie*. Alii de Augustino, ejusque scientia disserentes, eum naturæ miraculorum apicem, gratiae divinæ defensorum, prædestinationis aeternæ interpretem, veritati lingua, errorum clavam et flamen quod uberrime per omnes Ecclesiæ campos excurrit, vocant; illuunque gloriiosis alii insigniū titulis,

quibus scientiam ejus fusissimam, subtilissimam et supereminentissimam fuisse constat. Jamvero heu! Augustinus, juvenilibus annis, pretiosissimo illo scientiae sua thesauro non bene utebatur; eam enim ad vanas hominum laudes accipundandas, ad placendum magnatibus, ad emendandos principum favores, ad haereses propagandas et ad Ecclesiam impugnandam insuebat. Tandem posquam vir ille doctissimus ad se et ad Deum Patrem misericordiarum reversus est, doluit et amarissime flevit, quod scientia sua ad Dei gloriam et ad Ecclesiam Catholicam utilitatem usus non fuerit. *Dolebat* Augustinus, quod exitiosa Manichaorum secte nomen dederit, quodque novem annorum spatio scientiam ad eorum errores propugnandas adhibuerit. *Dolebat* et ingemiscerat, quod infasta illa Fausti, tunc Manicheorum antesignani, doctrina quasi dementans, a partibus illius adversus Ecclesiam steterit: *dolebat* et quasi alter Jeremias flebat, cum mente revolvebat, se tanto affectu literis incubuisse non ut Deo placeret, sed ut magnatibus adularetur, utque favorem et amicitiam illorum sibi conciliaret: *dolebat* tandem, ejusque cor doloris sagittis acerbissime cruciabatur, cum recognoscet, quod Antonius, aliique viri sancti, speculativarum et scholasticarum scientiarum ignari celos raperent, dum ipse cum scientia, qua non bene usus erat, in damnationis eternae periculo versaretur: *surgunt indocti et cœlum rapiunt, et nos cum doctrinis nostris, sine corde, ecce ubi voluntur, in carne et sanguine* (*Confes.* 8, 7). Postremo doluit D. Augustinus, ejusque cor sagittis doloris confixum est, *eo quod Deum tarde amaverit*.

3. Minus sane et forte nullo modo Deum amaverat divus Augustinus, calente juventa, quia se totum creaturarum amori consecraverat, et ut ipsa de seipso loquitur, *inhabbam honribus, lucris, conjugio*. Itaque vir ille doctissimus a peccatorum snorum como surgens, perfectiusque bonitatem, clementiam et alias Dei perfections agnoscentis, gravissimo anguebatur dolore, seque infeliciissimum censebat, eo quod Deum tardie amasset. Et dolorum internum, quo cruciabantur, expli-  
cabat, dicens: *sero te amavi, o tam nova et antiqua pul-*

*chritudo! vix tempore illi, quando te non amavi* (*Solidq.* 31). Vix ad Deum conversus Augustinus, gustavit quam bonus esset Dominus, tantamque ex Dei conversatione et amore percepit suavitatem, ut omnia alia a Deo, ipsi vilia, insipida et amara viderentur: *quidquid mihi praeter Deum est, dulce non est* (in *Psalm.* 26). Tunc suave experiebatur illicitis carere voluptatibus, ad quas antea anhelarat; tunc maxima illi fuit suavitas valedixisse creaturis, quas antea nimis amaverat; tunc maximo affiebatur dolore, eo quod creaturest nimium ab adolescentia sua. Deum vero parum et tarde amasset: *sero te amavi, o tam nova et antiqua pulchritudo; sero te amavi et tu intus eras et ego foris*. Doluerat Augustinus eo quod in Deum peccasset: dolerat eo quod scientia sua non bene usus fuisset; dolerat potissimum eo quod Deum tarde amasset. Ecce primam sagittam, qua configebatur cor Augustini: *sed ejus cordi infixa etiam fuit sagitta timoris*.

## II PARS.

*Cordi Augustini infixa sunt sagittæ timoris.*

Timoris malii sagittis sazialatur cor Augustini ante conversionem ejus: quoniam illicitis voluptatibus privari, penitentia opera facere et virtutum christianarum exercitio se dedere pertimescebat. Post conversionem timore sancte sagittatum est cor ejus, quia timuit dignitates, peccata et Dei judicia. Timuit 1. ad dignitates ecclesiasticas evehiri; 2. peccatis etiam minutissimis inquinari; 3 ad formidandum Dei iudicantis tribunal sisti.

1. Certum est, quod *episcopus tot sit animarum reus, quot per ejus negligientiam et prava exempla depereunt* (*Petr. Dam. epist.* 9). Certum est, teste Laurentio Justiniano, quod *onus grave et valde formidabile esse comprobatur animalium regimen (de discip. et conver. monast.* c. 9). Quanto enim quis in Ecclesia sublimior fuerit, pluresque animas regi-

mini sua commissas habuerit, tanto majora ab eo exigentur; et ut dicit Spiritus Sanctus, *judicium durissimum his qui præsunt fiet* (Sap. 6). Hac omnia perfectissime considerabat et agnoscet Augustinus; propterea ad Valerium scribens, sic eum afflatur: *ante omnia peto, ut cogitet religiosa prudentia tua, nihil esse in hac vita et maxime hoc tempore hominibus acceptabilius episcopi officio, si perfuntorie et adulatorie res agatur; sed revera nihil est in hac vita et maxime hoc tempore difficultus, laboriosus et pericolosius* (epist. 148). Et ideo Augustinus, hujusmodi periculum animadverterns, ad ecclesiasticas dignitates sublimari timebat; ac tantopere episcopale onus subire reformidabat, ut antequam episcopus fieret, illas caverit ingredi civitates, in quibus nosset cathedralm vacare; *et hoc faciobam, inquit, ut in loco humili salvarer, ne in alto periclitarer* (serm. 29 de dicens). Unde cum invitus ad episcopatum vocaretur, sacro illo concussus timore, consecrationis sua tempore amarissime levit: *periculosis simum, ait, judicabam hoc ministerium et hinc erant lacrymae illæ, quas me fundere in civitate, ordinationis mee tempore, nonnulli fratres animadverterunt* (ibid.). Ambiant alii dignitates, quantum voluerint, iis intulerint, ad eas toto corde anhelenent; ad eas sublimari timet, Augustinus. Itaque cordi ejus infixaæ manent timoris sagittæ, quia ad Ecclesiasticas dignitates sublimari timuit; ei etiam infixa sunt timoris sagittæ, *quia minimis etiam peccatis inquinari formidavit.*

2. Augustinus post conversionem ad altioris perfectionis fastigium ascendere statuit, et quia ad altioris perfectionis apicem nullus pervenire potest, nisi prius a malo et ab omnipotente declinaverit, levissima quoque peccata a se ablegavit et ipsam peccati umbram timuit. Apud ipsum non bene excipiebantur, qui vel in minimo proximi famam rodere solebant; in cibo et potu apud ipsum plus quam necesse est sumere, nefas fuisset: in ore ejus nulla verba superflua et nulla otiosa; procul ab ipso minima quoque juramenta, procul omnes fabulae otiosæ, nec erat aliqua venialium peccatorum species, quam non abhorret et qua coquinari non timeret. Omnia

peccata venialia inspiciebat Augustinus (ser. 4 *pro defunct.*), velut fidam quandam scabiem, vel sicut quasdam postulas, quibus anima nostra fit deformis et ad familiares celestis Sponsi amplexus inepta; et ideo omnia penitus venialia peccata timebat, atque horum potissimum timebat consuetudinem et multititudinem. Consuetudinem quidem timebat, quia ex venialium peccatorum consuetudine gratia celestis negligitur, Dei familiaritas amittitur et a minimis ad maxima gradatim diabolus homines ducit. Multitudinem etiam timebat, quia a multitidine venialium, in mortalia et in infernum homo facile ruit. Unde dicebat, quod si venialia timenda non sint ob eorum gravitatem, timendam tamen eorum multitudinem, quia in ruinam et perditionem trahere solet. *Noli, inquit, illa conterrere quia minora sunt, sed time, quia plura sunt. Quotidianæ sunt ista quia dico, sed tamen peccata sunt, et non sunt levia, quia plura; quia vero quotidiana et plurima, timenda est ruina multitudinis, et si non magnitudinis* (ser. 2. Quadr.). O quot peccatores excœci et obduri, qui nec gravissimis quibusque criminibus inquinari timent! E contra quam pius, quam sanctus, quam ab omni peccati labo abhorruit Augustinus! Cujus cor sacri timoris sagittis sauciatum vel minimis etiam peccatis inquinari timuit. Ad hanc cor eius sanctio timore sagittatum *formidanda Dei judicia plurimum timuit.*

3. Quid extremo judicio terribilis, in quo tanta erit in jucicando aequitas, in judge feritas, in majestate sublimitas et novitas in facie ipsarum recum, ut non possit cogitari? Quid formidabilis tenebrosa et amara illa die judicii, in qua supremus judex Ingubri et horrenda voce corripiens, arguens, increpans, judicans, indignans, saeviens et condemnans audiatur? Quid tandem magis metuendum futuro Christi jucicio, in quo, ut loquitur sanctus Augustinus, « nec cathedrae relatae, nec sanctimonialium occursumtum atque cantantium greges adhibebunt ad defensionem, ubi cooperit accusare conscientia et conscientiarum arbitrus judicare? » (ep. 203 ad Max.) ». Extremo certe hoc jucicio nil terribilis. Quapropter Augustinus formidandis illis Dei jucicis timens, et sacri hujus timoris sa-

gittis vulneratus in hæc verba prorupit: « tot judicibus inops adstab, quot me precesserant in opera bono; tot arguitibus confundar, quot mihi præbuerant bene vivendi exempla; tot vincar testibus, quot me monuerant utilibus sermonibus, seque imitando justis dederunt actionibus. Domine mi, non suppetit quid dicam, non occurrit quid respondeam, et cum jam inter sim saev illi discrimin, torquet me conscientia, crucian cordis arcana, totusque contremisco ». Heu! si Augustinus Dei iudicavit tunc, quanto magis ea nos miseri timere debemus? Si Augustinus, qui arctiori penitentia operibus divinae justitiae fecerat satis, ad Dei iudicantis tribunal venire formidat; quanto magis formidare debent peccatores hi, qui crimina sua per penitentiam expiare neglexerint? Si tandem Augustinus, qui a Deo et hominibus amabatur, si Augustinus, qui inspiciebatur et qui revera erat ingeniorum flos, Ecclesie jubar, scutum fidei, praedicatorum lux, fax prelatorum, monachorum speculum, flagellum haereticorum et doctorum sol, si, inquam, ille Augustinus ad tremendum Christi iudicantis thronum sisti timet, quanto magis timere debemus nos rei, nos miseri, nos omni gratia et gloria indigni? O Domine, configite timore tuo carnes nostras, salubres timoris sacri sagittas cordibus nostris infige; fac ut timeamus sicut Augustinus, cuius etiam cordis inflata fuerunt amoris sagitte.

## III PARS.

*Cordi Augustini inflata fuerunt sagittæ amoris.*

Augustinus status illi, quam vidit rex Nabuchodonosor, omnino fuit dissimilis: fuit quippe caput, seu adolescentia Augustini, non ex auro, sed ex luto, quia tunc peccati luto jacuit immersus: *noveam fere annis*, inquit, *ego in illo limo profundus volutatus sum* (*Confes. 4, 11*). Fuerunt etiam pectus et veenter, seu juvenitus Augustini, non ex argento, sed ex aere et ferro, quia tunc erat quasi induratos in peccato,

ejusque cor tunc durum videbatur velut as et ferrum. Postremo pedes ejus, seu reliquum vita ejus constituit ex auro optimo et probatissimo charitatis, quia reliquo vite sue tempore Deum amare non destitit, eumque semper amavit 1. amore ardenti; 2 amore effectivo; 3 amore reverentie.

1. Sancti Augustini cor ignitis amoris jaculis Deus sagittaverat: *sagittavera cor meum charitate tua* (*Conf. 9, 2*). Ilud autem Augustini cor charitate sagittatum continuos ardentesimosque amoris actus et affectus eliciebat; jam enim seipsum arguebat, quod terrena, non Deum amaverit: jam creaturas omnes ad Deum solum amandum invitabat: jam seipsum ad Deum unice et ardenter amandum excitabat, dicens: *cur per multa vagaris homuncio, querendo bona anime tua et corporis tui? Ama unum bonum, in quo sunt omnia bona et sufficit; desidera simplex bonum, quod est omne bonum et satis est. Quid amas caro? Quid desideras anima? ibi est quidquid amas: ibi est quidquid desideras* (*Manual. c. 54*). Augustini cor erat quasi fornax, in qua ignis charitatis semper ardebat; ex corde enim ejus, veluti ex fornicis accensa, amoris sacri flamme indesinenter emergebant; et quanto affectu Deum dilexerit, patet potissimum ex responsionibus, quas Christo interroganti fecit. Sicut enim olim a sancto Petro petierat Christus, an ipsum amaret, ita Augustinus ter colestrem et divinam audivit vocem, qua Deus ab illo quererat, an ipsum amaret: *Augustine amas me?* (*ser. in Dom. 12 post Pentec.*) Trina hinc interrogacioni sandem, quam olim Petrus, responsionem dedit Augustinus, dicens: *Domine, tu nosti, quia amo te. Cui Christus: Augustine, si amas me, ediscere et manifesta, quantum sit amor tuus pro me?* Respondit Augustinus, Domine, optarem, ut cuncta ossa mea fierent lampades aureæ et omnis sanguis meus in pretiosum verteretur balsamum, quod in his lampadibus consumiceretur, ut sic victima totaliter amoris tui igne consumpta fieri possem. Cui iterum Christus: *o Augustine, nonne et aliud tui in me amoris testimonium dare velles?* Respondit sanctus Pontifex; o Domine, cuperem ut omnes vénæ, omnesque cor-

poris mei nervi in aurea converterentur vincula, quibus cor meum tibi in aeternum alligare valerem. Cui tertio Christus, o Augustine, nonne et adhuc ardentiore afficeris amore? Respondit Doctor egregius: « Domine valde exultat in te anima mea; dum cogitat, quod tu sis Deus meus. Verum, o Rex glorie, tanta te dilectione prosequor, quod si per impossibile fieri posset, ut Augustinus esset Deus et tu essemus Augustinus, omnino vellem ego fieri Augustinus, ut tu fieres Deus ». Ecce verum amantem, in cuius corde infixa manent amoris divini sagitte, quia Deum amavit amore ardentissimo: et quia etiam amavit amore effectivo, seu efficaci.

2. Amor, ut verus sit, in corde ita latere non potest, ut foras non erumpat et operetur; amor enim non est otiosus, nec bene Deum amat qui pro illius gloria non operatur: *amor Dei non est otiosus, si vero est amor, magna operatur; si non operatur, non est amor* (Bernar. serm. 51 ad soror). Amor, si verus sit, ignis naturam sortitur: *sicut autem non potest esse ignis in paleis et non ardere; ita nec ignis dicimi amoris esse potest in corde et opere vacare* (D. Bonav. serm. 8 de Apostol.). Unde si quis probare velit, an Deum vere diligit, inspicere debet, an amor, quo se ardore credit, ad opera multa et magna pro Dei amore perficienda inducat; tuncque dicat, si vere Deum amare, cum pro illius amore bona que potest, operatur: *tunc vere Deum diligis, si pro illius amore bona que potes, operaris* (S. Bern.). Efficaci hoc amore Deum amabat Augustinus: amabat eum, amoreunque suum operibus probabat: amabat Deum toto corde et ut amorem suum probaret, a bono opere nunquam cessabat. Nunc peregrini recipiens vacabat tanta cum charitate, ut Christus eam remunerare volens, ab ipso sub peregrini specie aliquando recipi dignatus sit. Nunc sanctus ille Doctor elargiens eleemosynis operam dabit, susque facultates tanta liberalitate pauperibus erogabat, ut e redditibus suis satis copiosis vix sibi necessaria servaret; diceretque quod non est episcopi servare aurum et revocare a se mendicantis manum (ser. 40 de dicens.). Præterea quis dicat, quanta bona opera operatus sit visitando infirmos, mostros con-

solando, molliendo peccatorum corda, oves errantes revocando et viros pios ad perfectionis apicem vocando? Quis explicet, quantum Augustinus pro Dei amore operatus sit in disputationibus, quas adversus haereticos suscepit, in mirandis et innumeris libris, quos conscripsit, in predicationibus quas ad populum habuit et in episcopilibus munib; quæ dignissime obiit? Nunquam sane sanctissimus hic Antistes a bono opere vacavit; et sicut angeli continue Deum amant et continuo operantur quæ Deus ab iis exigit, ita Augustinus Deum semper toto corde amavit, semperque bonis operibus ad Dei gloriam spectaculans incubuit. Ecce verum Dei amatorem, in cuius corde infixa permanerunt amoris sagitte, quia Deum amavit amore efficiaci: et quia illum etiam amavit amore reverentiae.

3. Deum ardentissime amabat Augustinus et amore reverentiae illum amabat. Unde potissimum ejus studium erat in contemplatione magnitudinis divinae et proprio infirmitatis, ut inde ad reverentiam Dei amorem accenderetur. Audiebatur nonnunquam ad Deum clamans: *noverim te, noperim me* (Solil. 2, 1); quasi diceret: fac, o Domine, ut cognoscam celsitudinem majestatis tuae et nihilatem meam mearumque actionum, ut inde ad te omni cum reverentia amandum movear. Si quæras ab Augustino quanta sit Dei magnitudo? Respondebit, quod Deus hoc est, quod nulla attingit opinio: plus est enim, quam quidquid dici poterit, vel cogitari (quies. veter. et nov. Testam. q. 1). Si vero ab eodem Augustino petas, quis ipse sit? Respondebit, se esse magnum peccatorem. Ecclesiæ persecutorem et hominem vilem, non solum dignitatibus ecclesiasticis, verum etiam omni gratia indignum. Quare, cum Augustinus Deum insiperet ut summum bonum, quo nil maius excogitari potest: cumque se ut peccatorem et tanquam nihilum intueretur, Deum summa cum reverentia colebat et amabat, seque totum in actus amoris reverentialis coram Deo effundebat, ac tanta cum reverentia eum amabat, ut nec satis reverentiam suum erga Deum amorem exprimere posset. O mirandum Augustini cor, quod spirituibus doloris, timoris et amoris sagittis vere confossum fuit!

O utinam omnium corda hominum iisdem sagittis sauciarentur! O peccatores, qui sceleribus multis divinam offendistis majestatem, acerbo dolore corda vestra configite. Doluit et flevit Augustinus; dolore similiter vestra conterantur corda, quia melius est hic ad tempus dolere, quam aeternum in styge ardere: *doleamus hic animo, ne doleamus illic suppicio* (Chrysost. ho. 23 in ep. *ad Heb.*). Sagitta doloris configantur corda vestra; ac item configantur sagitta timoris: timete Dei iudicium, nec non inferni supplicia: *dolor et timor*, inquit Hugo cardinalis, *quasi due molae sunt, inter quas molitur justus* (in c. 20 Gen.); quare si justi et salvi fieri velitis, timete, ac *cum timore et tremore salutem eastram operamini*. Duabus sane hisce sagittis configi debent corda vestra; et potissimum configi debent amoris sagitta. Hæc est sagitta, quæ suaviter, fortiter et utiliter vulnerat, quia *amore Dei nihil potest esse delectabilius, nihil honorabilius, nihil utilius* (D. Bonav. de *prefect. reliq.* 2, 73). Hæc est sagitta, quæ ita ferit, ut spiritualem et aeternam vitam conferat: nam ut ait Bernardus, *vita vera hominis, amor Dei est (de vita solit. ad Fratr.)*. Itaque Deum ardenter amate: et sicut angeli in celo Deum amare nunquam desinunt, ita et in terra cor vestrum ab eis amore nunquam vacet. Amate Deum amore ardentis, amate eum amore efficaci, amate eum amore reverentiali, amate eum usque ad mortem, et amor uester perseverabit in celis. *Amen.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE MÉXICO

DIRECCIÓN GENERAL DE PUBLICACIONES

## DE S. JOANNIS BAPTISTÆ DECOLLATIONE

## CONCIO UNICA.

*Dicebat Joannes Herodi: Non licet tibi habere uxorem fratris tui* (Marc. 6, 18).

Quale spectaculum nostris hodie sese exhibet oculis? Spectaculum quidem cunctis horrendum seculis et ab omnibus penitus hominibus detestandum. Heu! quis unquam causam et modum decollationis sancti Joannis Baptiste scire poterit, quin Herodiadis malitia et Herodis injustitiam protinus exhorrescat? Herodias, mulier adultera et venereo addicta delicia in Joannem hominem castissimum malitiosa insurrexit, ejusque mortem ab Herode instanter petit. Herodes vero, rex adulteri et incestuosus, ut impudica huic placeret mulieri, inter choreas et epulas contra Joannem, virum utique sanctissimum et innocentissimum, iniquam mortis sententiam ferre attentavit. Ecce spectaculum, quod vobis hodie proponitur, quod S. Augustinus crudele vocat: *crudele, inquit, spectaculum ante oculos nostros constitutum est; caput Joannis in disco propter odium veritatis*. Heu! quid crudelius et iniquius, quam quod sanctus Joannes, Christi Praecursor, penitentium exemplar, innocuum speculum, orbis oraculum, omnium virtutum centrum, propheta et plus quam propheta, nec non inter natos mulierum major, ad mortem damnatur, mortisque sententiam subeat, eo quod in spiritu charitatis Herodem monuerit, dicens: *non licet tibi habere uxorem fratris tui*. Sola hujus rei cogitatio magna haud dubie cordibus vestris horrorem ingerit, majoremque ingerat, cum sevissimam hanc tragediam tota hac concione delineavero. *Ave.*

In hodierna tragedia tres potissimum occurrent personæ, que nostris argumentum suppeditant concionibus: Joannes scilicet, He-

O utinam omnium corda hominum iisdem sagittis sauciarentur! O peccatores, qui sceleribus multis divinam offendistis majestatem, acerbo dolore corda vestra configite. Doluit et flevit Augustinus; dolore similiter vestra conterantur corda, quia melius est hic ad tempus dolere, quam aeternum in styge ardere: *doleamus hic animo, ne doleamus illic suppicio* (Chrysost. ho. 23 in ep. *ad Heb.*). Sagitta doloris configantur corda vestra; ac item configantur sagitta timoris: timete Dei iudicium, nec non inferni supplicia: *dolor et timor*, inquit Hugo cardinalis, *quasi due molae sunt, inter quas molitur justus* (in c. 20 Gen.); quare si justi et salvi fieri velitis, timete, ac *cum timore et tremore salutem eastram operamini*. Duabus sane hisce sagittis configi debent corda vestra; et potissimum configi debent amoris sagitta. Hec est sagitta, que suaviter, fortiter et utiliter vulnerat, quia *amore Dei nihil potest esse delectabilius, nihil honorabilius, nihil utilius* (D. Bonav. de *prefect. reliq.* 2, 73). Hec est sagitta, que ita ferit, ut spiritualem et aeternam vitam conferat: nam ut ait Bernardus, *vita vera hominis, amor Dei est (de vita solit. ad Fratr.).* Itaque Deum ardenter amate: et sicut angeli in celo Deum amare nunquam desinunt, ita et in terra cor vestrum ab eis amore nunquam vacet. Amate Deum amore ardentis, amate eum amore efficaci, amate eum amore reverentiali, amate eum usque ad mortem, et amor uester perseverabit in celis. *Amen.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE MÉXICO

DIRECCIÓN GENERAL DE PUBLICACIONES

## DE S. JOANNIS BAPTISTÆ DECOLLATIONE

## CONCIO UNICA.

*Dicebat Joannes Herodi: Non licet tibi habere uxorem fratris tui* (Marc. 6, 18).

Quale spectaculum nostris hodie sese exhibet oculis? Spectaculum quidem cunctis horrendum seculis et ab omnibus penitus hominibus detestandum. Heu! quis unquam causam et modum decollationis sancti Joannis Baptiste scire poterit, quin Herodiatis malitia et Herodis injustitiam protinus exhorrescat? Herodias, mulier adultera et venereo addicta delicia in Joannem hominem castissimum malitiose insurrexit, ejusque mortem ab Herode instanter petit. Herodes vero, rex adulteri et incestuosus, ut impudica huic placeret mulieri, inter choreas et epulas contra Joannem, virum utique sanctissimum et innocentissimum, iniquam mortis sententiam ferre attentavit. Ecce spectaculum, quod vobis hodie proponitur, quod S. Augustinus crudele vocat: *crudele, inquit, spectaculum ante oculos nostros constitutum est; caput Joannis in disco propter odium veritatis*. Heu! quid crudelius et iniquius, quam quod sanctus Joannes, Christi Praecursor, poenitentium exemplar, innocuum speculum, orbis oraculum, omnium virtutum centrum, propheta et plus quam propheta, nec non inter natos mulierum major, ad mortem damnatur, mortisque sententiam subeat, eo quod in spiritu charitatis Herodem monuerit, dicens: *non licet tibi habere uxorem fratris tui*. Sola hujus rei cogitatio magna haud dubie cordibus vestris horrorem ingerit, majoremque ingerat, cum sevissimam hanc tragediam tota hac concione delineavero. *Ave.*

In hodierna tragedia tres potissimum occurrent personæ, que nostris argumentum suppeditant concionibus: Joannes scilicet, He-

rodes et Herodias. *Joannes* fuit hominum sanctissimus; *Herodias* fuit mulierum malitiosissima: *Herodes* fuit regum iniquissimus: *Joannes* adversus scandalum ab Herode et Herodiade causatum concionatus est: *Herodias*, furore percita, Joannis mortem solicite petiit; et *Herodes*, iniqua commotus complacentia, injustam contra Joannem tulit mortis sententiam. Unde ut totam decollationis euarremus historiam, tamquam hanc describamus tragediam, humili stylo proponam *Joannem*, qui predicit: *Herodiadem*, quæ illum persequitur; et *Herodem* qui illum ad mortem damnat. In Joannis predicatione maximus eluet zelus, in Herodiadis persecutione horrenda appetat malitia; et in Herodis sententia inaudita inest injustitia. Videamus 1. *zelum Joannis*, qui predicit; 2. *malitiam Herodiadis*, quæ illum persequitur; 3. *injustitiam Herodis*, qui illum condemnat.

## I PARS.

*Zelus Joannis*, qui contra *Herodem* prædicat.

Sicut magnatibus odio habeantur et male excipiuntur, qui veritatem eis annunciant et qui adversus eorum vitia declinant, quis in Herodis aulam ingredi pertinet, ut regi illi adultero et incestuoso veritatem annuntiet? Quis tanto succendetur zelo, ut adversus scandalum, cuius causam præbet Herodes, libenter concionetur? *Quis est hic, et laudabimus cum?* Hic est sanctus Joannes Baptista, cuius verbum non fuit alligatum et in quo veritas non stetit captiva: eam enim Herodi prædicavit cum zelo: 1. ardent; 2. prudent; 3. generoso.

1. *Joannes* ardentissimo successus zelo, in Herodis intrat regiam, crudelem illum adit principem, eique scandalosum, quæ patraverat, crimina exprobat, dicens: O Herodes, notum est omnibus, quod fratri tui uxorem libidinose assumpseris: iniqüitas tua magnum undeque ingerit scandalum: scelera tua vident alici et tacent, vel tibi adulantur: haec norunt quot

tua subduntur dominio et mutare non audent. Ego vero qui in hunc mundum veni, ut testimonium perhibeam veritati, veritatem tacere nequio: ideo libenter dieam, quod non licet tibi habere uxorem fratri tui. O ardente Joannis zelum! Quem miratur S. Andreas cretensis, dicens: *an nos tibi videtur Joannem fuisse zelo incitatissimum et omnium qui zelo moventur incitatissimum?* Certe hic Joannis zelus ardenter fuisse videtur, quam aliquando extiterit zelus Moysis, Phinees, Elie et aliorum zelatorum. Zacharie dixit archangelus Gabriel, quod filius ejus Joannes ante Christum precederet in spiritu Eliae: *ipse precedet ante illum in spiritu et virtute Eliae* (Luc. 1). Certe constat, Joannem spiritu Eliae multis modis fuisse exornatum: simul enim cum illo habuit spiritum penitentiae, spiritum solitudinis, spiritum abstinentie et spiritum prophetie. Insuper, ut ait Theophilactus, spiritu Eliae alia ratione præditus apparuit sanctus Joannes: quia scilicet non secus ac ille, ardenti fuit successus zelo ad arguendum magnates: *in spiritu, inquit, Eliae venit Joannes, eo quod fuit arguens sicut ille* (in c. 1 Luc.). Nonnulli concionatores, quodam exardescentes zelo, contra rusticorum iuramenta facile clamant, adversus mercatorum fraudes libere prædicant, contra artificem et pauperum vitia concionari non desinunt: Elias autem ardentiore successus zelo, adversus scandalosa regis Achab et reginae Jezebel scelera libera declamavit. Joannes autem venit in spiritu et virtute Eliae, dum eodem successus zelo, sive contra militum, mercatorum et pauperum vita, sive etiam adversus regem Herodem, ejusque pellicem libere prædicavit. O ardenter hujus præconis zelum! quo ardenter nulus fuisse videtur. *Sed et Joannes predicavit Herodi cum zelo prudentissimo.*

2. A prudentia dirigit et condiri oportet omnis zelus; ardens enim zelus, nisi a prudentia dirigatur, potius censendum species quadam iræ, vel furor, quam verus zelus. Joannis autem zelus fuit prudentissimus; unde sanctus ille præcursor a Rupete vocatur *præceptor veritatis* (in c. 1 Joan.). Supponit sanctus Abbas, veritatis prædicationem esse velut musicam, qua abundantium corda mulcentur et incantantur; et ideo sicut in

musica precentor voces canentium prudenter concordat, ut harmonicum edant sonum; sic Joannes fuit *precentor veritatis*, quia Herodi veritatem annuncians, zelum suum ita prudenter temperavit, ut *eum non duris et acribus verbis increpaverit*, at suavibus monitis ad conversionem illum adducere pertinet: *Herodem Joannes monitis, non accusatione pulsabat: corrigerem voluit, non perire* (Chrysol. serm. 17). Prudentis concionatoris est, aliquando acriter et aliquando suaviter corripere: nunc duris et nunc suavibus uti verbis juxta qualitatem, merita et varias eorum quos corripit, dispositiones. Quam vere prudentia legem perfecte adimplevit sanctus Joannes; cum enim superbos Phariseos, vel rudem corripierebat populum, duris et asperis eos increpabat verbis, eosque *genimina viperarum* vocabat (Luc. 3, 7); cum autem ad Herodem venit ut eum corriperet, urbanis et suavibus illum allocutus est verbis, humiliter dicens: *non licet tibi habere uxorem fratris tui*. Noverat Joannes, reges non esse inurbane et dire increpandos; verum modeste, reverenter et suaviter monendos; proinde Herodem non asperre objurgavit, non superbo illum affatus est superciliosus; prophetica usus licentia, eum suaviter et prudenter monuit, dicens: *non licet tibi*. Tanta prudentia illum affatus est, ut dicat Chrysostomus, quod Joannes eum potius erudire videatur, quam corripera: *crat verbum magis docentes, quam reprehendantis* (hom. 29 in 2 ad Cor.). Ecce prudentem Joannis zelum: *qui Herodem etiam arguit cum zelo generosissimo*.

3. Quis ei qualis vir exiterit Herodes, mirabiliter describit sanctus Petrus Chrysologus, dicens: « Herodes sicarius in cives et in nobiles latro, populator in socios, in domesticos predo, interemptor plebis, homicida in extraneos, in proprios parcienda, inebrians cruento terram, in siti sanguinis permanebat ». O virum crudelium! O regem immanissimum! Equis illum palam arguere pertentabit? Cujus preconis zelus ita generosus erit, ut illum de vitiis corriperi audeat? Unus est Joannes Baptista, qui hoc munus libenter ohiit et ardenter Dei honorem zelans etiam cum vita discrimine Herodem, multis

criminibus famosum, libere redarguit. A Deo praeceptum accep-  
perat Joannes monendi et corripiendi Herodem; ut ergo divino  
obtemperaret mandato, scelerosum hunc aitii regem et parvi-  
pendens insidias, quas ipsi parabat Herodias, nec timens Herodis  
crudelitatem, animoso succensus zelo, huic principi veritatem  
libere praedicavit: *malens apud regem periclitari, quam im-  
memor esse præcepti Dei* (V. Beda). Admirabilem hunc Joani-  
nis zelum perfecte delineat Chrysostomus, dicens: Herodes rex  
erat dives, potens, crudelis, facibus libidinis exæstuant, satel-  
litibus circumdatus, quibus ad immania perpetranda utebatur;  
Joannes vero erat vir temporalia despiciens, soliditudinem diligens  
et penitentiam praedicare non desinens. Tanto autem ardebat  
zelo sanctus Joannes, ut crudelem et ferocem hunc regem ge-  
nerose adierit et contra scandalosum ejus cum Herodiade com-  
mercium libere declaravit. Non timuit Joannes hujus principis  
crudelitatem, non ejus timuit adulatores, non satel-  
litites, nec alium aliquem; ita enim generosus fuit ejus zelus,  
inquit sanctus Augustinus, ut Herodiadis insidias, adulatorum  
irrisiones, satellitum persecutions et Herodis crudelitatem pati  
maluerit, quam impium hunc regem non corriperi: *plena et  
perfecta libertate maluit injusta sustinere, quam justa non  
dicere* (serm. 2 de nat.). O mirandum et omnibus sæculis præ-  
dicandum Joannis zelum! O utinam eodem accenderentur zelo,  
quotquot predicatoris funguntur officio! Utinam scandalosa  
queque vitia simul cum Joanne ardenter, prudenter et gene-  
rose reprehenderent! Verum est, quod multi vero succensi  
zelo adversus peccatores et scandalosa eorum scelera clamare  
non desinunt. Dicunt magnifici: non licet vobis pupillum et  
viduam opprimere; iniqui dicunt judicibus: non licet vobis  
lites probolare et justitiam vendere; adversus mercatores claman-  
t, dicentes: non licet vobis habere pondus et pondus, men-  
suram et mensuram. Contra viros impudicos vociferantur, di-  
centes: non licet vobis, corpora a Deo accepta ut Templum  
sint Spiritu sancti, obscenis voluptatibus coquinare. Dicunt tandem scelerosis quibusque viris, quod illis a Dei et Ecclesiæ  
legibus deviare non liceat. Verumtamen o hominum malitiam!

que in pluribus tantum prevalet, ut Herodianam superet, quia Herodes, Joanne *audito, multa faciebat*; et hi ex iis que dicunt concessionatores, nihil faciunt. Dicte, queso, que, auditus concessionibus vita absconditis? Quos ad peccatum allicientes eradictastis habitus? Quas peccandi occasiones abdicatis? Quem fructum et quod emolumenntum a tot concessionibus perceptistis? Forte nullum: et ideo peiores estis Herode, qui Joanne auditio multa faciebat. Propterea vestrum agendi modum exhorrescite et in posterum iis obtemperare concessionatoribus, qui simul cum Joanne vero succenduntur zelo. Vise Joannis zelo, *videamus malitiam Herodiadis, quae illum persequitur.*

## II PARS.

*Malitia Herodiadis, quae Joannem persequitur.*

Innumeras fateor esse mulieres, quæ pietatem sectantur, virtutes colunt et ad omne bonum prona<sup>n</sup> incumbunt; simul etiam non paucæ reperiuntur quarum malitia omnem malitiam superat: *non est ira super iram mulieris* (Ecli. 25). Hujus sane generis exiit Herodias, cuius tanta fuit malitia, ut Joannis mortem cupierit, petierit, procuraverit. Ejus mortem 1. cùpivit ardenter; 2. petit solicite; 3. obtinuit artificiose.

1. Ex Sacra Scriptura constat et patet, quod Joannis mortem optaret Herodias; ut enim refert sacerdos Marcus Evangelista, *Herodias colebat occidere eum, nec poterat* (6, 19). In Vatabli versione habetur, quod Herodias non solum volebat, sed etiam cupiebat occidere eum. Herodes et Herodias erant nomine, scelere, moribus, vitaque similes; jungebantur vocabulo, quos criminum junxerat turpitudine; idcirco cum Joannes Herodem arguebat et corripiebat, talis correptione in Herodium ejusdem criminis roam redundabat. Unde Herodias, ad hoc ut Joannes nec Herode, nec ipsam amplius argueret, ipsius optabat mortem. *Illa ne esset arguens, arguentis tendebat ad mortem* (Chrysol. serm. 79). Vide quanta impudice

hujus mulieris fuerit malitia; attendite et ponderate, quoque ascenderit incestuosa hujus femina malignitas. Laudare debebat Joannem, quia laudabilis nimis: ei gratias rependere tenebatur, eo quod Herodem et ipsam in spiritu lenitatis et charitatis monerit; ingrata tamen haec mulier monitor et benefactori suo mortem exoptat. Quæ, quasso, major malitia inventri potest? Nulla quidem. Unde hoc in easu dicendum can S. Chrysostomo, quod non tanta brutorum, quanta mulieris malitia et crudelitas: *ego quidem existimo, nullam bestiam in hoc mundo comparabilem esse mulieri male* (hom. de decoll. Joan.). Ursi, leones et silvestris quæque animalia blandiabantur, ac, ut ita dicam, eum in deserto venerabantur: Herodias vero, feris ferocior, tanta in Joannem fertur malitia, ut illius mortem ardenter cupiat, ac etiam ut mortem sollicite petat.

2. Videbat Herodias, quod Herodes Joannem, velut hominem justum et ut prophetam maximum veneraretur: videbat etiam, quod Joannis monita non omnino abhorrebat Herodes, quin contra eo *audito, multa faciebat*; ideo timens Herodias, ne a sancto Joanne totaliter converteretur Herodes et ne ad illam simul cum filia abiciendam induceretur, *omni die instabat apud Herodem, ut occideret Joannem* (Vincent. Ferr. serm. de decoll.). Credens autem Herodes, quod forte maligna hujus mulieris iram placare posset, si Joannem carceri manciparet, eum in carcere mitti jussit. At Herodiadi non fuit satis, quod incarcerearetur predicator veritatis; impudica enim haec mulier homini omnium purissimi mortem continue postulat, ac indesinenter per se et per filiam, importunitus precibus Herodem urget, ut illum morti adjudicet. O magnam Herodiadis malitiam! Herodiadis adversus Joannem malitiam Iudeorum in Christum malitiam mihi penitus comparanda videtur. Nostis, quod Christum innocentem fateretur Pilatus, quodque illum ad mortem damnare renneret; tamen clamabant Iudei: *crucifigatur, crucifigatur*. Adverte, o Judei, inquisibat Pilatus, Christum esse hominem justum, nulliusque criminis reum: *nullam in eo invenio causam*; quid referet? respondent Iudei.

Illum crucifigi petimus: *Crucifigatur, crucifigatur.* Attendite, inquietabat Pilatus, Christum esse prophetam maximum, qui innumeris miraculis omnium sibi venerationem et estimationem conciliavit; proinde si adversus illum mortis sententiam dicam, iniquissimum ab omnibus censebor: quid refert? respondent Iudei; illum ad mortem condemnes necesse est: *Crucifigatur, crucifigatur.* O Iudei, inquit Pilatus, vobis satis esse debet, quod hic homo innocens dirissimis sit exceptus flagellis; respondent hoc non sufficere, et eum insuper crucifigi debere. *Crucifigatur, crucifigatur.* O horrendam Iudeorum malitiam! cui sane simillima vicietur Herodiadis malitia. Herodes enim Joannem morti tradere nolebat; Herodias vero precibus importunus Herodem at mortis sententiam adversus Joannem ferendam compellebat. Dicebat Herodes, Joannem esse hominem a Deo missum, justum, innocentem, nulliusque criminis reum; et instabat Herodias, quod esset morti tradendus. Noverat Herodes, Joannem esse prophetam maximum, multisque clarere portentis; illius tamen mortem animo pertinaci semper postulat Herodias, nec unquam quiescit in qua illa mulier, donec sanctus Christi Praecursor morti adjudicatus et traditur. O magnam exitiosam hujus malitiam mulieris! que Joannis mortem tam solcite petit: *et que ejus mortem artificiose consequitur.*

3. Nulla est ars, nullusque dolus, quo non utatur maligna mulier, ut ad intentum finem perveniat; de muliere enim maligna, sic ut de monere dicendum, quod *mille habet nocendi artes* (Hieron.). Herodias autem, praे omnibus aliis mulieribus maligna et artificiosa, innumeris usus est artibus, ut Herodem ad Joannem condemnandum induceret. Jam enim incestuosum hunc principem importunus precibus solicitabat: jam blanditiis cum dexterè consabatur; titillans luxurias faces nunc in ejus corpore accendebat. Unde sanctus Petrus Chrysologus, ait, demonem tunc intra Herodiadem extitisse, ut illi artes et dolos insufflaret, quibus Herodem ad Joannem nec adjudicandum adducere valeret: *serpens tunc latebat in feminâ* (serm. 147). Adamum sub serpenti figura aggressus dia-

bolus (1), illum ad comedandum de vetito fructu inhibebat inducere; cum vero fraudibus suis eum vincere nequisset, quasi intravit in Hevam et mulieris hujus ministerio primum hominem ad peccandum induxit, totumque genus humanum mortis imperio subjecit. Similem in modum ut Joannis necem Herodi suaderet daemon, in Herodiadem intravit et malignas huic mulieri mille fraudes, dolosque innumeros inspiravit; quibus illa usa est, ut Herodem ad occidendum Baptistam polliceret: quarum fraudum potissima et ultima fuit, quod a saltatrice, quae sua simul et Herodis erat filia, Joannis Baptiste caput postulari curaverit. Unde Chrysologus hanc filiam *serpentis germen* vocat, quia nempe a matre genita, quae astutia sua serpens erat et quae mille artibus a serpente daemon ipsi insusurratis, Joannis mortem obtinuerat. O Herodias, quam magna est malitia tua! Maxima quidem fuit Jezabelis malitia, cum justum Naboth morti tradidit: maxima etiam fuisse videtur malitia Dalilæ, quae viro suo Sampsoni mortem procuravit; at longe major extitit malitia Herodiadis, que Joannis viri sanctissimi, ac omni exceptione majoris mortem ardenter desideravit, instanter petuit et artificiose procuravit. Nonnullæ habentur rixosae mulieres, quæ continue pro rebus etiam nullius momenti jurgia seminant, rixas excitant et lites movent: *nulla fere causa est, in qua femina litem non moverit*, inquit Juvenalis. Herodias vero alias omnibus malignior, non aliarum solum mulierularum more parvi momenti lites excitavit, verum et Joannis, hominis inter natos mulierum maioris et sanctioris, mortem petuit et procuravit. Ecce Herodiadis malitiam: *videamus nunc Herodis in justitiam.*

(1) Ex Sacra Scriptura non constat primum hominem directe a demonio tentatum; neque id satis probabile ratione conisci potest. Nil tamen in officiis argumentationis anchoris, cum semper verum sit, demonem usum esse muliere ad Adam seducendum.

## III PARS.

*Injustitia Herodis, qui Joannem ad mortem damm̄at.*

Aliquandiu Joannem ad mortis supplicium damnare renuebat Herodes; sed tandem inqua sententia caput ei amputari jussit: *missō spiculatore, praecepit afferri caput ejus in disco* (Marc. 6, 27). Herodis injustitia in proliata hac mortis sententia maxime eluet in hoc quod Joannem morti adjudicet non propter aliquod crimen quod sanctus Christi Praecursor perpetrauit, verum 1. quia ipse Herodes vidit puellam saltantem; 2. quia ipse temere jurauit; 3. quia ipse in peccato suo perseverare concupivit.

1. Magnificum Herodes in natali sui die convivium parari curaverat, in quo dum cum Galilee principibus et aliis primatis epularetur, ex adulterio et incesto procreata Herodiadis filia, *fractis gressibus, corpore dissoluto, disjuncta compage membrorum, fluentibus ex arte visceribus* (Chrysol. serm. 174), coram rege tanta dexteritate saltavit, ut illi plurimum placuerit. Itaque Herodes, ut hanc remuneraret saltatrix, dixit ei: *quidquid petieris dabo tibi, licet dimidium regni mei* (Marc. 6). Quid petet impudica hac saltatrix? Non divitias, non temporales dignitates, non dimidiad regni partem; de matris consilia, petit caput Joannis: *volo ut protinus des mini in disco caput Joannis Baptiste*. Herodes autem, saltatrix hujus annuens petitioni, Joannem decollari praecepit: *missō spiculatore, praecepit afferri caput Joannis in disco*. O magnam injustitiam Herodis, qui Joannem ad mortem damm̄at, quia bene saltavit puella: *impius fuit Herodes in decollatione Joannis, quia caput propheta Dei donavit pro uno saltu* (D. Thom. serm. de decoll.). Licet chorea ex sui natura dicuntur indiferentes, ex iis tamen fornicationes, adulteria, rixa, invidie et alia plurima oriantur mala. Ut enim ait Chrysostomus, *ubi est saltatio, ibi est diabolus*. Qui sci-

## Concio de Sancti Joannis Baptistæ Decollatione 337

licet invisiibilior in choreis repertii solet, ut ad libidinem allicit, ut contentiones excitet, ut ad superbiam provocet et sive saltantes, sive adstantes ad plurima scelerā pertrahat. Dum autem saltavit Herodiadis filia, non unicus, immo plurimi adstiterūt demones, qui impudicam hanc saltatrixē moverunt ad postulandam hominis sanctissimi mortem, et tanta Herodis extitit injustitia, ut in premium saltatrixē dederit caput Joannis: *Herodes aliud unde saltatrixē premium solveret, non inventit, nisi ut pauperem jubaret occidi* (Amb. de Nabut. cap. 4). Joannes erat orbi notus, fama virtutis cognitus, celebratissimus sanctitatem, hominum major et puritate angelus: Herodes tamen sum ad mortem damm̄at, quia bene saltavit puella et ut loquitur sanctus Ambrosius, *premium saltatrixis mors est prophete*. O magnam hujus principis injustitiam! Dein magna etiam Herodis fuit injustitia in hoc, quod Joannem morti adjudicaverit, *quia ipse temere juraverat*.

2. Cum Herodiadis filie promiserat Herodes, se si daturum quidquid postularet, suam jurejurando confirmaverat promissionem. Ideo cum impia saltatrix Joannis caput petuit, recordatus est Herodes iuramento sui, cumque jurasse ponuit: *contristatus est rex propter jusjurandum*. Nihilominus, ut quod juraverat adimpleret, iniquissima sententia Joannem capite truncari imperavit: temere juraverat Herodes, et quod juraverat, injuste adimplevit: *temere juratur et impie, quod juratur impletur* (August. serm. de decoll.). Imprudenti et inconsiderati jureamento promiserat Herodes, se Herodiadis filie daturum quidquid ab ipso pateret; ex quo occasionem sumit Augustinus, homines hortandi ad tollendam penitus juriandi consuetudinem: *configere debetis adversus consuetudinem vestram malam, malam, et calde malam, et tollere jurationem de orbis vestris* (Ibid.). Praeter scelus quod patravit Herodes, cum imprudenter et inconsiderate juravit; alind perpetravit crimen longe gravius, cum scilicet ut quod juraverat adimpleret, Joannem ad mortem damm̄avat. Tunc enim, ut ait Theophylactus, *oportebat perjurium fieri et non tam abominabile facinus perpetrare* (in Marc. cap. 6). Hanc He-

rodis injustitiam detestantur omnes sancti Patres; et magis adhuc principis illius patet injustitia in hoc, quod Joannem capite plecti jusserit, ut ipse in crimen suo liberius perseverare posset.

3. Aliquamdiu Joannem libenter audiebat Herodes, eoque auditio multa faciebat, ita ut ad meliorem vite frugem quodammodo venire videretur; tandem effraena vetus libidine, Joannem odio habere cepit, cumque occidere cogitavit, ut eum arguentem non audiret et ut liberius in peccato perseveraret: *ut luxurietur Herodes, necatur Joannes* (Fulgent. serm. de decoll.). Noverat Herodes, quid quamdiu viveret Joannes, adversus scandalum ab ipso et Herodiade causatum clamare non cessaret; noverat etiam quid innocentissima et purissima Joannis vita esset quasi censor mutus, a quo tacite corripiebatur; quare ut libere et nullo arguente, in peccato suo vivere et persuadere posset, injustam adversus Joannem sententiam tulit. Magnates et judices luxurie dedidi ad injusta facile declinant, quia *luxuria semper est inimica justitiae* (Aug. serm. de decoll.). Judices, si avari sint, justitiam vendunt; si autem sint libidinosi, ut fonda suæ faveant passioni, iniquam et injustam facile perpetrant. Quid in Herode verissimum comprobatur; ille enim, ut luxuriari non desineret, sanctum Joannem ad mortis supplicium impie et injuste condemnavit: *qui noluit exhibere luxuriam, ad homicidii reatum delapsus est* (Aug. ser. de decoll.). Ecce portentosam Herodis injustitiam; et ecce etiam finem tragedie, in qua tria potissimum apparuere actores: Joannes seilicet, Herodias et Herodes. *Joannes* ibi visus est ut predicator, qui ardente, prudente et generoso successus zelo predicavit: *Herodias* ibi personam gessit malignae mulieris, cuius tanta extitit malitia, ut Joannis mortem desideraverit, petierit et procuraverit: *Herodes* tandem sonum clausit in hoc, quod Joannem morti adjudicaverit non utpote reum, verum quia ipse viderat puellam saltantem, quia temere ipse juraverat et quis in peccato suo perseverare volebat. Completa est jam tragedia: qua finita, ad diversa abserunt qui in ea actores aderant; Joannes enim ad celestes conseruit

thronos, ut ibi in aeternum regnet; Herodes vero et Herodias ad tartara precipites ruerunt, ut ibi sempiternis cracentur supplicis: *ecce tu Herodes jaces in morte, tu vero Joannes civis in gloria*. Uterque condignam percepit mercedem; Joannes in celo, Herodes in inferno: *Joannes nunc regno, nunc premiis celestibus honoratur: tu vero, Herodes, mercedem sententiae tue cum filia tua in tartaro receipisti* (Chrys. serm. 127). Ecce hujus tragedie terminum; ecce pariter quis sit terminus tragedie hujus mundi. Nos in hoc mundo Deus velut in grandi theatro posuit, in quo suam quisque personam agere debet: alius personam gerit regis, militis alius, alius iudicis et alius sacerdotis, vel laici. Postquam autem finita erit tragedia, seu in die iudicij a rege requiret Deus, an regis personam debite et recte sustinuerit? Requiret a milite, a iudice et a quovis homine, an pie, et justè juxta statum et conditionem suam viventer? Et hi, qui personæ suæ manera recte non obierint, in aeternum cum Herode cruciandi ad tartara precipitabatur: *ibunt hi in supplicium aeternum*. Qui vero personæ suæ munia perfecte adimpleverint, ad celum in aeternum beandi concendent: *hi autem in vitam eternam*. Ea igitur in hoc mundo agite, ad quæ vocavit vos Deus: munia et officia vobis a Deo commissa perfecte adimplete, personam vestram pie et justè gerite, ut premia eterna in celo consequi valeatis. Amen.

EXPLICIT TOMUS OCTAVUS

TERTIA PARS CONCIONUM DE SANCTIS.

R

# INDEX

CONCIO UNICA — De Visitacione Sancte Mariae Virginis	pag.	1
I PARS. — Maria in Visitatione sua festinat et intrat in domum Zachariae		3
II PARS. — Maria in Visitacione sua salutat Elisabeth et replet eam Spiritu Sancto		6
III PARS. — Maria in sua Visitacione Deum laudat et officia chal- ritatis impendit		10
CONCIO UNICA — De Sancto Martiale		14
I PARS. — Sanctus Martialis fuit Christi discipulus et amicus		15
II PARS. — Sanctus Martialis fuit sancti Petri socius et adjutor		18
III PARS. — Sanctus Martialis fuit Lemovicensium episcopus et apostolus		21
CONCIO UNICA — De Sancto Bonaventura		25
I PARS. — S. Bonaventura in se simul sciontiam cum amore con- junxit		27
II PARS. — S. Bonaventura in se simul magnitudinem cum humili- tate conjunxit		31
III PARS. — S. Bonaventura in se simul vitam activam cum con- templatione conjunxit		34
CONCIO UNICA — De Sancto Alexio		38
I PARS. — S. Alexius fuit peregrinus mirabilis in regressu suo a domo patris		40
II PARS. — S. Alexius fuit peregrinus admirabilis in conversione sua extra dominum patris		44
III PARS. — S. Alexius fuit peregrinus admirabilis in regressu suo ad dominum patris		48
CONCIO UNICA — De Scapulari Beatae Virginis Marie		53
I PARS. — Scapulare est signum fidei		54
II PARS. — Scapulare est signum protectionis		57
III PARS. — Scapulare est signum salutis		60
CONCIO UNICA — De Sancta Margarita		64
I PARS. — Sancta Margarita fuit gemma mystica ratione puri- tatis sue		65
II PARS. — Sancta Margarita fuit gemma mystica, ratione soli- ditatis sue		69
III PARS. — Sancta Margarita fuit gemma mystica, ratione pretii sui		73

## Index.


CONCIO UNICA — De Sancta Magdalena	pag.	76
I PARS. — Magdalena Christum dilexit amore generoso		77
II PARS. — Magdalena Christum dilexit amore liberali		81
III PARS. — Magdalena Christum dilexit amore ardente		84
CONCIO UNICA — De Sancto Jacobo Maiore		88
I PARS. — S. Jacobus sedet in regno celi supra thronum justitie		89
II PARS. — S. Jacobus sedet in regno Ecclesie supra thronum glorie		92
III PARS. — S. Jacobus sedet in regno terra supra thronum gratiae et liberalitatis		96
CONCIO UNICA — De Sancta Anna		100
I PARS. — Maria respectu sancte Anne est fructus justitie		101
II PARS. — Maria respectu sancte Anne est fructus lucis		104
III PARS. — Maria respectu sancte Anne est fructus honoris		107
CONCIO UNICA — De Sancto Ignatio		111
I PARS. — Sanctus Ignatius plenus fuit gratia		112
II PARS. — Sanctus Ignatius plenus fuit amore Dei		116
III PARS. — Sanctus Ignatius plenus fuit zelo salutis animarum		119
CONCIO UNICA — De Sancto Petro ad vincula		123
I PARS. — Magna est Petri gloria inter ignominias, quibus af- ficitur		125
II PARS. — Magna est Petri libertas inter vincula, quibus con- stringitur		128
III PARS. — Magna est Petri beatitudo inter supplicia qua patitur		131
CONCIO PRIMA — In Festa Sancte Marie Angelorum		136
I PARS. — Indulgentia sancte Marie Angelorum a Christo data est		137
II PARS. — Indulgentia sancte Marie Angelorum a Christo con- firmata est		142
III PARS. — Indulgentia sancte Marie Angelorum a Christo fuit publicata		146
CONCIO SECUNDA — In Festa Sancte Marie Angelorum		150
I PARS. — S. Franciscus a Deo gratiam pro peccatoribus summo zelo petit		151
II PARS. — S. Franciscus a Christo indulgentiam pro peccatoribus obtinet		154
III PARS. — S. Franciscus obtinet a Christo indulgentiam a summo Pontifice confirmari et publicari impetrat		158
CONCIO UNICA — De Sancto Dominico		161
I PARS. — Sancti Dominici scientia		162
II PARS. — Sancti Dominici ielus		166
III PARS. — Sancti Dominici exempla		170

CONCIO UNICA — De Sancto Laurentio . . . . .	pag. 174
I PARS. — Cratula fuit sancto Laurentio cathedra doctoris et predicatrix . . . . .	175
II PARS. — Cratula fuit sancto Laurentio lectus quietis et dul- cedinis . . . . .	180
III PARS. — Cratula fuit sancto Laurentio thronus glorie et ho- noris . . . . .	183
CONCIO PRIMA — De Sancta Clara . . . . .	187
I PARS. — Sancta Clara fuit filia generosissima . . . . .	189
II PARS. — Sancta Clara fuit paupor et dilectionis . . . . .	192
III PARS. — Sancta Clara fuit virgo et frondissima . . . . .	195
CONCIO SECUNDA — De Sancta Clara . . . . .	199
I PARS. — Beata Clara triumphavit de mundo . . . . .	200
II PARS. — Beata Clara triumphavit de seipso . . . . .	203
III PARS. — Beata Clara triumphavit de natura . . . . .	206
CONCIO PRIMA — De Assumptione B. V. Marie . . . . .	210
I PARS. — In Maria sepulchro amer triumphas de doloribus . . . . .	212
II PARS. — In Maria sepulchro sanctitas triumphat de corruptione . . . . .	215
III PARS. — In Maria sepulchro colum triumphat de terra . . . . .	218
CONCIO SECUNDA — De Assumptione B. V. Marie . . . . .	221
I PARS. — Currit triumphalis, quo Maria ad colum whiter . . . . .	222
II PARS. — Pompa, quo Maria in colum recipitur . . . . .	225
III PARS. — Thronus, ad quem Maria in colum exaltatur . . . . .	229
CONCIO UNICA — De Sancto Rocho . . . . .	233
I PARS. — Charitas, qua sanctus Rochus infirmis peste laboran- tibus servit . . . . .	234
II PARS. — Patientia, qua sanctus Rochus pestis dolores sustinuit . . . . .	237
III PARS. — Potestas, qua sanctus Rochus infirmos peste corruptos sanat . . . . .	240
CONCIO PRIMA — De Sancto Bernardo . . . . .	243
I PARS. — Magna fuerunt sancti Bernardi virtutes in seculo . . . . .	244
II PARS. — Magna clausus virtutes ejus in claustru . . . . .	247
III PARS. — Magna Bernardi virtutes in Ecclesia . . . . .	251
CONCIO SECUNDA — De Sancto Bernardo . . . . .	256
I PARS. — Divus Bernardus fuit magnus apostolus . . . . .	257
II PARS. — Divus Bernardus fuit magnus martyr . . . . .	260
III PARS. — Divus Bernardus fuit magnus doctor . . . . .	264
CONCIO UNICA — De Sancto Bartholomeo . . . . .	268
I PARS. — S. Bartholomeus Deo adhucit per amorem . . . . .	269
II PARS. — S. Bartholomeus Deo adhucit per fidem . . . . .	273
III PARS. — S. Bartholomeus Deo adhucit per cruxem . . . . .	276

CONCIO UNICA — De Sancto Ludovico Galli regre . . . . .	pag. 280
I PARS. — S. Ludovicus fidelis Deo in statu prosperitatis . . . . .	282
II PARS. — S. Ludovicus Deo fidelis tempore adversitatis . . . . .	286
CONCIO UNICA — De Sancto Juliano . . . . .	292
I PARS. — Juliani martyrum fugientia prudentia . . . . .	293
II PARS. — Juliani martyrum quarentia charitas . . . . .	296
III PARS. — Juliani martyrum patientis constantia . . . . .	299
CONCIO PRIMA — De Sancto Augustino . . . . .	302
I PARS. — Augustinus voluptus mutatus est in penitentem eximium . . . . .	303
II PARS. — Augustinus haereticus mutatus est in celesterrimum Ecclesie Doctorem . . . . .	307
III PARS. — Augustinus obstinatus mutatus est in virum perfe- ctissimum . . . . .	310
CONCIO SECUNDA — De Sancto Augustino . . . . .	314
I PARS. — Cordi Augustini infuse fuerunt sagittae doloris . . . . .	316
II PARS. — Cordi Augustini infuse sunt sagittae timoris . . . . .	319
III PARS. — Cordi Augustini infuse fuerunt sagittae amoris . . . . .	322
CONCIO UNICA — De S. Joanne Baptista dissoluzione . . . . .	327
I PARS. — Zelus Joannis, qui contra Herodem predicit . . . . .	328
II PARS. — Malitia Herodis, qui Joannem persecutur . . . . .	332
III PARS. — Injustitia Herodis, qui Joannem ad mortem damnat . . . . .	336

CAPILLA ALFONSINA  
U. A. N. L.

Esta publicación deberá ser devuelta  
antes de la última fecha abajo indi-  
cada.



BV30  
L3  
v.4  
t. 7-8 45163

AUTOR  
LASELVE, Zacharia

